Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

[redacted]

[redacted]

1157

ACTA

PHILOLOGORUM MONACENSIUM

AUCTORITATE REGIA

EDIDIT

FRIDERICUS THIERSCH

TOM: II

ASTOR LIBRARY

Monachii in Libraria regia Scholarum
Norimbergae apud Steinium in commissis.

30

PRAEFATIO.

Singulari aliquo fato mihi contigit, ut tribus abhinc annis e tranquillis Philologiae latebris ad itinera et negotia evocer, quae aut a studiorum nostrorum ratione aliena sunt, aut labores a me susceptos differre cogunt; quamvis plura in futuros usus atque ad antiquitatem illustrandam utilia inde redundare intelligo. Nam compositis his quae quarti horum Actorum fasciculi editionem impediverunt, et primo volumine absoluto Vindobonam profectus sum, ut in bibliothecâ Caesareâ *Odysseae* et *Hesiodi* codices artiumque veterum monumenta, quae satis multa eaque egregia urbs illa possidet, inspicerem et curatius perscrutarer. Cum essem in istis occupationibus et quae observanda et discenda veniebant, his velut largâ messe potirer, iussus sum Vindobonâ Parisios redire, ubi ante decem menses fugâ evaseram, ut converso rerum statu artium literarumque monumenta repeterem, quibus Galli Bavariae quoque urbes et coenobia contra ius fasque populorum spoliaverant. In otio satis largo, quod Lutetiae in-

ter demandatos mihi labores saepius suboriebatur, ad literarum et artium veterum monumenta decem ante mensibus relicta redii. — Sed cum ad veris adventum e multis moris et agitationibus finem negotiorum, quae Parisios me vocaverant, atque exitum, qualem optaveram, iam emergentem videbam, en ad Galliarum litora renavigat ista *Ἐριννύων ἀποῤῥώξ* ac mirâ vi totam istam terram evertit. Hinc rem omnem relinquere et novâ fugâ coactus sum in Germaniam abire. Redux Munychiam et diuturnam quietem mihi fore existimans, secundi horum Actorum voluminis editionem parare, et scholam iuventuti, quam ipsa nobis Graecia formandam emitteret, sub *Athenaei* nomine condere incepi. Postremum hoc consilium, novum sane et inauditum, ne multis temerarium videatur, rem totam breviter exponam. In consessu Academiae nostrae de hodiernis Graecorum literis egeram. Scholas, quas novas constituerunt, libros, quos ediderunt, et viros, quibus iam nunc gaudent, insignes recensue-

ram omnemque rationem aperueram, quâ studio priscis temporibus digno praeclara gens e diuturnae miseriae fluctibus eniti, et ad maiorum laudem culturae viâ coepit incedere. Moverat res, ut par erat, Academiam et ornatissimos viros, qui consilio et auctoritate eam fovent et tuentur. Hinc magno consensu decretum, ut Academiae nomine literae darentur ad scholarum inter Graecos insigniorum praefectos gentisque εὐεργέτας, quibus eis significaretur, Academiam magnâ cum voluptate consilia atque studia eorum cognovisse, suumque eis auxilium in omnibus afferre, quae ad gentem illustrissimam literis refocillandam et formandam pertinerent. Mitterentur ad eosdem libri ab Academiâ editi, qui in bibliothecis nuper conditis et publico usui apertis ponerentur; postremo iuvenibus graecis, qui ad exteros literarum causâ proficiscerentur, atque in nostrae urbis scholis erudiri vellent, indicaretur fore, ut Academia omni curâ rem et consilia eorum iuvaret studiisque prospiceret. Eodem decreto in nu-

morum nomenque sociorum Academiae e Graecis recipiebantur, qui scriptis suis prae ceteris ad Graecos instituendos contulissent. Haec omnia quum literis Academiae *Bucharestum*, *Constantinopolin*, *Smyrnam* et in *Chiorum* urbem diurnisque Graecorum in reliquam Graeciam nunciarentur, magnâ, ut literae ad nos datae significant, animorum commotione hominumque congratulatione excepta sunt; quod exstiterint tandem inter *Europaeos*, qui non inutili commiseratione, sed voluntate, consilio atque auxilio res Graecorum amplecterentur. Postea Vindobonam, ut modo dixi, profectus insigniorum Graecorum, qui ibi degunt, in notitiam veni atque cum iis consilia, quibus res omnis et commercium nostrum stare posset, agitare coepi. Inde de *Athenaeo* condendo consilium, quod cum ob iter demandatum seposuissem, tunc in patriam redux statuebam exsequi. Hinc *ἀνακήρυξις*, quae huius Voluminis initium facit. Felicem rei eventum iam nunc licet augurari; qualis autem ille fuerit, id quidem

ad tertii Voluminis initium cum lectoribus a me communicari posse arbitror. Sed cum in his agendis versarer, nunciatum est iuxta *Salisburgum* a rusticis plura effodi, quae veteris urbis minas et monumentorum rudera ibi sub agris latere indicarent. Proinde iussu regis ab Academiâ in eam regionem missus sum, ut rem praesens introspicerem et in aperiendis agris eâ, quâ decet, curâ pergerem. Aliunde iam constabat, in istis campis Romanorum temporibus *Iuvaviam* fuisse sitam, urbem ab *Hadriano* auctam et barbarorum impetu deletam. Huius urbis magnificentiam, quam priscâ famâ audiveramus, operae nostrae eventus testatus est. Nam terrâ latius effossâ magnarum aedium fundamenta et reliquo luxu et opificio misere dissoluto pavimenta marmorea ostendit ex tessellatorum genere, in quibus Thesei et Ariadnes fabula egregio artificio conspiciebatur. Nondum ad finem perductum erat iucundissimum hoc negotium, cum viâ ad Gallos denuo patefactâ huc redire et, quod interruptum erat anno

praeterito, iussus sum perficere. His igitur negotiis et laboribus impeditus tandem prodit libellus, in quo adornando, dum ego abessem, *Werferus* meus eâ, quâ solet, curâ atque assiduitate versatus est. Scrib. Parisiis, d. XVI. Calendas *Octobres.*

Fridericvs Thiersch.

ACTA

PHILOLOGORVM MONACENSIVM

AVCTORITATE REGIA

EDIDIT

FRIDERICVS THIERSCH.

TOM. II. FASC. I.

MONACHII IN LIBRARIA SCHOLARVM REGIA,
NORIMBERGAE APVD STEINIVM IN COMMISSIS
MDCCCXV.

Continentur in hoc fasciculo:

I. *Ἀναπήρυξις εἰς τοὺς Ἕλληνας.* Pag. 2 — 15.

II. Annotationes in *Plutarchi* Vitam *Alexandri Magni.* Scripsit D. Ioann. Christoph. Held, Norimbergensis. Pag. 23 — 96.

III. Additamenta ad *Hermanni* Editionem secundam *Vigeri,* nec non ad *Boeckhii* Notas criticas in *Pindarum.* Scripsit Fridericvs Thiersch. Pag. 99. — 112.

4. *Συναγωγὴ Ὀρφικῶν ἀποσπασματίων τῶν ἐν ταῖς Πρόκλου εἰς τὸν Κρατύλον παρεκβολαῖς διασωζομένων. Ἐκ τῶν Μουνυχίων ἀντιγράφων συνηρανισμένη Βερφερίῳ τῷ Μουνυχίῳ.* σελ. 115 — 156.

Ι.

ΑΝΑΚΗΡΥΞΙΣ

εἰς τοὺς

ΕΛΛΗΝΑΣ.

ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΣΙ ΠΑΙΔΕΥΣΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.

Ἡ Ἑλλὰς μετὰ χαρᾶς ἐδέξατο τὰ ὑπὸ τῆς ἡμετέρας Ἀκαδημίας κεκυρωμένα περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων παιδεύσεως, πολλῶν τε ἄλλων ἕνεκα, μάλιστα δὲ ὁρῶσα ἡμᾶς ὡς ἀληθῶς τὸ τοῦ εὐκλεεστάτου καὶ δυστυχεστάτου ἔθνους συμφέρον ἐπιζητοῦντας· κοινωνίαν γὰρ τῶν ἐκεῖ πεπαιδευμένων καὶ τῶν ἡμετέρων ἀνακηρύξαντές τε καὶ τὰ βιβλία τὰ ὑφ' ἡμῶν ἐκδοθέντα εἰς Ἑλλάδος τὰς βιβλιοθήκας σὺν πρεπούσῃ δι' ἐπισολῶν ἐπισημειώσει ἐκπέμψαντες, ὁμοῦ καὶ τοὺς νέους Ἕλληνας οἵτινες παιδεύσεως ὀρέγονται, προὐτρεπόμεθα φοιτᾶν πρὸς ἡμᾶς καὶ τῆς Ἀκαδημίας προηγουμένης παρ' ἡμῖν ἐκδιδάσκεσθαι. Αὕτη μὲν δὴν ἡ κοινωνία τοῦ Ἑλληνικοῦ καὶ τοῦ Γερμανικοῦ ἔθνους οὕτω δι' ἐπιστημῶν γενομένη ἀρχὴν σὺν ἀγαθῇ τύχῃ εἴληφέ τε καὶ ἤδη καρποφορεῖ. Πλείονες γὰρ ἐκ Μακεδονίας καὶ Θράκης καὶ Ἀσίας εἰς τὰ ἡμέτερα ἀνήκοντες νεανίαι παρ' ἡμῖν τανῦν διδάσκονται· καὶ μὴν καὶ ἄλλοι ὥσπερ ἀκούομεν εἰς τὴν αὐτὴν ὁδοιπορίαν ξυμπαρασκευάζονται. Ἔχει δὲ δή δυσκολίαν τινὰ τὸ πρᾶγμα· ἥτις εἰ μὴ ἐν καιρῷ θεραπεύοιτο, οὐκ ἂν ἧκιστ' ἀναχαιτίσειε τήν τε ἡμετέραν αὐτῶν σπουδὴν καὶ τὴν τῶν νέων προθυμίαν. Ἀνάγκη γὰρ εὖ προπεπαιδευμένους εἶναι τῶν παίδων τοὺς ἀπὸ τῶν ἡμετέρων τι ὠφεληθῆναι προθυμουμένους. Οὐ γὰρ τὰ τῶν ἐπιστημῶν

ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ.

Ἡ Ἑλλὰς ἐδέχθη μετὰ χαρᾶς τὰ ὅσα ἡ ἡμετέρα Ἀκαδημία περὶ τῆς παιδεύσεως τῶν Ἑλλήνων ἐπεκύρωσε, καὶ δι' ἄλλα πολλὰ αἴτια, κυρίως ὅμως βλέπουσα ὅτι ἀληθῶς ἐπιζητοῦμεν τὸ τοῦ εὐκλεεστάτου καὶ δυστυχεστάτου ἔθνους συμφέρον· καθότι καὶ κοινωνίαν τῶν ἐκεῖ καὶ τῶν ἡμετέρων πεπαιδευμένων ἀνεκηρύξαμεν, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἐκδοθέντα βιβλία εἰς τὰς βιβλιοθήκας τῆς Ἑλλάδος μὲ τὴν πρέπουσαν ἐπισημείωσιν δι' ἐπιστολῶν ἐπέμψαμεν καὶ τοὺς νέους Ἕλληνας, τοὺς μαθήσεως ὀρεγομένους, παρεκινήσαμεν, ἵνα, ἐρχόμενοι πρὸς ἡμᾶς, προστατευούσης τῆς Ἀκαδημίας, τὰ παρ' ἡμῖν διδάσκωνται.

Αὕτη λοιπὸν ἡ τοῦ Ἑλληνικοῦ καὶ Γερμανικοῦ ἔθνους οὕτω διὰ μέσου τῶν ἐπιστημῶν γενομένη κοινωνία ἔλαβεν ἀρχήν, τύχῃ ἀγαθῇ, καὶ ἤδη καρποφορεῖ, διότι νέοι ἐκ Μακεδονίας, Θράκης καὶ Ἀσίας διδάσκονται ἤδη παρ' ἡμῖν, καὶ ἄλλοι δὲ οὐκ ὀλίγοι ἑτοιμάζονται, ὡς ἀκούομεν, διὰ τὴν αὐτὴν ὁδοιπορίαν.

Τὸ πρᾶγμα δ' ἔχει δυσκολίαν τινά, ἥτις ἐὰν δὲν διορθωθῇ ἐν καιρῷ, δύναται καὶ τὴν ἡμετέραν σπουδὴν νὰ ἐμποδίσῃ, καὶ τὴν τῶν νέων προθυμίαν νὰ ἐπαμβλύνῃ, καθότι εἶναι ἀνάγκη οἱ νέοι οἱ προθυμούμενοι, ἵνα ἀπὸ τὰ ἡμέτερα ὠφεληθῶσι, νὰ εἶναι καλῶς προπεπαιδευμένοι, διότι

στοιχεῖα, ἀλλ' αὐτὰς τὰς ἐπιστήμας διδάσκομεν', αὐτὴ δὲ ἡ διδασκαλία ἐν Γερμανικῇ διαλέκτῳ γίγνεται. Πρὸς δὲ ἐκείνην τὴν προπαιδείαν, οἶμαι, ἐπιτηδειότατον ἔσται, ἐὰν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ καὶ μεθόδῳ τῇ παρ' ἡμῖν νενομισμένῃ διδαχθῶσιν. Ἀναγκαῖον δ' αὖ καὶ παῖδας οὕτω πόρρω τῆς πατρίδος καὶ τῶν γονέων ἀποκεχωρισμένους δι' ἐπιμελείας ἄγεσθαι ὑφ' ἱκανῶν τινων ἀνδρῶν, ὡσπερεὶ ἐν πατέρων μοίρᾳ τοῖς ἀμήβοις γεγενημένων, ὡς ἂν αὐτοὶ μὲν φροντίδος τῆς περὶ τὰ τοῦ βίου ἀναγκαῖα ἠλευθερωμένοι περὶ τὰ μαθήματα μᾶλλον σπουδάζωσιν, οἱ δὲ αὐτῶν γονεῖς τά τε ἤδη καὶ τὰ περὶ τὴν ζωὴν τῶν τέκνων αὐτῶν συνειδῶσιν ἐν ἀσφαλεῖ ὑπάρχοντα.

Περὶ τούτων μὲν οὖν πολλὰ φροντίζοντες ἃ βέλτιστον ἐδοκοῦμεν ἀνευρηκέναι τοῦτο πρὸς τὸν ἡμέτερον βασιλέα — οὗ περὶ εὐνοίας τῆς εἰς ὑμέτερον γένος ἀκηκόατε πολλάκις — καὶ πρὸς τοὺς τῆς βασιλείας προστάτας, ἄνδρας ἐν τοῖς μάλιστα πεπαιδευμένους τε καὶ φιλέλληνας, ἀνηνέγκαμεν. Οὗτοι δὲ ὥσπερ καὶ αὐτὸς ὁ βέλτιστος βασιλεὺς ἐπαινοῦντες τὸ βούλευμα καὶ ἐπιψηφιζόμενοι ἐσήμηναν ἡμῖν ὅτι πρόθυμοί εἰσι τὰ τῆ Ἀκαδημίᾳ περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων παιδεύσεως καὶ προκοπῆς δεδογμένα παντί τῳ τρόπῳ βεβαιῶσαί τε καὶ πρὸς τὰ βέλτιστα ξυλλαμβάνεσθαι. Ἐγὼ δὲ ὡς τις τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιμελητὴς τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἐκ

ἡμεῖς οὐχὶ τὰ στοιχεῖα, ἀλλ' αὐτὰς τὰς ἐπιστήμας διδάσκομεν, καὶ ἡ διδασκαλία αὕτη γίνεται ἐν τῇ Γερμανικῇ διαλέκτῳ; ὅθεν διὰ τὴν προπαίδευσιν ταύτην θέλει εἶναι, νομίζω, ἁρμοδιώτατον, ἐὰν οἱ νέοι ἀπ' ἀρχῆς διδαχθῶσιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ, καὶ κατὰ τὴν παρ' ἡμὶν μέθοδαν. Προσέτι δὲ εἶναι ἀναγκαῖον ἵνα οἱ νέοι, οὕτω μακρὰν πατρίδος καὶ γονέων ἀποχωρισμένοι ὄντες, ὑπὸ ἐπιμέλειαν καὶ φροντίδα ἀνδρῶν τινῶν ἐπιτηδείων εἶναι, οἵτινες ἤθελον ἐπέχειν εἰς τοὺς νέους τόπον πατέρων, ὥστε οἱ μὲν νέοι ὄντες ἐλεύθεροι ἐκ πάσης διὰ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα φροντίδος, νὰ καταγίνωνται προθυμότερον εἰς τὰ μαθήματα; οἱ δὲ γονεῖς ἐξευρόντες καλά, ὅτι τὰ ἤθη καὶ τὰ περὶ τὴν ζωὴν τῶν ἰδίων τέκνων των εἶναι εἰς ἀσφάλειαν, νὰ μένωσιν ἀμέριμνοι.

Περὶ τούτου λοιπὸν πολλὰ φροντίσαντες καὶ σκεφθέντες, ὅ, τι διὰ κάλλιστον καὶ συμφερώτατον εὕρομεν, τοῦτο καὶ πρὸς τὸν ἡμέτερον βασιλέα, —περὶ τῆς εὐνοίας τοῦ ὁποίου πρὸς τὸ ὑμέτερον γένος πολλὰ ἠκούσατε—καὶ πρὸς τοὺς τοῦ βασιλείου προστάτας, ἄνδρας εἰς ἄκρον πεπαιδευμένους καὶ φιλέλληνας, ἀνεφέραμεν· αὐτοὶ δὲ καθὼς καὶ ὁ καλὸς πάτηρ ἡμῶν βασιλεὺς, εὐφημίζοντες καὶ ἐπαινοῦντες τὸν στοχασμὸν, μᾶς ἐδηλοποίησαν, ὅτι εἰσὶ πρόθυμοι, ἵνα ὅσα ἐφάνησαν εὔλογα τῇ Ἀκαδημίᾳ περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων παιδεύσεως καὶ προκοπῆς, βεβαιώσωσι, καὶ εἰς τὸ κρεῖττον παντὶ τρόπῳ προαγαγεῖν προθυμήσωνται. Ἐγὼ δὲ, ὡς

τῆς Ἀκαδημίας ἐπιτέτραμμαι. Οὕτω δὴ ὑπ' αὐτῆς παρακληθεὶς κυροῦντος τοῦ βασιλέως καὶ τῶν τῆς βασιλείας προστατῶν τάδε εἰς τοὺς Ἕλληνας ἀνακηρύττω.

§. α.

Ἀθήναιον ἀποδειχθήσεται μὲν παρ' ἡμῖν εἰς μόνην τὴν τῶν νέων Ἑλλήνων χρῆσίν τε καὶ παίδευσιν.

§. β.

Παραδέξεται δὲ παῖδας τοὺς τὸ δυοκαιδέκατον ἔτος τῆς ἡλικίας ἐπβεβηκότας, καὶ ἀναγιγνώσκειν τε καὶ γράφειν τὴν πατρικὴν αὐτῶν διάλεκτον ἐπισταμένους.

§. γ.

Ἡ παράδοσις καὶ παίδευσις ἅπασα ἐν αὐτῷ μὲν τῷ Ἀθηναίῳ γίγνεται· ἐπίδοσιν δὲ τὴν ἀναγκαίαν εἰληφότες οἱ μαθηταί τινα καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ Λυκείῳ διδαχθήσονται μετὰ τῶν ἄλλων τῆς πόλεως νεανίσκων, ὅπως καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐντεῦθεν ἐπιγιγνομένων ἀπολαύσουσιν.

§. δ.

Ὁ δὲ τῶν μαθημάτων κύκλος περιέχει παρ' ἡμῖν·

α) γλώσσας, ἐν ἀρχῇ μὲν τὴν παλαιὰν Ἑλληνικήν, τὴν Γερμανικὴν καὶ Λατινικήν· προβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας, τὴν Γαλλικήν, Ἰταλικὴν καὶ Ἀγγλικήν·

β) φιλολογίαν, ἤγουν τὰ εἰς τὸ εὖ καὶ κριτε-

ἐπιμελητὴς τῶν Ἑλληνικῶν ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ ἐπεφορτώθην παρ' αὐτῆς τὴν φροντίδα τῆς ὑποθέσεως ταύτης. Οὕτω λοιπὸν παρακαλεσθεὶς ὑπὸ τῆς Ἀκαδημίας εὐδοκίᾳ καὶ ἐπικυρώσει βασιλικῇ καὶ τῶν τοῦ βασιλείου προστατῶν ἀνακηρύττω τοῖς Ἕλλησι τὰ ἑξῆς.

§. α.

Ἀθήναιον θέλει συσταθῆν παρ' ἡμῖν μόνον πρὸς παίδευσιν καὶ προκοπὴν τῆς Ἑλληνικῆς νεολαίας.

§. β.

Τοῦτο θέλει δέχεται νέους τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς ἡλικίας περάσαντας καὶ τὴν μητρικὴν διάλεκτον τῶν ἀναγινώσκειν καλῶς καὶ γράφειν ὁπωσοῦν δυναμένους.

§. γ.

Ἅπασα ἡ παίδευσις καὶ παράδοσις θέλει γίνεσθαι μέσα εἰς αὐτὸ τὸ Ἀθήναιον· ἀφ' οὗ δὲ οἱ μαθηταὶ δυναμώσουσιν ἀρκετὰ, θέλουσι συνδιδάσκεσθαι ὁμοῦ μὲ τοὺς ἄλλους νέους τῆς πόλεως εἰς τὸ δημόσιον Λύκειον, ἵνα καὶ τὰ ἐνταῦθεν καλὰ ἀπολαύσωσιν.

§. δ.

Ἡ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν μαθημάτων σειρὰ αὕτη·

α) διάλεκτοι, κατ' ἀρχὰς μὲν ἡ παλαιὰ Ἑλληνικὴ, ἡ Γερμανικὴ, καὶ Λατινικὴ· προβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας καὶ ἡ Γαλλικὴ, Ἰταλικὴ, καὶ Ἀγγλικὴ·

β) φιλολογία· ἤγουν τὰ πρὸς τὸ καλῶς καὶ πρι-

κῶς ἀναγιγνώσκειν τοὺς ἀρχαίους συγγραφέας ἀναγκαῖα, οἷον κριτικὴν, μετρικὴν, μυθολογίαν, ἀρχαιολογίαν·

γ) γεωγραφίαν καὶ ἱστορίαν τῶν πολιτειῶν τε καὶ ἐθνῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν·

δ) ἐκ τῆς μαθηματικῆς, τὴν ἀριθμητικὴν, γεωμετρίαν θεωρητικὴν καὶ πρακτικὴν, καὶ ἀνάλυσιν ἢ ἀλγέβραν·

ε) ἐκ τῆς φιλοσοφίας τὴν λογικὴν, τὴν ψυχολογίαν, τὴν ἠθικὴν καὶ μεταφυσικήν·

ς) ἐκ τῶν περὶ τῆς φύσεως, τὴν ὀρυκτολογίαν, βοτανικὴν, ζωολογίαν, τὴν ἐμπειρηματικὴν φυσικὴν καὶ χυμικήν.

Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐν μουσικῇ καὶ εἰκονογραφίᾳ καὶ καλλιγραφίᾳ οἱ βουλόμενοι ἀσκηθήσονται.

§. ε.

Οἱ ἐγγεγραμμένοι εἰς τὸ Ἀθήναιον καὶ ἐνταῦθα παιδευθῆναι βουλόμενοι, οἴκησιν καὶ τροφὴν καὶ πάντα τὰ εἰς τὸν βίον ἀναγκαῖα ἐν αὐτῷ τῷ Ἀθηναίῳ παρεσκευασμένα εὑρήσονται.

§. ς.

Ἀντὶ δὲ τῆς ἐν τῷ Ἀθηναίῳ οἰκήσεως, τροφῆς καὶ διδασκαλίας ἕκαστος τῶν νέων ἀποτελεῖ εἰς ἔτος ἑκατὸν φλωρία Ὀλλανδικά· ὧν μὲν τὸ ἥμισυ ἐν ἀρχῇ παραδεξάμενοι εἰς τὸ Ἀθήναιον ἀποδώσουσιν, τὰ λοιπὰ δ' ἀεὶ μετὰ ἓξ μῆνας δι' ἑνὸς τῶν ἐνταῦθα τραπεζιτῶν.

τικῶς ἀναγινώσκειν τοὺς παλαιοὺς συγγραφεῖς ἀναγκαῖα, οἷον μετρικὴ, μυθολογία, ἀρχαιολογία.

γ) Γεωγραφία καὶ ἱστορία παλαιά τε καὶ νέα τῶν πολιτειῶν, ἐθνῶν, τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν.

δ) Ἐκ τῆς μαθηματικῆς, ἡ ἀριθμητικὴ, γεωμετρία πρακτικὴ τε καὶ θεωρητικὴ· καὶ ἀνάλυσις ἢ ἄλγεβρα.

ε) Ἐκ τῆς φιλοσοφίας, λογικὴ, ψυχολογία, ἠθικὴ καὶ μεταφυσικὴ.

ϛ) Ἐκ τῶν περὶ τῆς φύσεως, ἡ ὀρυκτολογία, βοτανικὴ, ζωολογία, ἡ πειραματικὴ φυσικὴ καὶ χυμικὴ.

Πρὸς δὲ τούτοις οἱ θέλοντες ἐμποροῦν νὰ γυμνάζωνται καὶ εἰς τὴν ἰχνογραφίαν, μουσικὴν καὶ καλλιγραφίαν.

§. ε.

Οἱ εἰς τὸ Ἀθήναιον καταγραφέντες καὶ ἐνταῦθα θέλοντες παιδευθῆναι, θέλουσιν ἔχειν ἐν αὐτῷ κατοικίαν, τροφὴν καὶ πάντα τὰ λοιπὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα.

§. ϛ.

Ἀντὶ δὲ τῆς εἰς τὸ Ἀθήναιον οἰκήσεως τροφῆς καὶ διδασκαλίας ἕκαστος τῶν νέων θέλει πληρώνειν ἐτησίως ἑκατὸν φλωρία Ὁλλανδικὰ· ἐκ τοῦ ὁποίου τὸ ἥμισυ θέλει μετρεῖται κατ' ἀρχὰς, τὰ δὲ λοιπὰ πάντοτε μετὰ ἓξ μῆνας δι' ἑνὸς τῶν ἐνταῦθα τραπεζιτῶν (μπαγκίρων).

§. 2.

Ἐσθῆτα καὶ βίβλους καὶ σμικρότερ' ἄττα εἰς τὴν χρῆσιν ἢ τέρψιν ἕκαστος ἑαυτῷ ἐκ τῶν ἰδίων παρασκευάσει. Ὁ μέντοι γε τοῦ Ἀθηναίου προστάτης σὺν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ ἐὰν βούλωνται οἱ γονεῖς ἢ οἱ ἐπίτροποι τοῦ μαθητοῦ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτῶν ἕτοιμος καὶ τούτων ἐπιμελεῖσθαι· καὶ παντελῶς δὲ τὰ τοῦ πατρὸς περὶ τέκνων αὐτοῦ πράττεσθαι.

§. 3.

Ἀνάγκη δὲ γράφειν τοὺς γονέας ἢ τρεῖς ἐπιτρόπους τῶν νέων πρὸς ἐμὲ τρεῖς ἢ τέσσαρας ἑβδομάδας πρὶν ἢ τὸν νέον ἐλθεῖν, ἵνα οὗτος πάντα τὰ εἰς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ ἀναγκαῖα εὖ προπαρεσκευασμένα εὑρίσκῃ. Ἐὰν δὲ θέλῃ τις ἐπλιπεῖν τὸ Ἀθήναιον, δέον ταῦτο ἀπαγγέλλειν τῷ προστάτῃ πέντε μῆνας πρὸ τοῦ τὴν ἔξοδον γενέσθαι.

Οὗτω δὴ ἐν μέσῃ μὲν τῇ Γερμανίᾳ, ἐν ἁπάσῃ δὲ τῇ περὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ μούσας ἀδείᾳ καὶ προκοπῇ τοῖς νέοις Ἕλλησιν ἀναδείκνυται σχολή· ἧς τὴν αὔξην καὶ τὴν ἐς γένος τὸ Ἑλληνικὸν ὠφέλειαν ἐκ πολλῶν ἐστι τεκμαίρεσθαι, μάλιστα δ' ἐκ τῆς γενναίας σπουδῆς, ἣ πᾶν τὸ ἔθνος πρὸς παίδευσιν καὶ πάντα τὰ καλὰ ὡσεὶ ῥύμῃ τινὶ φέρεται. Αὐτὸς δ' ἔγωγε μετ' ἐπιμελείας σκέψομαι, ὡς μὴ τοῖς νέοις ἐς τοδὶ τὸ Ἀθήναιον φοιτῶσι πατέρες ἀπεῖναι δόξωσιν καὶ ὅπως ἡ τῆς Ἑλλάδος γῆς νεολαία, πρεπόντως πεπαιδευμένη καὶ εὖ ἔχουσα, εἰς

§. 2.

Ἐνδύματα δὲ καὶ βιβλία καὶ ἄλλα τινὰ ἔξοδα εἰς χρῆσιν ἢ τέρψιν θέλει φροντίζειν ἕκαστος ἐξ ἰδίων· ὁ προστάτης δὲ ὁμοῦ μὲ τοὺς λοιποὺς τῆς ἑταιρείας δύναται, ἐὰν οἱ γονεῖς ἢ ἐπίτροποι τοῦ νέου θέλωσι, καὶ ταύτην τὴν φροντίδα εἰς ὄνομα καὶ λογαριασμόν των νὰ ἀναλάβῃ, καὶ μ' ἕνα λόγον νὰ ἐκτελῇ ἅπαντα τὰ τοῦ πατρὸς πρὸς τὰ τέκνα.

§. 3.

Ἀνάγκη δὲ εἶναι, οἱ γονεῖς ἢ οἱ ἐπίτροποι τῶν νέων νὰ γράψωσι πρός με τρεῖς ἢ τέσσαρας ἑβδομάδας πρὶν νὰ ἔλθῃ ὁ νέος, διὰ νὰ εὕρῃ ὅλα του τὰ ἀναγκαῖα ἕτοιμα. ἐὰν δὲ θέλῃ τις νὰ παραιτηθῇ ἀπὸ τὸ Ἀθήναιον, πρεπινὰ εἰδοποιήσῃ τὸν ἐπιστάτην πέντε μῆνας πρὸ τῆς ἀποχωρήσεως του. Καὶ οὕτω ἰδοὺ παῤῥησιάζεται ἐν μέσῳ τῆς Γερμανίας καὶ μὲ πᾶσαν περὶ τὰς ἐπιστήμας ἄδειαν καὶ προκοπὴν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἡ πρώτη σχολή, τῆς ὁποίας τὴν αὔξησιν καὶ τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν γένος ὠφέλειαν, πολλαχόθεν δύναταί τις νὰ συμπεράνῃ, μάλιστα δὲ ἀπὸ τὴν γενναίαν ἐπιμέλειαν, μὲ τὴν ὁποίαν χρέχει τὸ ἔθνος πρὸς τὴν παίδευσιν καὶ τὰ παλαί.

Ἐγὼ δὲ μὲτ' ἐπιμελείας θέλω φροντίσειν, ἵνα μὴ λείψωσι καὶ πατέρες εἰς τοὺς εἰς τοῦτο τὸ Ἀθήναιον φοιτῶντας νέους, καὶ ἵνα ἡ Ἑλληνικὴ νεολαία πρεπόντως πεπαιδευμένη καὶ καλῶς κατὰ πάντα ἔχουσα, εἰς τὴν πατρίδα ἐπιστρέψῃ πρὸς

τὴν πατρίδα τύχῃ ἀγαθῇ ἐπανελεύσεται. Χαίρετε!

Ἐν Μουνυχίᾳ 17. μηνὸς
τοῦ Ἀπριλλίου ἔτ. 1815.

Εἰρηναῖος Θήρσιος.

Σημειώσεις.

Α.

Περὶ δὲ τῆς ἱερᾶς πίστεως προσθετέον ἔτι, ὅτι καὶ περὶ αὐτὴν καὶ τῆς ἱερᾶς θρησκείας τὴν τε παράδοσιν καὶ ἄσκησιν ἀνέξει εἷς τῶν διδασκάλων, ἱερεὺς ὢν τῆς Ἀνατολικῆς ἐκκλησίας.

Β.

Ὡσαύτως καὶ τοῦτο προσβλητέον, ὅτι μετὰ τὴν ἐν Ἀθηναίῳ παίδευσιν, ἐάν τις τῶν νέων θέλῃ προσμαθεῖν τινα τῶν τεχνῶν τῶν πρὸς τὸν βίον ἢ τῆς πολιτείας τὴν κόσμησιν χρησίμων, εἰς τοῦτο πᾶν κάλλιστα παρεσκευασμένον ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἂν εὕροι. Οὕτω τὰ τῆς μηχανικῆς ὄργανα καὶ τὰ ὕαλα παντοδαπὰ παρ' οὐδενὸς καλλίον παρεσκευάζεται πλὴν ἢ παρὰ τῶν Οὐΐσχεϊδήρου καὶ Ρεϊχεμβάχου τεχνιτῶν τε καὶ δημιουργῶν, ὥστε διὰ πᾶσαν τὴν πεφωτισμένην Εὐρώπην ἤδη εὑρίσκεσθαι καὶ μεγάλου ποιεῖσθαι αὐτά. Ὁμοίως τὰ τῆς Χειρουργίας βέλτιστα ὄργανα ἐκπονεῖ Σχαεττῆρος σὺν τοῖς ἑταίροις. Τὴν δὲ Διδασκαλίαν τὴν παρ' ἡμῖν ἀνευρεθεῖσαν καὶ ἀπατεθραμμένην τέχνην εἰς ἄκρον ἤδη πρὸς τὴν ὠφέλειαν καὶ τέρψιν ἀνενήνοχε Στούνζιος σὺν τοῖς ἑταίροις. Καὶ μήν καὶ τὴν Ἀρχιτεκτονικὴν πρὸς οἰκοδομὴν παντοίων οἰκημάτων καὶ Γραφικὴν τὴν περὶ τὰς εἰκόνας ἐν τῇ δημοσίᾳ τῶν τεχνῶν Ἀκαδημίᾳ ὑπὸ προσ-

χαρὰν καὶ εὐχάριστησιν τῶν γονέων καὶ παντὸς τοῦ γένους. Χαίρετε!

Ἐν Μουνυχίᾳ 17.
τοῦ Ἀπριλλίου ἔτ. 1815.

Εἰρηναῖος Θήρσιος,
μέλος τῆς τῶν ἐπι-
σημῶν Ἀκαδημίας,
τῆς παλαιᾶς γραμμα-
τείας διδάσκαλος καὶ
τῶν νέων φιλολό-
γων προσάτης.

Σημειώσεις.

Α.

Τὴν δὲ ἄσκησιν καὶ παράδοσιν, καὶ ὅσα ἄλλα εὐήκουσιν εἰς τὴν ἱερὰν θρησκείαν θέλει ὑποχρεωθῆν ἱερεύς τις τῆς Ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἵνα ἐκτελῇ καὶ διδάσκῃ.

Β.

Ἔστω καὶ τοῦτο γνωστὸν, ὅτι ἐάν τις τῶν νέων μετὰ τὴν ἐν τῷ Ἀθηναίῳ παίδευσιν θέλῃ νὰ μάθῃ προσέτι καί τινα τῶν ὡραίων τεχνῶν, τῶν πρὸς τὸν βίον καὶ τῆς πολιτείας τὴν κόσμησιν χρησίμων, θέλει εὑρεῖν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει τοὺς περιφημοτέρους τῶν τὰ τοιαῦτα εἰδότων. Οὕτως εἰς τὴν κατασκευὴν τῶν μηχανικῶν ὀργάνων καὶ τῶν παντοδαπῶν ὑέλων εὑρήσει οὐδένα ἄλλον καλλήτερον, ἢ τοὺς τεχνίτας καὶ δημιουργοὺς τῶν τοῦ Οὐζσχειδήρου καὶ Ρειχενβάχου, οἵτινες ἀνὰ πᾶσαν τὴν πεφωτισμένην Εὐρώπην εἰς μεγάλην ὑπόληψιν εἶναι, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν πολλῆς τιμῆς ἄξια νομίζονται. Ὁμοίως εἰς

τάτον Λαγγύρου εὐθηνουμένῃ καλῶς διδάσκονται οἱ τοιούτων δημιουργοὶ ἢ τεχνῖται ἔσεσθαι μέλλοντες. Τέλος δὲ τὰ περὶ τὴν τῶν ποταμῶν γεφύρωσιν καὶ ἀγωγὴν καὶ τῶν δημοσίων ὁδῶν οἰκοδομὴν καὶ ἐπιμέλειαν Βηβεκινδὸς ὁ πάνυ θαυμασίως ταμιεύει καὶ διδάσκει τοὺς προσερχομένους. Οὕτω καὶ ἄλλα τοιαῦτα οὐδαμοῦ ἂν καλλίον προσμάθοι ἢ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει παντοδαποῖς δημιουργοῖς τε καὶ τεχνίταις εὖ κεκοσμημένῃ. Τῶν οὖν μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς παιδεύσεως ἐξ Ἀθηναίου ἐξελθόντων οἱ μὲν ἄλλοθι πορεύσονται διδάσκαλοι ἢ ἰατροὶ γενησόμενοι ἢ ἄλλο τι ἴδιον διαπραξόμενοι, οἱ δὲ μίαν τῶν τεχνῶν περὶ ὧν νῦν δὴ εἴπομεν ἢ καὶ ἄλλην εἰς τὸ ὠφελεῖν καὶ τὸ ἔθνος καὶ ἑαυτοὺς προσμαθεῖν προθυμήσονται. Τοιαῦτα γὰρ τὴν πατρίδα αὐτῶν κατὰ τὴν νῦν τῶν πραγμάτων κατάστασιν οὐχ ἥκιστ' ἂν αὔξοιεν. Τούτοις οὖν οἱ ἄνδρες οἱ ἐμοὶ προ ειρημένοι εἰς τὸ καλῶς αὐτὴν μανθάνειν ἡγεμόνες ἔσεσθαι ὑπισχνοῦνται· ἐγὼ δὲ αὐτῶν καίπερ οὐκέτι παρ' ἐμοὶ διατριβόντων ἐπιμελητής τε καὶ συμβουλευτὴς ἂν εἴην πρὸς τὸ τὴν Ἑλλάδα ὠφελεῖν καὶ κοσμῆσαι ὡρμημένων.

τὴν κατασκευὴν τῶν τῆς χειρουργίας ὀργάνων, τὸν κύριον Σχνεττῆρον σὺν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ. Ἔτι τὴν Λιθογραφίαν, τέχνην παρ' ἡμῖν ἀνευρεθεῖσαν καὶ ἀνατεθραμμένην πρὸς μεγάλην ὠφέλειαν καὶ τέρψιν παρὰ τοῦ κυρίου Στουνζίου. Προσέτι τὴν Ἀρχιτεκτονικὴν πρὸς οἰκοδομὴν παντοίων οἰκημάτων καὶ Ζυγγραφικὴν ἐν τῇ δημοσίᾳ Ἀκαδημίᾳ τῶν τεχνῶν διευθηνουμένῃ ὑπὸ προστάτου Λαγγήρου, ἄριστα διδασκουμένας. Τέλος δὲ πρὸς τὴν τῶν ποταμῶν γεφύρωσιν καὶ ἀγωγὴν καὶ τῶν δημοσίων ὁδῶν οἰκοδομὴν καὶ ἐπιμέλειαν, τὸν Βιβίκινδον, ὅστις πάνυ θαυμασίως ἐφοδιάζει καὶ διδάσκει τοὺς προσερχομένους. Παρομοίως κ' ἄλλα τοιαῦτα εἰς οὐδεμίαν ἄλλην πόλιν καλλήτερον δύναται νὰ διδαχθῇ, παρὰ εἰς ταύτην, οὖσαν στολισμένην μὲ διαφόρους δημιουργοὺς καὶ τεχνίτας. Ἀπὸ τοὺς νέους λοιπὸν τοὺς ἐκ τοῦ Ἀθηναίου μετὰ τὸ τέλος τῆς παιδεύσεως ἐξερχομένους ἄλλοι μὲν θέλουσιν ὑπάγειν ἀλλοῦ, ἄλλοι δὲ πρέπει νὰ διδαχθῶσι τινὰ τῶν εἰρημένων τεχνῶν πρὸς ἰδίαν καὶ τοῦ ἔθνους ὠφέλειαν, διότι τὰ τοιαῦτα εἰσὶν, ὅσα καὶ τὴν πατρίδα ὠφελοῦσι, καὶ εἰς τὴν παροῦσαν κατάστασιν ἁρμόδια καὶ κατάδηλα. Οἱ εἰρημένοι ἄνδρες ὑπόσχονται δι' ἐμοῦ εἰς τοὺς νέους τὴν ἀκριβῆ διδασκαλίαν καὶ ὁδηγίαν ὁποίας δήποτε τέχνης. Ἐγὼ δὲ καὶ ἀπὼν τότε θέλω εἶναι ἐπιμεμητὴς καὶ συμβουλευτὴς τῶν νέων, ὅσοι προσπαθοῦσι διὰ τὴν τῆς Ἑλλάδος ὠφέλειαν καὶ στολισμόν. -

II.

ANNOTATIONVM CRITICARVM

IN

PLVTARCHI

VITAS PARALLELAS

SPECIMEN.

SCRIPSIT

D. IOANNES CHRISTOPH. HELD,

NORIMBERGENSIS.

Servatur in bibliothecâ Regiâ *Monacensi* Codex manu scriptus saeculi XIII., numero LXXXV. insignitus, praeter totum *Demosthenem* atque alia quaedam continens *Plutarchi* vitas parallelas quatuordecim. Quo quidem libro *Reiskius* utebatur, cum *Demosthenis* editionem curaret; Plutarchea autem, de hoc auctore olim edendo tunc temporis nondum cogitans, plane neglexit. Quâ de re graviter stomachatur in praefatione ad *Plutarchi* editionem; neque id iniuriâ; est enim ex hâc quoque parte liber optimae notae, cuius varias lectiones postquam partim viri doctissimi amicissimique excerptas mecum singulari humanitate communicarunt, partim ipse enotavi, vitam Alexandri elegi, in quâ tractandâ proponerem specimen tum meae ipsius criticae facultatis, tum libri manu

scripti praestantiae *). Attuli autem Codicis lectiones, praeter aperte falsas, omnes, et quidquid rerum vel ad criticam vel ad grammaticam pertinentium opportune se mihi obtulerit, loco suo quidque adieci. In laudandis *Plutarchi* verbis sequutus sum textum Reiskianum, quippe qui adhuc sit in plurimorum manibus.

*) Varietatem lectionis Cod. *Monac.* ad hanc Alexandri vitam aliasque plures pertinentem, gratissimo animo acceptam refero *Goellero*, Progymnasii Monacensis praeceptori.

ANNOTATIONES

IN

PLVTARCHI

VITAM

ALEXANDRI MAGNI.

CAPVT I.

Καὶ παλιορκίαι πόλεων. Sic bene scripserunt inde a *Bryano* editores, licet omnes codices exhibeant *πολιορκία*, solus Anon. *πολιορκίας*. — *Diod. Sic.* loco, qui nostro est simillimus, XVII, 38. *αἱ μὲν γὰρ τῶν πόλεων πολιορκίαι καὶ παρατάξεις, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὸν πόλεμον προτερήματα, τὰ πλείονα διὰ τύχην ἢ δι' ἀρετὴν ἐπιτυγχάνεται.* Ibiq. *Wessel.* — Passim occurrit hic librariorum error, quo singulare numerum posuerunt pro plurali. In cod. Monac. infra cap. 26. pro *ἐξ ἴσου συνάγουσαι τὸ μέγεθος* legitur: *ἐ. ἴ. συνάγουσα κ.τ.λ.* — Sertor. 22. pro *αἱ πόλεις . . ἐδέχοντο* idem exhibet *ἡ πόλις . . . ἐδέχοντο.*

CAPVT II.

ὡς ἀκριβεστέρας φυλακῆς δεομένων Φιλίππῳ τῶν περὶ τὸν γάμον. Haec lectio, quam in textum recepit *Reiskius* ex Vulcob., probavitque *Corayus*, licet in textu reliquerit *δεομένῳ*, firmatur Cod. Monac. — Optime. Repositâ enim, quae olim vulgabatur, lectione, male omnia cohaerent. — Rarius quidem, sed transiit interdum litera *ν* in iota *προσγεγραμμένον*. Cf. *Schaef.* meletem. crit. p. 110.

Τελμισσεύς. Cod. *Monac. Τελμισεύς.* Eadem scriptionis varietas occurrit in plerisque huiuscemodi nominibus. Cf. *Wasse* ad, Thuc. VIII, 42. *Boeckh.* in Praef. ad Simon. Socrat. diall. pag. XXXV. sq. — *Ὥφθη δέ ποτε.* Cod. *Monac.* om. *ποτέ.* Male. — *Πολλάκις* in Cod. *Monac.* post *ἀναπαυσόμενον.*

ὡς κρείττονι συνούσης. Cod. *Monac.* cum reliquis omnibus dat pravam lectionem *συνούσῃ.* Literae *ς* in iota *προσγεγρ.* mutatae exempla attulit *Schaef.* meletem. crit. pag. 113. notâ.

Μιμαλλόνες Cod. *Monac. Μιμαλῶνες.* Cf. *Creuzeri* Symb. und Mythol. Tom. III. pag. 208. sqq.

CAPVT III.

Χρησμὸν κομισθῆναι λέγουσι. Cod. *Monac. χρ. λέγουσι κομ.* —

ἐγεννήθη δ' οὖν. Cod. *Monac.* om. *οὖν.* Perperam. Redit enim *Plutarchus* a narratiunculis, quas interseruerat de somniis prodigiisque, ad ipsum Alexandri ortum. Caeterum nil huius particulae omissione frequentius. In ipso nostro Cod. perperam deest infra cap. 60. *ταῦτα μὲν οὖν ὁ τῆς μάχης κ. τ. λ.* — 65. init. *τούτους μὲν οὖν.*

ἕκτῃ Cod. *Monac. ἕκτης.*

ᾧ Ἡγησίας. Cod. *Monac. ὡς Ἡγ.* quae lectio quum bene ferri possit, non solius Anony-

mi iussu ab editoribus debebat tentari. Paulo post pro δυνάμενον Cod. *Monac.* exhibet δεόμενον. Perperam. Equidem vero post κατασβέσαι addi vellem ἄν. Cf. *Schaef.* meletem. crit. pag. 40. et 125. et quos ibi laudat. Eadem particula restituenda est ex veteribus editionibus *Plutarcho* in vitâ *Demetrii* cap. 24. δεδόχθαι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, πᾶν ὅ τι (ἄν) ὁ βασιλεὺς Δημήτριος κελεύσῃ, τοῦτο ... εἶναι δίκαιον. Sic semper fere Graeci. *Demosth.* Or. de Cor. §. 53. λέγων εὐχερῶς πᾶν ὅ τι ἂν βουληθῇς. Ibid. §. 174. πᾶν ὅ τι ἂν μὴ δικαίως ᾖ πεπραγμένον. *Herodt.* I, 119. ἀριστὸν εἶναι (ἔφη) πᾶν τὸ ἂν βασιλεὺς ἔρδῃ. Id. III, 16. III, 147. *Arrian.* Anáb. IV, 9. (χρὴ) ὅ τι ἂν καὶ ὁπωσοῦν ἐκ βασιλέως πραχθῇ τοῦτο δίκαιον νομίζειν. Id. II, 14 et 15. *Plut.* Demetr. 13. ὅ τι δ' ἂν χρήσῃ, ταῦτα πράττειν τὸν δῆμον. Id. Coriol. 37. ψηφισαμένης, ὅ τι ἂν αὐταῖς ἀξιώσωσι, τοῦτο ποιῆσαι. Lycurg. 29. Alex. 48. fin.

ἄτην ἅμα καὶ συμφοράν. Cod. *Monac.* om. ἅμα, quod ut retineatur, contextus postulat. Clamitabant enim sacerdotes, templi incendium non pro solâ vel maximâ illius diei calamitate habendum, sed ortum simul esse, qui toti Asiae futurus esset perniciei.

CAPVT IV.

Καὶ γὰρ ἃ μάλιστα πολλοὶ τῶν διαδόχων ὕστερον καὶ τῶν φίλων ἀπεμιμοῦντο, τήν τ' ἀνάτασιν τοῦ αὐχένος εἰς εὐώνυμον ἠσυχῇ κεκλιμένου καὶ τὴν ὑγρότητα τῶν ὀμμάτων, διατετήρηκεν ἀκριβῶς ὁ τεχνίτης. Sic hunc locum ediderunt *Reiskius* et *Corayus*, quum in nullo libro manu scripto legatur ἃ ante μάλιστα. *Solanus*, qui primus relativum inserendum coniecit, praeterea μάλιστα aut in μάλα mutandum, aut delendum censuit. — Cod. *Monac.* cum reliquis omnibus omittit ἃ, itemque articulum ante διαδόχων. — *Io. Aug. Iacobsius* in dissertatione, quae inscribitur: „Observationes criticae in quosdam *Plutarchi*, *Horatii*, aliorumque locos", illarum mutationum nullam admittit, sed scribi iubet τἆλλα pro μάλιστα, et τὴν δ' ἀνάτασιν pro τήν τ' ἀνάτ. — Laudem enim artificis nullam esse, si hoc assequutus dicatur, quod vulgari quisque vita imitando potuisset exprimere; volubilitatem oculorum ne imitando quidem potuisse affectari ab Alexandri amicis, (quod mihi quidem longe facilius intellectu, quam quomodo ab artifice statuarum potuerit exprimi); particulas relativas a librariis addi potius solere, quam omitti; perperam huc referri locum ex *Pyrrhi* vitâ 8., quem ostendere debuisse, in aliis omnibus et inprimis in humeri flexu *Alexan-*

drum potuisse imitando repraesentari, minime vero ἐν τῇ ὑγρότητι τῶν ὀμμάτων. — Sed non vidit vir doctissimus, ex suâ loci nostri emendatione sequi, ut *Alexandri* amici ne humeri eius flexum quidem imitari potuerint, quod aperte indicat locus supra laudatus *Pyrrh.* cap. 8. qui sic habet; τῶν μὲν ἄλλων βασιλέων ἐν πορφύραις καὶ δορυφόροις καὶ κλίσει τραχήλου .... μόνος δὲ Πύρρου τοῖς ὅπλοις ... ἐπιδεικνυμένου τὸν Ἀλέξανδραν. — In mentem mihi venit, num haec fortasse medicina loco nostro adhibenda sit, ut, et in reliquis codicum auctoritatem sequuti, et deletâ virgulâ post ἀπεμιμοῦντο, ante διατετήρηκεν interponamus καί, cuius voculae quam frequens sit omissio, vix dici potest. In ipso nostro codice saepissime negligitur, ubi ab reliquis uno consensu admissam videmus, v. c. antè ipsam praepositionem διά in Vitâ *Philop.* cap. 9. καὶ διὰ τοῦτο πλῆκται κ. τ. λ. In *Diod. Sic.* XVII, 43. πολλοὺς καὶ μεγάλους, *Basil.* omittit copulam, quae semper inter πολύς et alterum adiectivum interponitur. *Dem.* de Cor. §. 10. πολλὰ καὶ δεινά. Ibid. §. 37. *Thuc.* II, 51. *Plut.* Tib. Gracch. 4. Id. Nic. 26. fin. Timol. 38. Cf. quem ad hunc locum laudat *Fabricii*, *Schaef.* ad Longi Pastoral. p. 351. Id. in praef. ad Iulian. Orat. I, p. XIV. Add. *Schneider.* ad *Xen.* Anab. IV, 6, 27. ubi tamen dubitari possit, an recte recepta sit copula. Cf. *Plut.* Nic. 26. med. — Sententiae autem

Plutarchi, si nostram rationem sequaris, eodem fere modo inter se cohaerent, quo, si Reiskianam „Alexandri formam optime exprimebant statuae *Lysippi*, a quo solo ipse voluit effingi. Erant enim in illo singularia quaedam, quae ita effingere, ut ne in deformitatem abirent, arduum quidem erat artifici, quibus vero, ut Alexandri potissimum propriis, facillime eius figura ab aliorum omnium formâ posset dignosci; quapropter et a successoribus amicisque eius quam maxime imitando affectabantur, ut corporis saltem habitu regi fierent similiores, et a *Lysippo* accuratissime in statuis exprimebantur". — Minime igitur abundat *μάλιστα*, cuius vocis, paulo ante praecedentis, iteratio, ingrata accidit quorundam auribus; quâ in re minus delicatos fuisse Graecos docent innumera exempla. Vid. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XVII, 60. *οἱ συνεχεῖς συνείποντο, καὶ τὸ συνεχὲς τῷ Δαρείῳ σύνταγμα ... παρερρήγνυτο.* Neque hoc quemquam offendere potest, quod e nostrâ huius loci constituendi ratione intelligendus sit ad *διατετήρηκεν* accusativus pronominis, quod in talibus saepissime omittitur, vel ne desideratur quidem. Cf. *Lamb. Bos.* Ell. pag. 53. ibiq. *Schaef.* — *Hermann.* de ell. et pleon. p. 119. Quae res, etsi in vulgus nota, tamen nonnumquam fraudi fuit *Plutarchi* editoribus. V. c. in Vitâ Alcib. 29. *ἐπεὶ δὲ Φαρνάβαζος ἱππέας τε πολλοὺς ἔχων καὶ πεζοὺς ἐπῆλθεν*

αὐτοῖς ἐμβεβληκόσιν εἰς τὴν Ἀθηνῶν, ὁ δ' Ἀλκιβιάδης (sic optime dedit *Coraeus* pro vulgari ὁ Ἀλκ. apodosis enim incipit a καὶ ἀνεμίγνυτο) ἐκβοηθήσας ἐπ' αὐτὸν ἐτρέψατο καὶ κατεδίωξεν κ. τ. λ. ubi *Reiskius* desiderans accusativum ad ἐτρέψατο pertinentem, legere voluit aut ..Φαρνάβαζον, ὃς ἱππέας, aut ὃν Ἀλκιβιάδης, quod posuit in textu; neutrum recte. Cf. *Plut.* Arat. 29. προσπεσὼν τοῖς πολεμίοις εὐθὺς ἐτρέψατο. — Pomp. 46. Λεύκουλλος ὡς ἐπανῆλθεν ἐξ Ἀσίας, ὑπὸ Πομπηΐου περιϋβρισμένος, αὐτίκα τε λαμπρῶς ἠ σύγκλητος ἐδέξατό κ. τ. λ. ubi praeter necessitatem voluerunt quidam Λεύκουλλον. Nic. 27. αὐτὸς δε Δημοσθένης .. ἐπλήξε μὲν ἑαυτὸν, οὐ μὴν ἀπέθανε, ταχὺ τῶν πολεμίων πιπτόντων καὶ συλλαβόντων, ubi non necesse addatur ex Vulcob. et B. 3. αὐτόν. Philop. 21. ἦν ἰδεῖν..... αὐτὴν δὲ τὴν ὑδρίαν ὑπὸ πλήθους ταινιῶν .. μόλις ὁρωμένην· ἐκόμιζε δ' (sc. αὐτὴν) ὁ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς, Πολύβιος κ. τ. λ. Ubi cave deleas cum *H. Stephano* particulam δέ post ἐκόμιζε atque incisum post ὁρωμένην. Cf. Alcib. 32. εἰ νῦν τὴν πόλιν παραλαβὼν ὀλίγου δέουσαν ἐκπεπτωκέναι τῆς θαλάσσης ... οὐ μόνον γε τῆς θαλάσσης τὸ κράτος ἀπέδωκεν (sc. αὐτῇ.) — Aristid. 7. λέγεταί τινα ... ἀναδόντα τῷ Ἀριστείδῃ τὸ ὄστρακον — παρακαλεῖν (sc. αὐτὸν) ὅπως κ. τ. λ. — Sed ut iam ad locum nostrum revertar, si eius persanan-

di rationum, quae hucusque initae sunt, nulla probetur viris doctis, gravius fortasse in eo latet mendum, quam quod sine codicum auxilio tolli queat. Certe auctor Orationis II. de Alex. fort. cap. 2. alias easque maiores impertit *Lysippo* laudes: *μόνος γὰρ οὗτος, ὡς ἔοικε, κατεμήνυε τῷ χαλκῷ τὸ ἦθος αὐτοῦ, καὶ συνεξέφερε τῇ μορφῇ τὴν ἀρετὴν, οἱ δὲ ἄλλοι τὴν ἀποστροφὴν τοῦ τραχήλου καὶ τῶν ὀμμάτων τὴν διάχυσιν καὶ ὑγρότητα μιμεῖσθαι θέλοντες, οὐ διεφύλαττον αὐτοῦ τὸ ἀρρενωπὸν καὶ λεοντῶδες.* —

γράφων τὸν κεραυνοφόρον. *Corayus* de suo dedit *γράφων αὐτὸν κερ.* Parum recte. Cf. Or. de fort. Alex. II, 2. *Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος καὶ Λύσιππος ὁ πλάστης* —, *ὧν ὁ μὲν ἔγραψε τὸν κεραυνοφόρον κ. τ. λ.* Ibid. cap. 3. *τί δὲ τὸν κεραυνοφόρον, τί δὲ τὸν Ἐπὶ τῆς αἰχμῆς προσαγορευόμενον;* Caeterum ita hodie quoque de tabulis pictis brevitatis causâ loqui solent.

ἐξαιρεῖ γὰρ ὁ ἥλιος. Quum ad unum omnes libri manu exarati omnesque editiones veteres exhibeant *ἐξαίρει*, valde mihi probatur *Corayus*, qui tuetur hanc lectionem ex *Hippocr.* de aëre etc. p. 36 — 42. ed. suae. — Caeterum cf. quae de verborum *αἴρειν* et *αἰρεῖν* confusione egregie disputavit *Wyttenbachius* ad *Plut.* de Sera N. V. p. 8.

ἡ τε σωφροσύνη διεφαίνετο τῷ πρὸς τἄλλα ῥαγδαῖον ὄντα καὶ φερόμενον

φροδρῶς, ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὸ σῶμα δυσκίνητον εἶναι ..... ἥ τε φιλοτιμία παρ' ἡλικίαν ἐμβριθὶς εἶχε φρόνημα καὶ μεγαλόψυχον. *Reiskius*, suasu *Solani* et auctoritate Vulcobianae et Anonymi, inseruit τῷ post διεφαίνετο, quod confirmat codex *Monac.* et recte retinuit *Corayus*. *Aug. Iacobsio* l. l. nimis difficilis hàc ratione reddi videbatur oratio; causam non video, praesertim quum in *Plutarcho* versemur, in quo tales verborum structurae haud raro occurrunt. Multo minus autem admittenda est eiusdem coniectura, quâ scribere vult διέφαινε τὸν ῥαγδ. — Articulum, quem noster quoque codex addit ante φρόνημα, *Reiskius*, probante *Iacobsio*, auctoritate *Iunt.* *Ald.* et *Crat.* omisit, *Corayus* restituit. Recte. Nam εἶχε positum est pro παρεῖχε, eundemque praebet sensum, quem paulo antè παρεῖχεν, ubi *Plutarchus* dicit: Ἀλέξανδρον ἡ θερμότης τοῦ σώματος ... καὶ ποτικὸν καὶ θυμοειδῆ παρεῖχεν. — Cf. *Plut.* Nic. 12. ὑπ' ἐμπειρίας δόξας ἐπιτηδειότερος εἶναι καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν ἔξειν, quo loco nec παρέξειν scribendum cum *Reiskio*, neque aliud quidquam eiusdem suasu mutandum. — Id. Pomp. 37. διῆλθεν οὐκ ἀηδῶς αὐτὰ (τὰ γράμματα) πολλὴν ἔχοντα τοῦ ἤθους (τοῦ Μιθριδάτου) κατανόησιν. Cf. *Hoogev.* ad *Viger.* p. 120. b. *Viger.* p. 251. sq. Codex *Monac.* praeterea post ἡλικίαν interiicit γάρ et

paulo inferius καὶ inter δεινότητι et σοφιστικῶς, utrumque minus recte.

Pro ἔμελλεν, quod *Reiskius* ex edd. vett. dedit, iure ab *Aug. Iacobsio* hoc nomine reprehensus, Cod. *Monac.* exhibet meliorem lectionem ἔμελλον, a *Corayo* quoque in textu positam.

Pro πλείστους γέ τοι θεὶς ἀγῶνας Cod. *Monac.* dat πλ. γάρ τιθεὶς ἀγ. — Perperam. Nam γέ τοι hîc positum est eo sensu, quo alias γοῦν scribere solet *Plutarchus*, de quo infra. Γάρ e glossâ videtur natum. Cf. *Hoogev.* de part. pag. 126. ed. *Schütz.*, et inprimis quem ille laudat, Schol. ad *Aristoph.* Plut. 424.

CAPVT V.

ὁποῖος εἴη πρὸς τοὺς πολέμους. Sic *Reiskius* et *Corayus* e coniecturâ, quam firmare p terant loco *Xenoph.* Hellen. VI, 1, 4. οὓς δ' ἂν ὁρᾷ φιλοπόνως καὶ φιλοκινδύνως ἔχοντας πρὸς τοὺς πολέμους κ. τ. λ. — Equidem cum *Schmiedero* retinendam putarim omnium librorum lectionem πολεμίους, quae et ipsa praebet sensum haud incommodum.

οὐδὲ πλοῦτον ἀλλ' ἀρετὴν καὶ δόξαν. Cod. *Monac.* ἀλλ' ἀρετὴν καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν. Male.

διδάσκαλοι λεγόμενοι. Cod. *Monac.* γενόμενοι. Praestat vulgata, quum et in sequentibus agatur de nominibus. Frequentissima ho-

rum verborum confusio. Cf. *Koen.* ad Greg. Corinth. p. 10. ed. *Schaef.*

αὐτὸς μὲν οὖν φεύγων τὸ τῆς παιδαγωγίας ὄνομα. *Corayus* dedit, quod iam *Bryanus* et *Mos. Dusoul.* voluerunt αὐτὸς μὲν οὖ φ. — Omnes libri consentiunt in alterâ lectione, quae sane habet, quo se tueri possit. Convenit enim viro reginae cognato, detrectare nomen illud, servis alias tribui solitum. Deinde opponitur ei *Lysimachus*, qui etiam affectabat paedagogi speciem et cognomen. Sensus loci nostri hac inita ratione erit hic: „qui et ipse aegre ferebat paedagogi nomen, licet res honesta esset atque gloriosa, et ab aliis vocabatur *Alexandri* nutritor ac magister propter dignitatem ac regiae affinitatem, quam scilicet reveriti haec cognomina ei imposuissent, etiamsi ipse paedagogum se nominari libenter passus esset". — Attamen sententiam faciliorem atque elegantiorem nasci e lectione *Corayana*, minime diffiteor.

CAPVT VI.

Ἐπεὶ δὲ ... κατέβησαν εἰς τὸ πεδίον δοκιμάσοντες τὸν ἵππον· ἐδόκει τε χαλεπὸς εἶναι ... δυσχεραίνοντος δὲ τοῦ Φιλίππου καὶ κελεύοντος ἀπάγειν — παρὼν Ἀλέξανδρος εἶπεν· — τὸ μὲν οὖν πρῶτον κ. τ. λ. *Corayus* censet, aut τι delendum, ut apodosis sit, ἐδόκει κ. τ. λ. aut

sequens δέ eiiciendum esse, ut illa incipiat a παρών; sin minus, *Plutarchum* negligentiae arguendum esse omnino. — At bene locus habet, optimeque convenit *Plutarchi* consuetudini. Pendent enim verba ἐδόκει τε — κατεξανιστάμενος ab ἐπεὶ δέ initio totius periodi posito; in sequentibus post ἀκόλαστον pro puncto minori comma est ponendum, itemque post δυνάμενος pro puncto maiori, vel minus vel incisum. Particula enim δέ omnia ad ἐπεί spectare testatur, verborumque constructio haec est: ἐπεὶ δὲ .... Φιλίππου δύσχεραίνοντος —, παρὼν Ἀλέξανδρος εἶπεν. — Tunc sequitur apodosis: τὸ μὲν οὖν πρῶτον κ. τ. λ. Ad quod loquendi genus, in *Plutarcho* frequentissimum, quum, editores non satis animadvertissent, innumeris locis haerentes, modo falsis interpretationibus auctoris sententias corruperunt, modo temerarias textui obtruserunt coniecturas. Pertinet huc prava ista *H. Stephani* opinio, a *Plutarcho* saepius positum esse ἐπεὶ δέ pro ἔπειτα δέ ab *Hoogeveeno* et *Hermanno* ad *Viger.* p. 400. merito explosa, sed *Bastio*, quod miror, probata in ep. crit. p. 124. ed. lat. — Exempla sunt illius, de quo agimus, loquendi generis Pomp. 5. ubi quoties posita particula δέ, toties cogitatione repetendum est ἐπεί, nisi quod illud δέ, quod sequitur vocem ἐπῄει, referendum est ad μέν post ἐδέξατο. Verba εἰς τοῦτο προήγαγον — ἐλευθε-

ρίας ut in parenthesi sunt dicta. Apodosis sequitur inde a cap. 6. τότ' οὖν. Cf. *Herm.* ad *Viger.* p. 763. p. 784. Ed. nov. Longior etiam et impeditior eiusdem generis periodus est in vitâ Poplic. 1. inde a verbis ἐπεὶ δὲ Ταρκύνιον κ.τ.λ. ubi repetendum ἐπεί ad Sententiam: καὶ Λεύκιος Βροῦτος κ.τ.λ. et iterum intelligendum paulo post inter καί et μέχρι, ita ut inde pendeant enunciationes ἡσυχίαν ἦγεν ὁ Οὐαλέριος et paulo inferius ἐλπίζων .. διήμαρτεν. Verba autem δυσχεραινομένου δὲ — καλοῦντος opposita sunt antecedentibus μέχρι μὲν ἐπίδοξος ἦν — στρατηγόν. Quae deinde sequuntur ἠρέθη γάρ — ὡς οὐχ ὑφησόμενον, parentheseos loco sunt habenda. Apodosis incipit inde a cap. 2. ἀγανακτῶν οὖν. — Cim. 2. Ἐπεὶ δ' ἀστυγείτονες ὄντες — — ἐκεῖνοι μὲν οὖν οἱ τότε σωθέντες κ. τ. λ. ubi perperam *Reiskius* particulam δέ expulit e verbis οἱ δὲ λέγοντες, recte restituit *Corayus*, qui vero non debebat positâ maiori interpunctione post ἀνηρημένων, μαρτυρίαν et μεγίστων seiungere singulas sententias, et ab ἐπεί, ad quod, praeter parenthesin οὔπω γὰρ — διεπέμποντο, omnes illae spectant, et ab apodosi, quam inchoant verba ἐκεῖνοι μὲν οὖν. — Eodem modo vir ille doctissimus alium locum reddidit inexplicabilem in Vitâ Timol. cap. 4. ἐπεὶ δ' οἱ Κορίνθιοι — αὖθις ἀνέβη πρὸς τὸν ἀδελφόν; ubi particula δέ singulis periodi membris inserta ea omnia reducit ad ἐπεί; notandum

vero in hoc exemplo, *Plutarchum*, quum deberet pergere: *ἐκεῖνος δ' ἀπώσατο καὶ κατεφρόνησε*, mutasse constructionem interiectis genitivis absolutis, qui tamen et ipsi efficiunt protaseos membrum. Apodosis sequitur inde ab *οὕτω παραλαβών*. Quam maxime enim fallitur *Reiskius*, qui, unde apodosin sumeret, dubitans, comma posuit ante *τετρακοσίους*, vel, si hoc minus placeat, *καί* delendum censet ante *τούτων ἄρχοντα*. — Neque in Vitâ Ciceronis cap. 43. post *ἐξέπλευσε* maior interpunctio collocanda erat. Nam protasin, cuius singulae sententiae sunt: *ἐπεὶ δ' οἱ μέλλοντες ... ἐδέοντο* —, *ὁ δ' οὔτ' ἀπιστῶν* — *ἐξέπλευσε*, *γενομένης δὲ διατριβῆς*, excipit demum apodosis *καταμεμψάμενος κ. τ. λ.* — Videmus idem in hoc loco factum, quod in priori, ut genitivi absoluti positi sint pro *ἐγένετο δὲ διατριβὴ καὶ λόγοι προσέπεσον*. — Coriol. 9. *ὡς δ' ἦσαν ἐμβολαὶ δοράτων, καὶ — οὐκ ἀντέσχον οἱ κατὰ στόμα τῶν Οὐολούσκων, ἀλλ' ᾗ προσέμιξε μέρει — εὐθὺς διεκέκοπτο· τῶν δ' ἑκατέρωθεν ἐπιστρεφόντων —, δείσας ὁ ὕπατος — ἐξέπεμπεν*. *Corayus* particulam δέ, quae est inter *τῶν ἑκατέρωθεν*, uncis inclusit; quod non probandum; apposita enim illa, ut ostenderet, verba *τῶν ἑκατέρωθεν — τὸν ἄνδρα* pertinere adhuc ad protasin. Nec magis deleamus cum *Corayo* eandem particulam Alex. cap. 39. in verbis *εἰπόντος δὲ τοῦ βασιλέως*, cuius loci facillima explicatio; ab

ὡς οὖν incipit protasis; post σφαῖραν ponendum comma; apodosin inchoant verba τούτῳ μὲν δή. —

Nullo modo intelligi potest alius locus in Vitâ Caton. min. 3. init. posito puncto maiori post οὐδ' ἔπεσθαι. Est enim haec illius periodi ratio: οὕτω δ' ἦν περιβόητος, ὥστ', ἐπεὶ Σύλλας — ἀπέδειξεν ἡγεμόνας δύο, ὧν τὸν μὲν ἕτερον οἱ παῖδες ἐδέξαντο —, τὸν δ' ἕτερον — οὐκ εἴων — πυνθανομένου δὲ τοῦ Σύλλα, τίνα βούλοιντο, πάντες ἐβόησαν· Κάτωνα. Verba enim πάντες ἐβόησαν pendent ab ὥστε. Genitivi absoluti interiecti eâdem ratione, quâ idem factum pluries iam vidimus. — Item punctum tollendum post ἔξω περισπᾶν in Cat. min. 19. Apodosis enim incipit a verbis συνεὶς οὖν. — Puncta maiora tollenda in Cat. min. 27. post δακρυούσας et διακελευομένων. Protasin enim, quae incipit ab ἐπεὶ δέ, continuant sententiae: Κάτωνι δ' οἱ πρῶτοι — συνηγωνίζοντο, πολλὴ δὲ τὴν οἰκίαν — δακρυούσας, αὐτὸς δ' — ἐπηγέρθη, καὶ κατέβησαν — διακελευομένων, quae omnia opponuntur quodammodo iis, quae leguntur in primo periodi membro καὶ Μετέλλῳ μὲν — στρατηγοῦντος τότε. — Deinde vero ipse *Plutarchus* molestum fore sentiens, tamdiu memoriâ tenere illam vocula ἐπεί, ad tot tantasque sententias intelligendam, atque commonendum esse lectorem, nondum ad protaseos finem esse perventum, ultimae eius parti addidit ὡς οὖν; apodosin ordi-

untur verba ἐπιστρέψας πρὸς τοὺς φίλους. – Videmus autem, *Plutarchum* non temere, nec sine causâ in tantam longitudinem produxisse multas periodos; ubicunque enim properat ad rem quandam gravem magnique momenti; ibi omnia, quae vel praecesserunt, vel circa eam acciderunt, accumulat in protasi, ipsam illam cum vi haud parvâ effert per apodosin addito plerumque οὖν, vel δή, vel οὕτω, vel simili vocabulo. (Recte igitur *Corayus* recepit lectionem Bodleianam ἦν οὖν ὄνομα in Vitâ Coriol. 29.) — In eandem illam formam restituendus est *Plutarchi* locus Timol. cap. 1. receptâ lectione Vulcob. et Cod. *Monac.* Διονύσιος δ' ἔτει. — Auctor enim, expositurus, quinam fuerit animus, quaeque conditio Syracusanorum eo tempore, quo, appulsâ ad Siciliam Carthaginiensium classe, dux iis petentibus a Corinthiis datus est Timoleon, unà protasi praemittit, quaecunque calamitates in tales angustias eos adduxerant, et apodosi demum, quae incipit a verbis οἱ μὲν οὖν ὑπομείναντες, quomodo cives miserias istas tolerarint, describit. — Similis medicina adhibenda est loco in Vitâ Pelop. 32. ubi vel nullo codice addicente pro τοῖς ὁπλίταις scribendum τοῖς δ' ὁπλίταις. Vulgarem lectionem si sequaris, parum eleganter verba τοῖς ὁπλίταις . . . ἐμβαλὼν ἔκτεινε κ. τ. λ. efficient apodosin, quae, addito illo δέ, incipit a κατιδὼν οὖν, quod postulat et loci sententia, et

Plutarchi consuetudo. Absorberi autem facillime potuit litera δ sequenti ὁ. — In *Plut.* de sera Num. Vind. p. 102. ed. *Wyttenb.* pro οἱ καὶ δεινὰ cum *Reiskio* scribendum οἱ δὲ δεινὰ, et puncta maiora delenda ante τέλος δέ, et ante ἱκετεύειν μὲν οὖν, inde a quibus vocibus auctor exorditur apodosin. —

κομιδῇ δύσχρηστος Cod. *Monac.* δοκιμῇ δυσχρ.

ἀλλ' ἀπάντων Cod. *Monac.* ἀλλὰ πάντων.

ἀπολλύουσι Cod. *Monac.* ἀπολύουσι.

τούτῳ γοῦν, ἔφη, χρησαίμην ἄν ἑτέρου βέλτιον. Cod. *Monac.* τ. γ. ε. χρ. ἄν ἢ ἕτεροι ἑτέρου βέλτιον. Si pro ἑτέρου ponatur ἑτέρῳ, erit sensus: „Hoc saltem, inquit, utar melius, quam alii quovis alio". Sed vereor, ne debeatur illa lectio glossae, a librario margini adscriptae ad explicandum genitivum ἑτέρου, praesertim quum in Vulcob. legatur ἕτεροι pro ἑτέρου.

μικρὰ δὲ οὕτω. Cod. *Monac.* μ. δ. οὕτως. Male.

προσανέστειλεν Cod. *Monac.* exhibet eandem, quam Vulcobiana, lectionem προσέσειλε, ab *Aug. Iacobsio* probatam ut unice veram, neque immerito, ut videtur. Nam προσανέσειλεν referendum esset ad ipsum equum, qui quomodo post tantam ferocitatem domari potuerit ab Alexandro, nil faciente nisi μικρὰ περιλαβόντι ταῖς ἡνίαις τὸν χαλινόν, nemo facile in-

telliget. Praeterea, etiamsi largiamur, verbum ἀναστέλλειν potuisse usurpari significatione cohibendi, domandi equum; tamen quid sibi velit praepositio πρός, non patet. — *Corayus* reliquit vulgatam. — Recepto προσέστειλε, non mutandum videtur περιλαβών in ἀναλαβών, quod vult *Aug. Iacobsius*, qui quidem de toto hoc loco disputavit peritissime, sed nimis, credo, artificiose. — Pro εὐθύς, quod paulo ante legitur, idem, Vulcobianae vestigia sequutus, proposuit αὐτός, quod recepit *Corayus*, haud scio an praeter necessitatem. — Pro ἀφείς, quod paulo post sequitur, *Iacobsius* vult ἀνείς, *Corayus* dedit ἐφείς. At nil mutandum putarim. *Stephanus* quidem in Thesauro sub ἐφίημι, hoc verbum proprie dici adfirmat de laxandis habenis; nostro autem loco ad ἀφείς non subaudiendum τὰς ἡνίας, sed τὸν ἵππον. Cf. *Xenoph.* de re equ. 5, 5. ἵππος ἀφεθεὶς εἰς τάχος. Id. Cyrop. VIII, 3, 25. ἔδειξε τέρμα — καὶ εἶπε — ἀνὰ κράτος ἐνταῦθα ἀφεῖναι τοὺς ἵππους. — Caeterum saepe permutata ἀφιέναι et ἐφιέναι. Cf. *Arrian.* Anab. III, 13, 10. τὰ ἅρματα ἐφῆκαν οἱ βάρβαροι κατ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον, ubi *Schmiederus*, quum reliqui exhibeant ἀφῆκαν, ex uno codice dedit ἐφῆκαν. Vereor, ut recte. Vbi enim indicatur consilium, quo aliquid in scopum quendam mittitur, usurpatur plerumque ἐφιέναι, addito semper fere dativo (cf. *Steph.* Thes. s. v.), vel ἐπί

cum accusativo; ἀφιέναι autem dici solet, ubi aliquid dimittitur vel nullo certo consilio, vel ita tamen, ut, postquam dimissum est, ipsum cursum dirigat, neque is, qui miserat, amplius quidquam agat; in talibus respondet verbo ἀφιέναι nostrum „lassen“ in locutionibus „los lassen, fahren lassen, fallen lassen“. — Quod discrimen etiamsi, ut fieri solet, non ubique servatum videamus, tamen melius habere confido, quam quod attulit *Eustathius* ad Iliad. XVI, 812. ἀφιέναι dici de telis eminus, ἐφιέναι de cominus missis. — Cf. *Herodt.* IX, 49. ἐπῆκε τὴν ἵππον ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. *Plut.* Pelop. 32. τοὺς δ' ἱππεῖς ὁ Πελοπίδας ἐφῆκε τοῖς ἱππεῦσι τῶν πολεμίων. *Arrian.* Anab. V, 16, 7. ἐφῆκεν ἐπὶ τὸ κέρας τὸ εὐώνυμον τῶν Ἰνδῶν τοὺς ἱπποτοξότας. — *Plut.* Anton. 76. παίσας ἑαυτὸν ἀφῆκεν εἰς τὸ κλινίδιον. Eiusd. Dion. 24. ἀετὸς μὲν γὰρ, ἁρπάσας δοράτιον — ἀράμενος ὑψοῦ καὶ φέρων ἀφῆκεν εἰς τὸν βυθόν. Ibid. 41. ἀφῆκε τοὺς βαρβάρους, κελεύσας χρῆσθαι τοῖς προστυγχάνουσιν, ὡς βούλονται καὶ δύνανται, ubi minime necesse scribatur cum *Bryano* ἐφῆκε. *Xenoph.* de re equ. 12, 14. κατὰ τὸν σκοπὸν ἀφισμένη ἡ λόγχη, cuius loci eadem ratio, quae *Arrianei* illius, unde orsi sumus. Sicut enim κατὰ τὸν σκοπόν non significat „in scopum“, sed „e regione scopi, eo loco, unde missa hasta scopum possit attingere“, ita κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον non

tam significat „in Alexandrum“, quam „ea acrei parte, contra quam ipse Alexander exercitum duxit“, i. e. non tam significat quo, sed unde factus sit curruum impetus.

CAPVT VII.

δυσνίκητον Cod. *Monac.* δυσκίνητον. Vere.

τοὺς διαφυγόντας ἢ δουλεύοντας Cod. *Monac.* τοὺς διαφ. ἢ βάλλοντας καὶ δουλεύοντας. Voluisse videtur scriba ἁλόντας. Haud inepte. De literâ β saepe a librariis vocalibus, praesertim aspiratis, praefixa cf. *Facius* ad Pausan. V, 3. nota 4. — Similiter in *Xenoph.* Anab. IV, 7, 7. pro verâ lectione ἦν βουλώμεθα habent quidam ἁλώμεθα, et, ut videtur, βαλλώμεθα.

CAPVT VIII.

καὶ φιλομαθής. Caret his verbis Cod. *Monac.* quae probabiliter *Aug. Iacobsius* e Vitâ Pomp. c. 10. perperam huc translata censet.

Ὀνησίκριτος Cod. *Monac.* Ὀνησικράτης.

ποιῆσαί τι κακόν. Cod. *Monac.* ποιῆσαι κακόν, quod non probandum.

αἱ φιλοφροσύναι τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ στερκτικὸν οὐκ ἔχουσαι. Nollem haec verba tentasset *Aug. Iacobsius*, qui pro verâ lectione τὸ στερκτὸν ἐκεῖνο οὐκ ἔχ. ea quae nunc leguntur e glossemate in textum irrepsisse

censet. Sed minime idem volunt τὸ σφοδρόν et τὸ στερκτικόν. Illud omnino significat amoris vehementiam et ardorem (Cf. Pomp. 1. οὔτε μὴν εὔνοιαν αὖ πάλιν σφοδροτέραν – ἄλλος ἔσχε Ῥωμαίων); hoc, Aristotelem ab Alexandro, quasi patrem a filio fuisse amatum. Praeterea vocabulum illud *Plutarcho* quam maxime in usu est. Cf. Pyrrh. 8. σφοδρὸς δὲ καὶ πρόθυμος ἐν ταῖς χάρισιν. Comp. Lyc. cum Num. 2. ὁ δὲ τῆς Ῥώμης τὸ σφοδρὸν ἀνῆκε καὶ σύντονον. De Serâ N. V. pag. 18. τὸ τραχὺ καὶ σφοδρὸν τῆς ὀργῆς. — quibus locis binorum adiectivorum significationes sibi haud dissimiliores quam nostro.

Δάνδαμις Cod. *Monac.* Δάνδαλις.

CAPVT IX.

Pro ἐξαπήλασε, quod alibi nusquam legitur, a *Corayo* vero defenditur analogiâ verbi ἐξαπολλύναι, Cod. *Monac.* dat ἐξήλασε, quod in textum restituere haud dubitarim.

πρὸς ᾗ – κατεσκήνωσε. Cod. *Monac.* πρὸς ἣν –– κατεσκ.

ὑπερηγάπα Cod. *Monac.* ἠγάπα. Perperam. Eodem modo cap. 55. pro ὑπέρπαχυν dat παχύν.

καταστήσας εἰς Ἤπειρον *Schaeferus* in annot. ad *Aesop.* fab. p. 106. vult μεταστήσας. Frequentissima quidem commutatio illarum praepositionum. Cf. eiusd. viri doctissimi meletem.

crit. p. 58. – Attamen potest fortasse defendi lectio nostri loci vulgaris. – Nam καθιστάναι saepe est „collocare aliquem, ubi securus sit“. Vnde haud raro additur ἐν ἀσφαλεῖ. Cf. *Plut.* Crass. 29. *Xen.* Hier. II, 10. add. Actt. *Monacc.* Tom. I, fasc. II, p. 266. – Alexander matrem, ne quid mali pateretur ab irâ Philippi, traduxit in Epirum. Praepositioni εἰς autem saepissime iungitur verbum καθιστάναι. Exempla vide ap. *Steph.* in Thes. s. v. Add. *Schneider.* ad *Xen.* Cyrop. V, 2, 27. – Simili ratione *Plut.* de Crasso (in eius Vitâ c. 29.), qui Andromachi perfidiâ in regionem paludum fossarumque plenam inductus, sero demum in viam, quam petebat, pervenit: ἐπιπόνως εἰς τὴν ὁδὸν καὶ μόλις κατασταίς, ubi additum εἰς τὴν ὁδόν, quia Crassi securitas in illo ipso reditu ad viam erat posita. Cf. *Plut.* Anton. 41. . . ἄχρις οὗ καταστήσῃ τὸν στρατὸν εἰς Ἀρμενίαν. — Eodem modo aliae saepe verba iunguntur locutionibus, motum in locum aliquem significantibus, quum ipsa quidem motum non indicent, sed tamen id, quod significant, quodammodo iunctum sit alicui motui, vel saltem motum efficiat. V. c. *Plut.* Brut. 26. τῶν δὲ διαφθαρέντων στρατιωτῶν εἰς Ἀπολλωνίαν ἀποστάντων, quia defectio militum id ipsum erat, quod castris relictis Apolloniam discessissent. *Xen.* Hellen. II, 3, 5. Λεοντῖνοι ἀπέστησαν ἐς τὴν αὐτῶν πόλιν ἀπὸ Διονυσίου. — *Thuc.* III, 54. fin. — *Xen.* Anab. II,

2, 16. *εἰς τὰς κώμας — κατεσκήνωσαν*, ibique interpp. Pertinet huc loquendi formula *φθείρεσθαι πρός τινα, εἰς τινα τόπον*. *Plut.* Sertor. 25. Anton. 24. Agesil. 26. Galb. 23. — Add. *Arrian.* Anab. II, 11, 7. *πρὸς Ἀλέξανδρον ἁλῶναι*, ubi comparat *Raphelius*, *Cic.* ad Div. II, 17. —

Ad *Ἤπειρον* Cod. *Monac.* addit articulum, *ἐπεροωτῶντος* Cod. *Monac.* *ἐρωτῶντος*. Male.

ὃς τὸν οἶκον .. ἐμπέπληκας Cod. *Monac.* *οἷς τὸν κ. τ. λ.* quod nihili est. Caeterum attendendum ad *Plutarchi* rationem, quâ vel solum *ὅς*, vel *ὅς γε*, vel *ὅς γε καί* eodem modo ponere solet, quo *Romani* pronomen relativum pro pronomine personali, quod vocant, annexâ quâdam coniunctione v. c. Pericl. 28. *ταῦτα θαυμαστά, Περίκλεις, καὶ ἄξια στεφάνων, ὃς ἡμῖν πολλοὺς ἀπώλεσας πολίτας*. Fab. Max. 25. *ἔοικε ἐντεῖναι μᾶλλον ἑαυτόν, φιλοτιμίᾳ τινὶ κωλύων τοῦ Σκηπίωνος τὴν αὔξησιν, ὅς γε καὶ Κράσσον ἔπειθε — μὴ παρεῖναι τὴν στρατηγίαν*. Solon. 31. (*Πεισίστρατος*) *ἐφύλαττε τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος —, ὅς γε καὶ φόνου προσκληθεὶς — ἀπήντησε κοσμίως*. Add. Cato min. 19. Anton. 64. Sull. 6. med. — Alex. 45. *ᾤοντο δεῖν ἔνια τῶν πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ — ἐπιχωρεῖν, ὅς γε πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις ... οὐκ ἐπαύετο χρώμενος ἑαυτῷ πρὸς τοὺς κινδύνους*. — Sull. 9. fin. *Σύλλας — ἐβόα τὰς οἰκίας ὑφάπτειν ..*

ὅς γε τοὺς ἐχθροὺς μόνον ἐώρα. Sic recte *Reiskius* dedit pro ὡς γε, quod ex *Ald.* profectum erat. — Ibid. 10. Μαρίῳ δ' ἐπεκήρυξεν ἀργύριον, οὐκ εὐγνωμόνως —, ᾧ γε μικρὸν ἔμπροσθεν — δοὺς ἑαυτὸν, ἀφείθη. — Paùlo rarius et ratione plerumque simpliciori eiusmodi locutiones occurrunt in aliis scriptoribus. Cf. *Thuc.* I, 11. εἰ ὄντες ἀθρόοι — τὸν πόλεμον διέφερον, ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον (τὴν Τροίαν), οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι .., ἀντεῖχον. Id. I, 74 et 123. *Xen.* Hellen. VII, 2, 17. Anab. I, 6, 5. *Arrian.* Anab. VII, 9, 9. sqq. τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς — ὑπηργμένα — μεγάλα· μικρὰ δὲ, ὡς γε δὴ πρὸς τὰ ἡμέτερα ξυμβαλεῖν· ὃς παραλαβὼν — ἀνεπίτασα κ. τ. λ.

CAPVT X.

Ὁ δὲ Φίλιππος, αἰσθόμενος ὄντα τὸν Ἀλέξανδρον εἰς τὸ δωμάτιον, παραλαβὼν κ. τ. λ. Varie tentatus est a viris eruditis hic locus, qui nullâ lectionis varietate legitur in omnibus libris MSCC. — Anonymi lectio: αἰσθόμενος, ἰὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου δωμάτιον, probata illa quidem tum aliis quibusdam, tum *Schaefero* ad *Aesop.* p. 106, bonum praebet sensum, sed coniecturâ esse videtur, neque admittenda, si codicum lectio potest defendi. — *Aug. Iacobsius* legendum coniecit: αἰσθόμενος νοῦν τὸν Ἀλεξάνδρου, εἰς τὸ δῶμα ἰὼν παραλαβών τε κ. τ. λ. — Sed non bene intelligitur,

quomodo librarii a verbis *νοῦν τὸν Ἀλεξάνδρου*, quae, si sensum spectes, planissima, aberrare potuerint ad lectionem multo difficiliorem. — *Corayus* retinuit vulgatam, idque, ut mihi quidem videtur, rectissime. Nam passim apud Graecos legitur *εἶναι εἴς τινα τόπον*, pro *ἔν τινι τόπῳ*. *Arrian.* Anab. IV, 22, 3. *Καὶ οὗτοι ἐς Βάκτρα ἦσαν*, ad quem locum *Raphelius* laudat Evang. *Marc.* II, 1. *εἰς οἶκόν ἐστι*. *Longi* Pastor. p. 80. ed. *Schaef.* *νὴ τὰς Νύμφας, ἃς ὤμοσά ποτε εἰς ἐκεῖνο τὸ ἄντρον*. *Plut.* Solon. 28. *ἐτύγχανε γὰρ εἰς Σάρδεις γεγονώς*. Quum alias semper dicatur *γενέσθαι* et *γεγονέναι ἔν τινι τόπῳ*: v. c. *Plut.* Crass. 28. *ἐν τῷ στρατοπέδῳ γεγονότες*. Alcib. 22. *ἐν δὲ Θουρίοις γενόμενος*. — *Herodt.* I, 21, *ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν*, ubi *Valckenarius* quidem vult *ἦλε* aut *παρῆν*, *Wesselingius* autem tuetur vulgatam. Neque absimilia sequentia: *Herodt.* VIII, 60. *Σαλαμῖς περιγίνεται, ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες*. *Thuc.* VII, 71. *πάντων γὰρ δὴ ἀνακειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς*. Ibique *Bauer*. Plura eiusdem generis congessit *Doederlein.* ad *Soph.* p. 64. sq. Actt. I. Tom. fasc. I. qui haec scite interpretatus est tamquam *praeterita* tempora verbi *τίθεσθαι*. Eam igitur rationem praepositioni *εἰς* patet aliquanto minus adversari. — In verbis quidem *παρεῖναι* et *παραγίνεσθαι* significationem veniendi usus tantopere fir-

mavit, ut semper fere iungantur praepositioni εἰς vel ἐπί vel similibus. *Plut.* Alcib. 8. παρῆν ὁ Ἀλκιβιάδης ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Agesil. 31. παρῆν εἰς τὴν Λακωνικήν. Pyrrh. 19. παρῆν εἰς Ἰταλίαν. — *Herodt.* I, 9. παρέσται ἐς κοῖτον. *Plut.* Brut. 10. παρεῖναι εἰς σύγκλητον, ibique *Fabricii.* Cll. *Gottl.* ad Thuc. VI, 62. — Pyrrh. 3. εἰς Ἰλλυρίους παρεγένοντο. *Arrian.* Anab. I, 24, 11. ἐς τὴν Φασηλίδα παραγενόμενος. — Caeterum, ut revertamur ad locum nostrum, quum *Corayus* ex *Aristoph.* Lysistr. V. 161. (Add. *Plut.* de virt. mulier. XV. Tom. II. pag. 25 E. ed. *Wyttenb.* et XXV. p. 46. B.) optime probarit, δωμάτιον esse κοιτῶνα, οὗπερ εἰώθει αὐτὸς Φίλιππος Ὀλυμπιάδι συναναπαύεσθαι, facile intelligitur, quâ de causâ tum potissimum Philippus iverit convicia-tum Alexandro, quippe suspicatus, eum clam colloquium serere cum matre de Pexodori filiâ in matrimonium sibi ducendâ.

ἐπὶ πέδαις δεδεμένον. Recte *Corayus* recepit Vulcobianae lectionem ἐν πέδαις δεδ. quae firmatur Cod. *Monac.* Conf. infra cap. 55. Nic. 19. — *Herodt.* I, 86. ἐν πέδῃσι δεδεμένον. Id. V, 77. — *Xenoph.* Anab. IV, 3, 8. ἐν πέδαις δεδέσθαι. *Arrian.* Anab. I, 16, 10. δήσας ἐν πέδαις. Id. V, 14, 4.

ἀποδυρομένου Cod. *Monac.* ἀποδυραμένου. Sine causâ.

CAPVT XI.

Κινήματα Cod. *Monac.* *πολέμια*. Ex glossâ haud dubie. — Paulo post omnes libri dant "*Ἴστρον ἢ καὶ Σύρμον* *"); quod recte reposuit *Corayus*. Nam circa Istrum eae res gestae. Cf. *Arrian.* Anab. I, 2. sqq. qui quidem ipsum Syrmum illi pugnae non interfuisse, sed in insulam quandam Istri confugisse scribit, proelium autem cum maximâ Triballorum parte ad Lyginum flumen commissum, unde ad Istrum iter esse tridui. Sed in tam parvis scriptorum discrepantiis nil morandum. *Καί* autem apposuit *Plutarchus*, quia Alexander, ut ex eodem Arriano videre licet, praeter Triballos alios Istri accolas superavit.

συμφρονεῖν αὐτοῖς Ἀθηναίους. Sic pro vulg. *αὐτούς* dederunt *Reiskius* et *Corayus*; quibus favere videtur auctor de Alex. fort. I, 3. *ἀπεστέροντο δὲ αἱ Θῆβαι τῶν ὅπλων τὴν Χαιρωνικὴν πόνιν, ἐκ τοῦ πτώματος ἀνιστάμεναι, καὶ συνῆπτον αἱ Ἀθῆναι τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι*. Sed optimam lectionem praebet Cod. *Monac.* *αὐτοὺς Ἀθηναίοις*, „Eadem eos sentire cum Atheniensibus", quippe quos infensos sibi esse, iamdudum noverat Alexander. Paulo post pro *ἐξήτει* Cod.

*) *Schmiederus*, mendo typographico, quo in edit. *Hutten.* numerus 1. ante *τοὺς ἐκεῖ* positus est, in errorem inductus, verba *τοὺς ἐκεῖ πολέμους* pro glossemate habuit illorum, *τὰ βαρβαρικὰ κινήματα*.

Monac. exhibet. ἐλήτει, de quorum verborum permutatione frequentissima cf. *Schaef.* meletem. crit. pag. 74. sq. *Bast.* Ep. crit. p. 236. sq. In sequentibus doleo nostrum quoque codicem retinere verba ἐθέλων ἀνὴρ φανῆναι, iamdiu a viris doctis merito notata obelo.

In verbis: *Κηρυττόντων δὲ τοὺς τὴν Ἑλλάδα βουλομένους συνελευθεροῦν, τάττεσθαι μετ' αὐτῶν, οὕτως ἔτρεψε τοὺς Μακεδόνας πρὸς πόλεμον*, omnia bene habent; neque cum *Iacobsio* mutarim τάττεσθαι in πρίφεσθαι, neque ἔτρεψε in ἔταξε. Primo enim; verba *προμιξας ταῖς Θήβαις*, quae paulo ante leguntur, nil aliud volunt, nisi: „quum appropinquasset Thebis". Cf. *Plut.* Timol. 12. ibiq. *Fabricii.* — Deinde verbis *κηρύττειν, γράφειν, λέγειν* aliisque locutionibus, quae continent iussum vel consilium quoddam, plerumque id, quod iubetur, vel suadetur, apponitur infinitivo. *Plut.* C. Gracch. 12. *γενομένου δὲ κηρύγματος —, μηδένα τῶν συμμάχων — ἐν Ῥώμῃ φανῆναι.* Alcib. 30. — *ἐκέλευσεν ἕνα — ἀνειπεῖν· Σηλυβριανοὺς Ἀθηναίοις ἐναντία ὅπλα μὴ τίθεσθαι.* (Veram enim habeo lectionem vulgatam, licet *Schaeferus* sequutus *Coraym* dederit *Σηλυβριανοῖς Ἀθηναίους.* Sensus enim: „edicere quendam iussit, ne Selymbriani arma gerant contra Athenienses"; quod edictum alios segniores ad pugnandum reddidit; quum considerarent, quantis

qualibusque cum hostibus sibi esset certamen, frustraque se pugnare, urbe iam captâ; aliis spem iniecit pacis, quam si recusaturi essent Atheniensis, ruinam urbis, quae iam in ipsorum potestate erat, nòn distulissent paciscendo.) — *Plut.* C. Gracch. 2. δόγμα ποιοῦνται, τοῖς μὲν στρατιώταις διαδοχὴν ἀποσταλῆναι, τὸν δ' Ὀρέστην ἐπιμένειν. Pomp. 8. γράψαντος ἥκειν. Add. Alex. 34. – Fab. Max. 9. ἔφη δὲ τάχιστα τὰς θυσίας γενέσθαι. — *Diod. Sic.* XVII, 109. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐκήρυξεν τοὺς μὲν φυγάδας πάντας εἰς τὰς πατρίδας κατιέναι. — Cf. *Herm.* ad *Viger.* p. 734. nro. 158. — *Diod. Sic.* XVII, 9. iisdem paene verbis de eâdem re usus pro τάττεσθαι μετ' αὐτῶν dixit παρεῖναι πρὸς αὐτούς. *Xylander* igitur non erat vituperandus, qui recte locum nostrum interpretatus est: „Graecos invitabant, ut, qui Graeciam liberam vellent, se ipsis adiungerent". — Postremo verba ἔτρεψε τ. *M.* πρὸς πόλεμον significant: „Iussit milites, quippe qui adhuc incerti stetissent, utrum pax habenda, an pugna committenda foret cum Thebanis, parare omnia ad urbem oppugnandam necessaria". Alexander enim auctore *Diod. Sic.* XVII, 9. (qui totus locus egregiam lucem affert nostro) μηχανάς τε πολιορκητικὰς συνεστήσατο καὶ τἆλλα πρὸς τὸν κίνδυνον παρεσκευάζετο. — Eodem modo *Thuc.* II, 75. dixit καθίστη ἐς πόλεμον τὸν

στρατόν, et V, 114. . . . πρὸς πόλεμον εὐθὺς ἐτράποντο.

καλλωπισαμένου Cod. *Monac.* κεκαλλωπισμένου.

CAPVT XII.

Ἀνέκρινεν, εἴ που χρυσίον ἔχοι κεκρυμμένον. Cod. *Monac.* ἔχει; bene quidem, sed in talibus, quod plures codices iubent, id sequendum. — Graeci enim oblique interrogantes utuntur modo indicativo, modo optativo, prout scriptor vel profert rem, de quâ quaeritur, qualis ipsa est per se, vel ponit interrogationem ut cogitatam et ab interrogantis mente pendentem. V. c. *Herodt.* — II, 115. εἰρώτα τίς εἴη καὶ ὁκόθεν πλέοι. Id. IV, 145. ἄγγελον ἔπεμπον πευσόμενοι, τίνες τε καὶ ὁκόθεν εἰσί. *Xen.* Hellen. III, 2, 1. πέμπει οὖν πρὸς αὐτὸν καὶ ἐρωτᾷ, πότερον εἰρήνην ἢ πόλεμον ἔχειν βούλεται. Ibid. §. 9. πάλιν πέμψας πρὸς τὸν Φαρνάβαζον ἐπήρετο, πότερα βούλοιτο σπονδὰς ἔχειν —, ἢ πόλεμον. *Plut.* Crass. 5. ἀνέκρινον αὐτὰς τί βούλονται καὶ τίνες εἰσί. Id. Romul. 7. ἀνέκρινεν ὅστις εἴη καὶ ὅπως γένοιτο. Camill. 17. πυνθανομένων δ' αὐτῶν, ὅ τι παθόντες ἥκοιεν. Alcib. 14. ἐρωτῶμενος ἐφ' οἷς ἀφιγμένοι τυγχάνουσιν. Agesil. 28. ἐρώτησεν εἰ νομίζοι δίκαιον εἶναι. Pericl. 14. ἐρώτησεν εἰ πολλὰ δοκεῖ δεδαπανῆσθαι.

CAPVT XIII.

Διεπράξατο παρ' αὐτοῦ. Cod. *Monac.* *διπρ. τὰ παρ' αὐτοῦ.*

CAPVT XIV.

ἀλλὰ μὴν ἐγὼ εἰπεῖν. Sic e coniecturâ *Bryani* dederunt *Reiskius* et *Corayus;* sed noster quoque Cod. exhibet *εἶπεν*, quod *Aug. Iacobsius* bene tuetur simili loco in Vitâ Caes. 39. post med.

οὕτω διατεθῆναι καὶ θαυμάσαι. Cod. *Monac.* *οὕτω καὶ διατεθῆναι κ. τ. λ.* Perperam. Repugnat tali verborum disiunctioni significatio τοῦ *διατίθεσθαι*, quae non tam certis finibus est circumscripta, ut merito possit opponi verbo *θαυμάσαι*, quod ipsum est additum, ut, quo animo Alexander fuerit affectus, facilius appareret. — De illius verbi notione cf. quos laudat *Fabrici* ad *Plut.* Tib. Gracch. 16. *Hemsterh.* ad *Luciani* Nigrin. T. I, p. 81. *Ernest.* ad *Xen.* Memorab. I, 6, 3. — Caeterum copulae *καί* falso additae a codicis nostri scriptore supra vidimus exemplum ad cap. 4. Eodem modo cap. 16. scripsit *καὶ τῶν πλείστων δεδιότων.*

ὡς δ' ἀρνουμένης — αὐτὸς ἀναβὰς πρὸς τὸν ναὸν εἵλκεν αὐτήν· ἡ δ' — εἶπεν — τοῦτ' ἀκούσας Ἀλέξανδρος κ. τ. λ. Prave hunc locum intellexerunt interpretes et *Aug. Iacobsius*, qui scribi iubet *ἣ δ'* pro *ἡ δ'*. Pendet enim *ἡ δ' — εἶπεν* ab *ὡς*; *δέ* post *ὡς* re-

fertur ad πρῶτον μέν; δέ post ἡ continuat sententiarum seriem; apodosis incipit a τοῦτ' ἀκούσας.

CAPVT XV.

Οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες, τρισμυρίους πεζοὺς καὶ πεντακισχιλίους ἱππεῖς· οἱ δὲ πλεῖστον, πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν. Parum credibile est, scriptores rerum Alexandri, toties inter se discrepantes, in exercitus potissimum numero recensendo tam parum inter se dissensisse, ut qui maximum prodiderint, non super tria millia addiderint minimo, qui scriptus reperiatur. Lubenter igitur amplector lectionem Vulcobianae, Codice nostro confirmatam, quae ut summum dat τετρακισμυρίους καὶ τρισχιλίους. Quem numerum etiam Auctor de fort. Alex. I, 3. ab *Anaximе* traditum refert. Ex eodem loco verisimilis redditur *Reiskii* coniectura, sedem vocabuli τετρακισχιλίους, quod sequitur, mutandam esse cum πεντακισχιλίους, quod praecedit. – *Arrian*, Anab. I, 11, 4. affirmat Alexandrum traiecisse Hellespontum non multo plus tria millia peditum, equitum super quinque millia. Eundem fere numerum tradit *Diod. Sic.* XVII, 17.

τὰ τῶν ἑταίρων. Cod. *Monac.* τὰ τῶν ἑτέρων solenni confusione.

διανέμων οὕτω. Cod. *Monac.* νέμων οὕτως. Sic in Sertor. 19. idem φέρεσθαι pro διαφέρεσθαι. — Restituendum est διανέμων *Plutarcho* in Vitâ C. Gracchi 5. ubi miror a *Fabricio* in textu relictam ineptam lectionem ἅμα νέμων; pro quâ *Mos. Dusoul.* reponere voluit ἀνανέμων; *denuo distribuens.* Sed legitur quidem passim hoc sensu ἀνάδαστος *Plut.* Camill. 8. ἀναδάσασθαι Solon. 13. Lycurg. 8. ἀναδασμός Comp. Lyc. c. Numâ 3. ἀνανέμων autem me usquam legere non memini. Caeterum ubique de agrorum distributione verbo διανέμειν utitur noster. Tib. Gracch. 13. C. Gracch. 9. 10. Lycurg. 8. ubi διένειμε (sic enim legendum) de eâdem agrorum distributione dicitur, de quâ paulo ante ἀναδάσασθαι. – Neque cum *Reiskio* addendum ibi χώραν, quod facile intelligitur, tum quia νόμος κληρουχικός, quod praecedit, proprie ad agros dividendos spectat (cf. Comp. Lyc. c. Numâ 3.), tum quia saepissime ad ἡ δημοσία omittitur γῆ vel χώρα. Cf. *Lamb. Bos.* Ell. p. 78.

ἐλάχιστα φροντίζειν. Cod. *Monac.* ἐλ. δεῖ φροντ. Parum eleganter.

CAPVT XVI.

μάχεσθαι μὲν ἴσως ἀναγκαῖον ἦν, ὥσπερ ἐν πύλαις τῆς Ἀσίας, περὶ τῆς εἰσόδου καὶ ἀρχῆς. *Aug. Iacobsius* coniecit scribendum esse — ἀναγκ. ἦν ἐν πύλ. τ. Ἀσ. ὡς περὶ τῆς κ. τ. λ. Equidem mutandi necessi-

tatem non video. Nam ὥσπερ illud *Plutarchus* potuit non minus recte addere, quam omittere; in talibus non certae leges possunt auctoribus praescribi. Deinde ὡς ante περὶ τῆς εἰσόδου nihil tam magnum addit ad sensum loci, ut eo carere non possimus. — Sensum totius loci hunc esse putarim: „Quum Darii duces magnas ad Granicum copias collegissent, videbant quidem Macedones fore, ut statim fortasse in limine quasi Asiae pugnare et de introitu et de imperio necesse sit; attamen paucissimis satis erat animi, ad tale periculum subeundum; alii enim propter locorum difficultates anxii, alii propter mensem, Macedonibus nefastum", etc. — Nisi forte praeferenda ratio *Kaltwasseri*, qui ἴσως reddidit „ohne Zweifel", de quâ illius vocis significatione vid. *Fabric.* ad Plut. Timol. 6. — *Corayus* in notis ad h. l. tacitus repetiit articulum ante ἀρχῆς, quod placet, etsi non necessarium. —

ὅπλοις καταπεφραγμένους καὶ ἵπποις. Cod. *Monac.* καταπεφραγμένοις. Perperam. — Caetera bene. — *Corayus* delevit copulam ante διὰ ῥεύματος, unde simplicior quidem redditur oratio, sed ferri potest vulgata.

ἀμφὺς τῇ διαβάσει. Cod. *Monac.* ἐπιφύς solenni harum praepositionum permutatione. Vtitur noster illo verbo, ubicunque omnibus viribus in aliquâ re contendi, omnem spem in eâ poni significare velit. V. c. Caes. 38. ἐλάθοντο τοῦ

χιμῶνος οἱ ναῦται, καὶ ταῖς κώπαις ἐμφύντες ἐβιάζοντο πάσῃ προθυμίᾳ τὸν ποταμόν. Caton. min. 29. Λεύκουλλος — ἔτι μᾶλλον ἐνεφύετο τῇ φιλίᾳ τοῦ Κάτωνος. Ibid. 49. Καίσαρος αὐτοῦ μὲν ἐμπεφυκότος τοῖς στρατεύμασιν ἐν Γαλατίᾳ. Timol. 21. ἐμπεφυκότος οἷς κατεῖχε μέρεσι (τῆς πόλεως), καρτεροῖς οὖσι καὶ δυσπροσμάχοις. Philop. 4. τῶν δ' ἄλλων ἀναγνωσμάτων μάλιστα τοῖς Εὐαγγέλου τακτικοῖς ἐνεφύετο. Quare miror quomodo *Corayus*, eumque sequutus *Schaeferus* in Vitâ Themist. 9. fin. ὁ δ' ἦν μόνον ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι, τὴν πόλιν ἀφέντας ἐμφῦναι ταῖς ναυσίν, recipere potuerint lectionem Anonymi et Bodl. 3. ἐμβῆναι, quod aperte est glossema.

Εἰς τάξιν τινὰ καταστῆναι. Cod. *Monac.* ε. τ. τ. καταστῆσαι. Haud male.

Ῥοισάκου δὲ καὶ Σπιθριδάτου κ. τ. λ. E difficilioribus haec, quod ad interpretationem attinet. Et primo quidem loco vocabulum ἐκκλίνας, quod vulgo explicatur „declinans", displicet *A. Iacobsio*, quippe quum intelligi nequeat, quidnam Spithridatem morari potuerit, quin statim sequeretur Alexandrum, nisi hic maius aliquid fecisset, quam ut declinaret solummodo. Quâ de causâ scribendum censet vir doctus ἐγκλίνας hoc sensu: „inclinavit eum vel reiecit". Quae coniectura firmatur Cod. *Monac.* — At ingenue fateor, me persuadere mihi non posse,

Plutarchum, si hoc significare voluisset, non alio verbo uti maluisse. Nam tum frequentius ἐγκλίνειν usurpatur sensu medio „in fugam se dare“, tum vel activo sensu acceptum multo minorem habet vim, quam qualem *Iacobsius* voluit interpretans: „Alexander igitur Spithridatem aut de sede movit aut ictu saltem turbavit“. — Deinde quod infra cap. 50. cum ironiâ gloriatur Clitus ad ignaviae crimen in ipsum Alexandrum transferendum: *αὕτη μέντοι σε ἡ δειλία, τὸν ἐκ θεῶν, ἤδη τῷ Σπιθριδάτου ξίφει τὸ νῶτον ἐκτρέποντα περιεποίησε*, — hoc certe Alexandro dici non poterat, nisi hic commisisset in illo certamine aliquid fugae simile, quod ansam calumniis praebere posset. — Postremo, comparantibus nobis *Arriani* (I, 15.) et *Diodori Siculi* (XVII, 20.) eiusdem pugnae descriptiones, quantumvis illae discrepent a loco nostro, (quum praecipue *Diodorus* amborum Persarum partes in quibusdam inter se permutarit) hoc tamen appareret, *Plutarchi* illud *προσφερομένων ἅμα* non ita urguendum esse, ut Persae eodem temporis momento Alexandrum invasisse putentur, sed aliquantulum intervalli inter eos accursantes interfuisse. — Crediderim igitur bene habere ἐκκλίναις, et idem significare, quod multis aliis locis, i. e. „declinando aliquid evitare“. *Plut.* Demetr. 40. *Δημήτριος δὲ, πολλῶν μεταβολῶν αἰσθόμενος, ἐσχάτην ἐκείνην ἤκουσαν ἐπ' αὐτὸν ἐκκλίνας*

— ἔφευγε. *Diod. Sic.* XIII, 40. ἐκκλίνοντες τὰς τῶν νεῶν ἐπιφερομένας ἐμβολὰς πλαγίαις ἐνίσειον. Id. XX, 52. πολλῶν δὲ καὶ παντοίων βλῶν ἐπ' αὐτὸν φερομένων, ἃ μὲν προορώμενος ἐξέκλινεν. – Spithridates igitur, ut mihi quidem res habuisse videtur, Rhoesacem paululum praecurrens prior invasit Alexandrum, qui vero, quum iam haud procul ab eo abesset, a rectà viâ deflectens, praetervectus eum, Rhoesacem est adortus. Quae res cum moram fecisset Spithridati, nam equi impetum oportebat cohiberi ipsumque verti, intervenit illorum certamini iam incepto. Verba, quae sequuntur: ὑποστήσας ἐκ πλαγίου τὸν ἵππον, nihil aliud volunt nisi: „clam a latere admovens equum". Appropinquarat enim non sentiente Alexandro, quippe qui praetervectus a tergo sibi illum reliquisset. — Denique in participio συνεξαναστάς praepositio σύν non ad Spithridatis equum videtur referenda, sed ad Rhoesacem; „unâ cum Rhoesace magno impetu Alexandrum aggressus". Cf. Vit. Caes. 8. init. ubi tamen Cod. *Monac.* pro συνεξαναστάντος dat συγκατεξαναστάντος; quod fortasse verum et nostro quoque loco reponendum. Nam praepositio κατά addit illi verbo notionem hostilitatis. Cf. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* XVII, 21.

κοπίδι βαρβαρικῇ κατήνεγκε. Cod. *Monac.* κοπίδα βαρβαρικὴν κατήν. — Legitur quidem in *Arrian.* Ind. XVI, 9. καὶ ταύτην

(*τὴν μάχαιραν*) *ἀμφοῖν ταῖν χειροῖν καταφέρουσιν ἐς πληγήν.* — Attamen bene habet nostro loco lectio vulgaris, quam profecto nullus unquam librarius cum faciliori alterâ commutavit. Plene loquutus est *Diod. Sic.* XVII, 20. *κατήνεγκε τῷ ξίφει κατὰ τῆς κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου οὕτως ἐπικίνδυνον πληγήν.* Id. XVII, 99. *καταφέροντος — πληγήν.* — Cf. *Lamb. Bos.* Ell. p. 386. sq.

πρὸς ἀνθρώπους — πεντακόσιοι πεσεῖν. Desunt in Cod. *Monac.* In errorem abduxit librarium verbum *πεσεῖν* iteratum.

κοινῇ δὲ τοῖς ἄλλοις λαφύροις ἐκέλευσεν ἐπιγράψαι φιλοτιμοτάτην ἐπιγραφήν. Pro ultimâ voce Cod. *Mon.* dat *ἐπιστολήν.* Nullo sensu. – Sicut in omnibus libris legitur hic locus inde a *κοινούμενος*, sensus est, inscriptionem illam a Philippo reliquis omnibus spoliis fuisse additam, non item trecentis Athenas missis. Nam pleonasticum nominis *ἄλλος* usum (de quo cf. *Heind.* ad *Platon.* Gorg. §. 64. *Boeckh.* in *Platon.* Min. p. 146. *Weisk.* de pleon. gr. p. 60. *Fabrici* ad *Plut.* Brut. 4. et quem hic laudat *Porson.* ad *Eurip.* Med. p. 381. ed. Lips. sec.) vix hoc quidem loco admisisse videtur *Plutarchus* propter ingratam, quae inde nasceretur, ambiguitatem. *Arrianus* contra I, 16, 11. rem ita narrat, quasi Philippus ea tantum spolia, quae Athenis Minervae dedicaturus erat, illâ inscriptione ornasset. Et sane hoc multo credibilius. –

Corayus igitur locum nostrum sic correxit: κοινῇ δὲ τοῖς ἄλλοις, τοῖς λαφύροις κ. τ. λ. ita, ut τοῖς ἄλλοις (sc. Ἕλλησι) opponatur τοῖς Ἀθηναίοις. At si *Plutarchus* illa λάφυρα eadem voluit esse, quae paulo ante vocaverat τριακοσίας ἀσπίδας, cur tam paucis interpositis verbis eandem rem appellarit alio nomine? Sed ne hoc quidem viri doctissimi emendatione apparet, utrum τὰ λάφυρα sint eae ipsae τριακόσιαι ἀσπίδες, an praeter illas reliqua omnia, an omnino quaecunque lecta erant Persica spolia. — Mihi quidem omnes difficultates tolli videntur, expuncto molesto illo λαφύροις; quo τοῖς ἄλλοις responderet τοῖς Ἀθηναίοις, ad ἐπιγράψαι autem intelligendum esset αὑταῖς, sc. ταῖς ἀσπίσι. — Potuit λαφύροις addi a librario prave interpretante verba τοῖς ἄλλοις.

CAPVT XVII.

Ἀλικαρνασσός. Cod. *Monac.* Ἀλικαρνασός. Cf. quos laudavi ad cap. 2.

κατὰ κράτος. Cod. *Monac.* κατάκρατος, ut omnia eiusdem generis.

λεπτοὺς καὶ προσεχεῖς — πάγους διακαλύπτουσαν. Sic recentiores hunc locum ediderunt sequuti Anonymum. Omnes ad unum codices exhibent προσηχεῖς. *Corayus* scribendum coniecit προεχεῖς, quod idem foret, atque Homericum προβλῆς. Odyss. V, 404. X, 89. XIII, 97. et tueri poterat suam coniecturam

loco *Herodoti* IV, 177. ἀκτὴν δὲ προέχουσαν ἐς τὸν πόντον. Sed nusquam alibi, quod sciam, legitur adiectivum προεχής, nec facile cautionis sat in formandis ad analogiam novis vocabulis possumus adhibere. — Recte igitur *A. Iacobsius* videtur defendisse vulgatam. Patet enim e totius orationis tenore, *Plutarchum* perstringere voluisse historicos istos miracula venditantes et magnificâ verborum pompâ res ab Alexandro gestas praedicantes.

CAPVT XVIII.

ὃς συνεῖχε τὸ ζυγόδεσμον. Sic *Reiskius* dedit pro vulg. ᾧ συνεῖχε τὸ ζυγ. — Posset *Plutarchus* putari neutro sensu adhibuisse verbum συνέχειν, quo verba ex ἔχειν aliisque praepositionibus composita frequentissime occurrunt. V. c. ἐπέχειν. *Plut.* Sertor. 17. εἰσέχειν *Herodt.* II, 11. *Plut.* Alex. 44. ἀπέχειν. Id. Crass. 24. ἐνέχειν. Id. Pomp. 71. ὥστε τὴν αἰχμὴν περάσασαν ἐνσχεῖν κατὰ τὸ ἰνίον, ubi frustra *Reiskius* coniecit ἐνσχεθῆναι. Si quid mutandum, malim cum *Corayo* ἀνασχεῖν, quod *Plut.* posuit Caes. 44. in eâdem rè narrandâ. — προσέχειν Pomp. 74. κατέχειν Ibid. 77. — eodemque modo sexcenta alia. — Sed donec verbi συνέχειν sic usurpati exemplum se mihi obtulerit, praeferam lectionem Cod. *Monac.* ᾧ συνείχετο τὸ ζυγόδεσμον, uti scribendum *Schmiederus* quoque coniecerat.

ὑπέδηλοῦτο — λαμπρὰ γενέσθαι. Cod. *Monac.* λαμπρὰ μὲν γενέσθαι. Haud male. Saepe illa particula a librariis neglecta, ab ipso nostro in Vitâ Sertor. 13. post μέθης. Eum. 13. in πρὸς μὲν ἀλλήλους. *Corayus* pro γενέσθαι dedit γενήσεσθαι. Vereor, ut recte. Cf. *Plut.* Coriol. 31. φόβῳ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐνδώσειν Ῥωμαίους· ἐὰν δέ τινος τῶν φιλανθρώπων οἴηται δεῖν τυχεῖν τοὺς Οὐολούσκους, ἅπαν αὐτοῖς γενέσθαι τὰ ὅπλα καταθεμένοις. *Arrian.* Anab. III, 15. fin. καὶ Ἀριστάνδρῳ ξυνέβη ἡ μαντεία, ἐν τῷ αὐτῷ μηνὶ ἐν ὅτῳ ἡ σελήνη ἐκλιπὴς ἐφάνη, τήν τε μάχην Ἀλεξάνδρῳ καὶ τὴν νίκην γενέσθαι. *Thuc.* II, 3. καὶ ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατῆσαι, ubi *Stephanus* voluit emendare κρατῆσειν vel adiicere ἄν, alii putavere vel ἄν intelligendum esse, vel bene habere locum, quum aoristi vim futuri habeant. — Mihi quidem aoristi tali modo positi haec videtur esse ratio, ut adhibeatur, ubicunque scriptor exprimere velit, confidere aliquem de rei cuiusdam eventu, tam certam ei esse spem, ut rem iam factam habeat. Quod si verum est, bene *Reiskius* in *Plut.* Vit. Eumenis cap. 4. Περδίκκας, ἐφ' ἃ μὲν ὥρμητο, πιστεύων δι' αὐτοῦ προσάξασθαι, retinuit aor. quum *Bryanus* scribi iusserit προσάξεσθαι. Cf. Coriol. 12. fin. νομίζοντες ἐν ὅπλοις καὶ στρατοπέδῳ καὶ κοινοῖς ἀγῶσιν αὖθις γενομένους πλουσίους ὁμοῦ καὶ πένητας, καὶ δημοτι-

κοὺς καὶ πατρικίους, ἡμερώτερον διατεθῆναι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἥδιον. In *Xenoph.* Anab. IV, 1, 24. *Suidam* puto veram servasse lectionem, αὐτὸς δ' ἔφη ἡγήσασθαι; nam verbi φημί vix putarim aliam esse rationem (Cf. *Schaef.* ad *Longi* Pastor. p. 372), quam caeterorum verborum sperandi, pollicendi, minandi etc., quae solent quidem secum habere infinitivum futuri, iunguntur autem aoristo, ubicunque quis de rei eventu confidere dicatur. Vid. *Xenoph.* Hellen. V, 4, 7. ἠπείλησαν ἀποκτεῖναι ἅπαντας. Cll. *Plut.* Alex. 44. — *Xenoph.* Anab. II, 3, 20. *Long.* Pastor. p. 120. ἐπαγγέλλεται – χαρίσασθαι, ad quem vid. *Schaef.* – Dubitari igitur potest, num in *Diod. Sic.* XVII, 74. recte *Wesselingius* ex uno Cod. dederit ἐπαγγελλόμενος καθηγήσεσθαι, quum reliqui omnes exhibeant καθηγήσασθάι. – Futurum autem bene habet in *Xen.* Anab. V, 10, 8. βουλεύσεσθαι ἔφασαν, licet edd. vett. Guelf. exhibeant aoristum. – *Plut.* Nic. 22. περὶ μέντοι τόπου καὶ χώρας, εἰς ἣν μετατάξουσι τὸ στρατόπεδον, βουλεύσασθαι καθ' ἡσυχίαν, recte *Corayus* auctoritate Anonymi scripsit βουλεύσεσθαι, quod probarunt *Xylander* et *Bryanus*. — *Plut.* Agesil. 25. bene *Reiskius* suasu *H. Stephani* et *Bryani* dedisse videtur. σκέψεσθαι δὲ φήσας; quia hisce locis simpliciter indicatur, quid quis in posterum acturus sit. — Plura de hoc loquendi genere disputaverunt

Wunderlichius in Praef: ad *Demosth:* de Cor. p: XV: sqq: et vir doctus in Ephem: lit. Vienn. 1814: mens: Nov: pag: 1322: cuius tamen observatio cavendum ne sensu nimis lato accipiatur:

CAPVT XIX.

λουσαμένῳ Cod. *Monac:* λσεσσαμένῳ.

ἀνατείνοντος Cod. *Monac.* ἀνατεινάντος: Sine causâ:

CAPVT XX:

Πινάρῳ Cod. *Monac.* Πινδάρῳ = μὲν, ὅλκια Cod. *Monac:* μενφλκια:

καὶ τῷ περὶ τὴν στρωμνὴν :.: καὶ τὸ δεῖπνον αὐτὸ κόσμῳ θαύματος ἄξίαν: Cod: *Monac:* καὶ τῶν :.:.: αὐτοῦ κόσμῳ θαύματος ἄξια: Praeterea omittit verba; quae paulo ante leguntur, εἰς σκηνήν; quasi iungenda sint παρῆλθεν (sc. χρήματα) ἄξια θαύματος ὕψει, κ. τ. λ. Sed bene constituisse locum videtur *Reiskius*, nisi quod intactum relinquere debebat αὐτοῦ; ab *Corayo* merito revocatum. Vix enim abundare illud vocabulum dici potest; quod patebit, si cogites additum participium παρεσκευασμένον: Caeterum cf. *Schneider:* ad *Xenoph:* Hellen: IV, 8, 39:

CAPVT XXI:

ἔτι μᾶλλον γενομέναις ἀἰχμαλώτοις τὰ ἀπὸ τῶν ἔργων ἁπήντα φιλάν-

θρωπα. *Corayus* censet verba γενομένοις αἰχμαλώτοις aut eiicienda, aut post γυναιξίν collocanda. Posteriorem rationem et *Huttenius* commendavit, qui praeterea ἀπήντα e superioribus explicat ἐφάνη τὰ ἀπὸ τ. ἔργ. ἀπαντῶντα αὐτῷ (sc. τῷ λόγῳ, *dictis respondentia*). — Possit fortasse sedes sua servari verbis illis, si explicentur „iis, quippe quae captivae essent", quibuscum si agatur clementer, pluris profecto faciendum est, quam si verba sohummodo mitia iis fiant; quapropter, in quo praecipue Alexandri apparuit clementia, ad id voces γεν. αἰχμ. potuit auctor apponere. — Attamen non inficior, parum leniter fluere orationem retento vulgari verborum ordine. — Quod ad priorem *Corayi* rationem attinet, quâ eiicienda censet γεν. αἰχμ. manifestum quidem est, quum redeant eadem verba paulo post γυναιξὶ γενναίαις γενομ. αἰχμ. καὶ σώφροσιν, alterutro loco ea spuria esse; utro, valde dubitari potest. Mihi quidem priori loco etiamsi post γυναιξίν collocentur, vim longe maiorem habere videntur, quam posteriori. Praeterea facilius intelligitur, quomodo librarii verba antecedentia potuerint iterare, quam quomodo sequentia scribendo praecipere, quamquam hoc quoque a scribarum oscitantiâ interdum commissum non ignoro.

πατρὸς Ἀρταβάζου, γεγονότος ἐκ βασιλέως θυγατρός. Cod. *Monac.* γεγονυῖα.

Perperam. Artabazi enim uxor non erat filia Darii, sed soror Memnonis Rhodii. *Diod. Sic.* XVII, 7. *Arrian.* Anab. I, 12, 16. II, 1, 5. *Αὐτοφραδάτης δὲ καὶ Φαρνάβαζος ὁ Ἀρταβάζου (ὅτῳ καὶ ἐπέτρεψε τελευτῶν ὁ Μέμνων τὴν αὐτοῦ ἀρχήν, ἔστε Δαρεῖον ὅ τι ὑπὲρ αὐτῆς γνῶναι, ἀδελφιδῷ αὐτοῦ ὄντι)* ubi ὅτῳ referendum ad Pharnabazum. *Diod. Sic.* XVI, 52. *ἦσαν γὰρ Ἀρταβάζῳ γεγονότες ἐκ τῆς Μέντορος καὶ Μέμνονος ἀδελφῆς υἱοὶ μὲν ἕνδεκα, θυγατέρες δὲ δέκα.* Ad quem locum laudat *Wesseling.* *Demosth.* Or. in Aristocr. p. 429. *ὁ Μέμνων καὶ ὁ Μέντωρ, οἱ κηδεσταὶ τοῦ Ἀρταβάζου, ἄνθρωποι υἱοὶ καὶ κεχρημένοι ἀπροσδοκήτῳ εὐτυχίᾳ τῇ τοῦ Ἀρταβάζου κηδείᾳ.* — Caeterum Barsines illius nusquam meminit *Arrianus*, fallitur autem, notante *Wesselingio* ad *Diod.* XVII, 107. Darii filiam natu maiorem vocans Barsinen Lib. VII, 4, 6. ubi vid. *Blanc.* et *Schmieder.* — Cf. *Diod. Sic.* XX, 20. *Freinsh.* ad *Curt.* X, 6, 11. *Plut.* Eum. 1. fin. —

καλῆς καὶ γενναίας καὶ τὸ κάλλος ἄψασθαι γυναικός. Aperte corrupta sunt verba *τὸ κάλλος*, ideoque varie a criticis tentata. *Corayus* ea prorsus abesse malit. Sed succurrit Cod. *Monac.* qui post *κάλλος* addit *εὐπρεπεστάτης.* Quum autem praecesserit *καλῆς*, neque *Plutarchus* verba idem fere significantia statim subiunxisse credi possit, scribendum censeo: *Καὶ*

τοῖς ἄλλοις εὐπρεπεστάτης. Nam litera κ facile conflari potuit ex ις (cf. notam 42. ad *Gregor. Corinth.* p. 244. ed. *Schaef.* et *Bast.* comment. palaeogr. p. 720. sq.), praesertim quum librarius in mente adhuc haberet illud καλῆς. Frequentius quidem ad adiectiva εὐπρεπής et ἐκπρεπής apponitur accusativus; sed interdum etiam dativus. Cf. infra cap. 71. τοῖς εἴδεσιν εὐπρεπῶν. *Plut.* Arat. 32. κάλλει καὶ μεγέθει σώματος εὐπρεπής. *Arrian.* Anab. VII, 23, 10. πολυτελείᾳ ἐκπρεπέστατον. — Eandem ferme sententiam expressit *Arrian.* Anab. VII, 6, 5. ὅσοι αὐτῶν κατ' ἀξίωσιν καὶ κάλλει τοῦ σώματος ἢ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ὑπερφέροντες ἐφαίνοντο.

CAPVT XXII.

ἐν ἐπιστολῇ Cod. *Monac.* ἐν ἐπιστολαῖς.

εὑρεθείην Cod. *Monac.* cum Vulc. εἴην. Perperam.

ἦν δὲ καὶ γαστρὸς ἐγκρατέστατος, ὡς καὶ τοῦτ' ... ἐδήλωσεν. Cod. *Monac.* omittit ὡς. Optime. Nam ὡς locum haberet, si abesset τοῦτο. — Supra pro νεανίσκῳ *Corayus* bene dedit νεανίσκον idque posuit post Κρωβύλον. Idem paulo inferius pro οὔτε τῶν λεγόντων praeclare scripsit οὐδὲ τῶν λ. — De quarum particularum creberrimâ confusione cf. *Werfer.* in Actis Monac. T. I, fasc. II, p. 261.

ἀπέστελλεν Cod. *Monac.* ἐπέστελλεν.

ὀψοποιοὺς ἔχειν Cod. *Monac.* ὀψοποιοὺς εἶχεν. Sed melior vulgata.

ὀλιγαριστίαν Cod. *Monac.* ὀλιγαρκίαν, pravum glossema, unde natum Vulcobianae ὀλιγαρχίαν. — Pro ἔλυσεν bene dedisse videtur *Corayus* ἔλυεν; aoristus enim significat *solere* tantummodo in sententiis universalibus, ut aiunt, non item, ubi sermo est de rê a certo quodam homine per certum tempus fieri solitâ. Cf. *Matthiae* Gr. Gr. §. 503, 3. quibus adde exemplum ex ipso nostro de serâ N. V. pag. 65. ed. *Wyttenb.* οὐδὲ μνημονεύει ὅτι διδάσκαλος παίδων ἑνὸς καθικόμενος ἑτέρους ἐνοὐδέτησε, καὶ στρατηγὸς ἐκ δεκάδος ἀνελὼν ἕνα, πάντας ἀνέτρεψε.

CAPVT XXIII.

ἔδοξε δὲ διὰ τὸν χρόνον. Cod. *Monac.* ἔδοξεν οὖν κατὰ τὸν χρ.

μεγίστων πράξεων. Cod. *Monac.* μεγάλων πρ.

καὶ ἀποβαίνειν Cod. *Monac.* ἢ ἀποβ. Male.

εὐτρεπῶς ἔχουσι, confirmat Cod. *Monac.* — Cf. *Long.* Pastor. p. 70. ed. *Schaef.* καὶ τούτους (τοὺς ὄρνιθας) ἐς τράπεζαν νυκτερινὴν ἡυτρέπιζον.

αὐτῷ κομιζομένων Cod. *Monac.* κομ. αὐτῷ.

συναυξανομένης Cod. *Monac.* συναυξομένης.

CAPVT XXIV.

τὸν Περσῶν πλοῦτον Cod. *Monac.* τὸν τῶν Π. π. — Praeter necessitatem. Cf. cap. 30. φεῦ τοῦ Περσῶν δαίμονος. Ibid. μετὰ τῆς Περσῶν τύχης. Ibid. ταῖς Περσῶν γυναιξί.

τὰ πρὸς θαλάσσῃ Cod. *Monac.* τὰ πρὸς θάλασσαν.

Ἀλεξανδριστήν. Cod. *Monac.* Ἀλεξανδρίτην.

Σάτυρος αὐτῷ φανεὶς — προσπαίζειν. Cod. *Monac.* Σατ. φαν. ..., προσπαίζειν αὐτῷ.

καὶ κρήνην δέ τινα δεικνύουσιν. A Cod. *Monac.* abest δέ. Minus recte. Solent Graeci ad augendam, ut videtur, affirmationis vim uti hâc formulâ καὶ — δέ, inter ellipticas fortasse referendâ. Cf. *Plut.* Cleom. 9. καὶ τὴν ἀνδρείαν δέ μοι δοκοῦσιν οὐκ ἀφοβίαν, ἀλλὰ φόβον ψόγου ... οἱ παλαιοὶ νομίζειν, qui locus ex antecedentibus sic explicandus: „Et hoc quidem modo rebus parvis adolescentes ad legis reverentiam adducebant, ipsam autem virtutem veteres videntur habuisse etc.“ *Plut.* Sull. 1. τῶν δὲ προγόνων αὐτοῦ λέγουσιν Ῥουφῖνον ὑπατεῦσαι, καὶ τούτῳ δὲ τῆς τιμῆς ἐπιφανεστέραν γενέσθαι τὴν ἀτιμίαν, — „et quantumvis illud fuerit gloriosum, tamen huic accidisse dedecus decore maius“. *Arrian.* Anab.

VII, 4, 4. — καὶ αἱ ἐν Γαδρωσίοις δὲ αὐτῷ ξυμφοραὶ ξυνενεχθεῖσαι ἔτι μᾶλλον ἐπῆραν τοὺς — σατραπεύοντας — „et quantumvis aliae multae res (*ab auctore modo enarratae*) fidem iis facerent, Alexandrum non rediturum, tamen quae circa Gadrosios ei acciderat calamitas, magis etiam exstimularat satrapas". Ibid. §. 12. καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἡγμένοι ἦσαν Μακεδόνων τῶν Ἀσιανῶν τινας γυναικῶν — καὶ τούτοις δωρεαὶ Ἀλεξάνδρου ἐδόθησαν — „et sic quidem amicis Alexander dotes contulit; quicunque autem alii Macedones — his quoque etc." Id. VII, 16, 6. καὶ τὸν Ἀράξην δὲ ... ἐς ταύτην ἐσβάλλειν ὁ πλείων λόγος κατέχει — „et hi quidem fluvii in illud mare feruntur, Araxen autem et ipsum huc deferri plerique tradunt". Nostri loci sententia est: — „et hoc quidem tunc temporis vates, fontem autem nunc quoque ostendunt etc." Est huic formulae similitudo quaedam cum solennissimâ illâ: οὐ μὴν ἀλλά; sed in hâc inest vis opponendi, in illâ maius aliquid addendi. — Caeterum frequenti usu evenit, ut καὶ — δέ saepe ita usurpatum videamus, ut vix maiorem vim habeat, quam simplex καί. — Cf. *Schaef.* ad *Long.* Pastor. p. 349. sq.

CAPVT XXV.

Ἀλεξάνδρου τὴν μὲν πολλήν. Cod. *Monac.* Ἀλεξάνδρου δὲ τ. μ. π. — Male; ne-

que melius idem post τῷ μηνὶ πάντως inserit γάρ; paulo autem post veram exhibet lectionem συμφιλοτιμούμενος.

προσβοηθούντων Cod. *Mon.* βοηθούντων.

ἀφεθεῖσα Cod. *Monac.* dat omnium librorum lectionem ἀφεθείς, quam bene habere *Corayus* ostendit e *Moeride*, *Phrynicho* et *Thomâ Magistro*.

καθαγίσαντα Cod. *Monac.* καθαγιάσαντα. De verborum dupliei formâ in ίζω et ιάζω cf. *Fabrici* ad *Plut.* Brut. 31. —

CAPVT XXVI.

οὔκουν οὐκ ἀργὸς οὐδ' ἀσύμβουλος αὐτῷ συστρατεύειν ἔοικεν Ὅμηρος. *Corayus* aut delendum censet οὔκουν, aut scribendum οὐκοῦν ἀργός. Neutrum omnino necessarium. Cod. quidem *Monac.* dat οὐκοῦν, quam scripturam si recipias, non inepte possint conferri *Sopatri* Apam. Prolegg. in *Aristid.* de Rhetor. p. 11, 10. a fin. *Iebb.* οὐκοῦν οὐδὲ τιμωρίαν τούτων ὥρισαν οἱ νόμοι, pro οὐκοῦν καί κ. τ. λ. Sed nostri tamen loci sensus sine dubio est hic: „Non *sane* nihil opis vel consilii contulisse videbatur Alexandro Homerus etc.“ neque vero: „non *igitur* nihil etc.“ Certe haec ratio orationis nexui minus accommodata censeri debet. Discrimen autem particularum οὐκοῦν atque οὔκουν si cui inauditum, evolvat

Herm. ad Viger. p. 769. p. 794. Ed. N. — Praeterea Cod. *Monac.* pro ἔοικεν Ὅμηρος. λέγουσι γάρ, exhibet Ὅμηρος ἔοικεν· λέγεται γάρ. —

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν μάντεων θαρρεῖν παραινούντων. Ineptum illud καί, quod et *Corayus* abesse iubet, et omittitur in Cod. *Monac.* — Supra idem praebet veram lectionem συναρμόττοντας et paulo post τοὺς ἐπιμελητάς. Pro ἔργου dat ἔργων.

ὅς που καὶ πάλαι λέγεται. Sic *Reiskius* de suo dedit pro omnium librorum ὥς που. Causam non video. Si *Plutarchus*, quemadmodum dixerat τοῦ μὲν ἀνυδρίας, sic quoque posuisset τὸν δὲ τοῦ νότου, tunc quidem bene emendasset *Reiskius*. Quum vero alterum illud periculum indicatum sit verbis εἰ . . . ἐπιπέσοι, optime cohaerent ὥς που καὶ πάλαι sc. ἐπέπεσε τῷ Καμβύσου στρατῷ, quod auctor ita expressit, ut simul, quis fuerit illius rei eventus, exponeret.

τὰ θυμοειδὲς ἄχρι τῶν πραγμάτων ἐπεξέφερε τὴν φιλονεικίαν ἀήττητον, Cod. *Monac.* confirmat *Reiskii* coniecturam ὑπεξέφερε, quod egregie convenit huic loco. — Lubenter alteram quoque *Reiskii* coniecturam amplector, pro ἀήττητον scribentis ἀηττήτων, cum *Plutarchus* respexisse videatur locum *Xenophontis* in Cyrop. I, 6, 9. ἀλλά τοι ἔφη, ὦ παῖ, ἔνια ἐστιν, ἃ φύ πρὸς ἀνθρώπους ἀγωνιστέον, ἀλλὰ

πρὸς αὐτὰ τὰ πράγματα, ὧν οὐ ῥᾴδιον εὐπόρως περιγενέσθαι. Hoc autem non necesse est, ut cum *Reiskio* transferamus ἀηττήτων ante πραγμάτων; sunt enim in *Plutarcho* loci, quibus voces invicem ad se spectantes duriori etiam ratione disiiciantur. V. c. Fab. Max. 17. αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ διαλυθῆναι, τὴν ἐκείνου φρόνησιν, καθάπερ ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσιν, ubi τὴν ἐκ. φρόν. pertinet ad αἰτίαν ἔσχε, et καθάπερ κ. τ. λ. ad τοῦ μὴ διαλυθῆναι. — Solon. 6. ἤκουσα, φάναι, τοὔνομα, τὸν ἄνθρωπον. Caton. min. 34. τὸ μὲν χάριτι τῆς πόλεως, τὸ δὲ φόβῳ μέρος ὑφ' ἑαυτοὺς ἔχοντες. Philop. 7. συστάσης τῆς περὶ τὸν Λάρισσον αὐτοῖς ποταμὸν μάχης.

CAPVT XXVIII.

σοβαρὸς ἦν, καὶ σφόδρα — ὁμοίως, τοῖς δ' Ἕλλησι μετρίως καὶ ὑποφειδομένως ἑαυτὸν ἐξεθείαζε. *Reiskius* ex *Iunt.* reposuit ὁμοίως, quod et in nostro Codice legitur. Minus recte, ut videtur. Nemo umquam Graecorum tam parum concinne loquutus est. Vt bene haberet ὁμοίως, tota sententia hoc fere modo debebat exprimi: καθόλου δὲ πρὸς τοὺς βαρβάρους σοβαρὸς ἦν, καὶ τούτοις μὲν σφόδρα — ὁμοίως, τοῖς δ' Ἕλλησι κ. τ. λ. — Recte igitur *Corayus* in textum restituit ὅμοιος. Idem recepit, quod *Reiskius* e coniecturâ *H. Stephani* dedit ὑποφειδομένως; bene procul dubio, licet omnes libri habeant ὑποφειδόμενος, et certe par-

ticipium, si eius naturam spectes, cum adverbio possit coniungi.

μή τι σὺ τοιοῦτον ὁ τοῦ Διός; Cod. *Monac.* *μή τι σοὶ τοιοῦτον τῷ τοῦ Διός*; Difficile dictu utra lectio melior; utriusque enim sensus eodem redit. — Praeterea in Cod. *Monac.* post *γελάσας* positum comma; male.

CAPVT XXIX.

πομπὰς ἐπετέλει. Cod. *Monac.* *π. ἐξετέλει.* Perperam. Solenne enim illud verbum de sacrificiis, ludis et similibus. *Plut.* Thes. 20. *ἐχόρευσε χορείαν ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσιν.* Id. Romul. 13. *θυσίαν τε λαμπρὰν καὶ ἀγῶνα καὶ θέαν — ἐπετέλει πανηγυρικήν.* Id. Agesil. 19. *τήν τε πομπὴν ἐπετέλει τῷ θεῷ.* — *Arrian.* Anab. VII, 14, 1. *ἀγῶνα ἐπετέλει γυμνικόν τε καὶ μουσικόν.* *Diod. Sic.* XVI, 91. *θυσίας μεγαλοπρεπεῖς ἐπετέλει τοῖς θεοῖς.*

χορηγεῖν. Cod. *Monac.* *διαχορηγεῖν.*

φίλους δεομένους. In Cod. *Monac.* interpungitur post *φίλους*, quod multo melius, quam comma post *δεομένους* positum in *Iunt. Ald. Crat.* et probatum a *Bryano.*

CAPVT XXX.

τῆς Δαρείου γυναικὸς ἀποθανούσης. Articulum *τοῦ* ante *Δαρείου*, quem expunxerat *Reiskius* auctoritate *Iunt. Ald. Crat.* neque legimus in Cod. *Monac.* reposuit *Coray-*

μὲν. At nil in *Plutarcho* tali articuli omissione frequentius. Pomp. 6. οἱ Σκιπίωνος ἀσπασάμενοι τοὺς Πομπηΐου. Ibid. 71. ἐκ τῆς Καίσαρος φάλαγγος. Caton. min. 19. Φαβία, Τερεντίας ἀδελφὴ, τῆς Κικέρωνος γυναικός.

φεῦ τοῦ Περσῶν δαίμονος. In memoriam mihi revocant haec verba locum in vitâ Crassi cap. 3. fin. aperte corruptum. Narraverat ibi *Plutarchus*, Alexandrum philosophum, Crassi magistrum, patientissimum fuisse infimae paupertatis, etiam dum Crassi uteretur consuetudine. Deinde pergit: μόνος δ' οὖν (Ἀλέξανδρος) ἀεὶ τῶν φίλων αὐτῷ (τῷ Κράσσῳ) συναποδημῶν, στέγαστρον ἐλάμβανεν εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ τοῦτ' ἐπανελθὼν ἀπῃτεῖτο· φεῦ τῆς ὑπομονῆς, οὐδὲ τὴν πενίαν ὁ πλήμων ἀδιάφορον ἡγούμενος. — Quid sibi vult illud οὐδέ? Nisi enim Alexander inter indifferentia posuisset paupertatem, neque ipse tam aequo animo eam tolerasset, neque *Plutarchus* potuisset eius patientiae misereri. — Variae igitur de hoc loco eruditorum sententiae. *Solano* et *Corayo* verba φεῦ τῆς ὑπομονῆς — ἡγούμενος scholium, textui intrusum, resipere videntur. Equidem leni medicinâ sanari ea posse existimo, si pro οὐδέ scribatur οὕτω, et post ἀπῃτεῖτο ponatur virgula, quo sensus existat hic: „Solus enim ex amicis peregrinantem semper comitans στέγαστρον (pallium aut quodvis aliud tegumen) ad itineris usum accipie-

bat, idque reversus reposcebatur (vaeh patientiae!) miser ille, adeo in rerum indifferentium numero habens paupertatem". — Eodem modo, quo hic ὁ πλήμων, verba ὁ πλούσιος αἰχμάλωτος caeteris interposita sunt in vitâ Aem. Paull c. 12. fin. *Περσεὺς — οὐκ ἠθέλησε δι' ὀλίγων σωθῆναι χρημάτων, ἀλλὰ μετὰ πολλῶν κομισθεὶς ὁ πλούσιος αἰχμάλωτος ἐπιδείξασθαι Ῥωμαίοις, ὅσα φεισάμενος ἐτήρησεν αὐτοῖς.* Et ἡ τάλαινα in Anton. 83. *οἱ δὲ δοῦλοί μου κατηγοροῦσιν, εἴ τι τῶν γυναικείων ἀπεδέμην, οὐκ ἐμαυτῇ δήπουθεν, ἡ τάλαινα, κάσμον.* Cf. *Xenoph.* Anab. III, 1, 29.

ἐνέδει confirmat hanc Anonymi lectionem Cod. *Monac.* qui idem paulo post pro τὸ σὸν exhibet τοσοῦτον, minus recte.

καὶ μᾶλλον ἂν ἢ κατ' ἀξίαν ἐδυστυχοῦμεν. Foedavit hunc locum *Reiskius* addito ἤ, quod respuunt omnes libri. *Corayus* vere explicat: „an non melius servatum nobis fuisset decus nostrum, si res nobis esset cum hoste crudeliori ac morosiori"? — Paulo post recte noster scribit Τίρεως, ut supra.

μήθ' αὐτοῦ — τὸ δοκεῖν. Cod. *Monac.* μήτε αὐτοῦ — τῷ δοκεῖν. Praestant, quae nunc in editionibus sunt, lectiones.

ἀνδρείαν. Cod. *Monac.* ἀνδρίαν, et sic fere semper. Quid in talibus statuendum sit, docuit *Schaef.* meletem. crit. p. 41. sq. Add. *Creuzer.* ad *Plotin.* p. 228. licet ipse hanc causam in me-

dio reliquerit. Maioris saepe momenti est permutatio verborum στρατεία et στρατιά, quam commisit noster infra cap. 44. et 57. – V. c. *Arrian.* Anab. VII, 8, 3. sq. οὐκ ἀλόγως αὖ τῷ λόγῳ ἠχθέσθησαν τῷ πρὸς Ἀλεξάνδρου λεχθέντι κατὰ τὴν στρατιὰν ταύτην πᾶσαν· πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἀχθεσθέντες κ. τ. λ. ubi verba κατὰ τὴν στρατιὰν πᾶσαν interpretantur: „ad universum exercitum“. Falso. Post λεχθέντι ponendum comma, post πᾶσαν delenda interpunctio, et pro στρατιὰν scribendum στρατείαν. Sensus: „offendebantur Alexandri dictis, quum iam antea per totam illam expeditionem saepe fuissent laesi“.

τὴν Περσῶν τύχην εἰς ὀρθὸν αὖθις σταθεῖσαν. Cod. *Monac.* τὴν Περσῶν βασιλείαν ὀρθῶς αὖθις στ. — Precatur quidem Darius in *Arrian.* Anab. IV, 20, 5. ἀλλ', ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, σὺ νῦν μάλιστα μὲν ἐμοὶ φύλαξον Περσῶν τε καὶ Μήδων τὴν ἀρχήν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔδωκας. Nostri autem Codicis lectio ex interpretamento videtur nata.

Τὰς Ἀλεξάνδρου χάριτας. Cod. *Mon.* τῆς Ἀλ. χάριτος. Possit genitivus ferri, si scribatur: ἀμείψωμαι Ἀλέξανδρον τῆς χάριτος, quemadmodum in vitâ Caes. 4. legitur ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀμειβόμενος τὴν Ἑλλάδα τῆς προθυμίας; neque obstarent huic rationi, quae sequuntur ὧν – ἔτυχον; cf. cap. 43. Ἀλεξάνδρῳ δ' οἱ θεοὶ (ἀποδώσουσι τὴν χάριν) τῆς εἰς μητέρα — ἐπιεικείας.

Attamen melius cohaerent omnia in lectione vulgatâ, neque igitur quidquam mutandum.

εἰ μαρτὸς ἥκει χρόνος ὀφειλόμενος νεμέσει, καὶ μεταβολῇ παύσασθαι τὰ Περσῶν. Varie tentatus hic locus. *Reiskius* scribendum censuit ὡς παύσασθαι. Simili ratione in notis ad *Gregor. Corinth.* p. 25. nov. ed. proponitur: νεμέσει, ὡς μεταβολῇ παύσασθαι. *Corayus* suspicatur legendum: νεμέσει, μεταβαλεῖν καὶ παύσασθαι, vel verba νεμέσει καὶ μεταβολῇ explicanda esse per figuram ἓν διὰ δυοῖν, pro νεμέσεως μεταβολῇ. In Cod. *Monac.* legitur: χρ. ὀφειλόμενος, νεμ. κ. μεταβ. — Rectius interpunxit *Corayus* commatibus includens verba ὀφειλόμενος — μεταβολῇ. — Equidem tolli omnes difficultates existimo, si infinitivus παύσασθαι referatur ad χρόνος, positus sine articulo, ut fieri solet post plura substantiva. Quae *Schaeferus* in meletem. crit. p. 23. disputavit de adiectivo αἴτιος, eadem valent de substantivo αἰτία. *Plut.* Pomp. 20. φοβούμενος αἰτίαν Πομπηΐῳ παρασχεῖν — Σερτώριον ἀφεῖναι καὶ πρὸς Μιθριδάτην τραπέσθαι. Id. Cim. 14. αἰτίαν ἔσχε δώροις ὑπὸ τοῦ βασιλέως συμπεπεῖσθαι. — Id. Alcib. 34. ὥστ' ἐρᾶν ἔρωτα θαυμαστὸν ὑπ' ἐκείνου τυραννεῖσθαι. Id. Sertor. 9. Sull. 13. — *Herodt.* V, 32. (*Xen.* Cyrop. V, 1, 24. ἔρως τοῦ ἄρχεσθαι ὑπ' ἐκείνου). — *Arrian.* Anab. V, 2, 7. Ἀλέξανδρον δὲ πόθος ἔλαβεν ἰδεῖν

τὸν χῶρον. Id. VII, 1, 1. VII, 16, 2. — *Herodt.* IX, 3. ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα βαλέειν. — *Plut.* Agesil. 10. καιροῦ δ' ὄντος αὖθις ἐμβάλλειν εἰς τὴν πολεμίαν. *Platon.* vel *Simon.* Socrat. Axioch. §. 1. (*Xen.* Hellen. III, 5, 5. ἐλογίζοντο δὲ καὶ καλὸν καιρὸν εἶναι τοῦ ἐξάγειν στρατιὰν ἐπ' αὐτούς.) — *Xen.* Anab. I, 3, 11. ἐμοὶ οὖν δοκεῖ οὐχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, quo in loco, ut obiter moneam, non duplici dativo offendi debebat *Schneiderus*. — *Plut.* Fab. Max. 8. χρόνον παρίξει αὖθις ἑτέραν δύναμιν προσγενέσθαι. *Plut.* de sera N. V. pag. 21. ed. *Wytt.* δίδωσι μεταβαλέσθαι χρόνον. — Id. Anton. 58. — Add. *Schaef.* melet. crit. p. 81. *Matthiae* Gr. gr. pag. 780. — Sententia igitur nostri loci haec est: „Sin vero iam advenit fatale hoc interitus rerum Persicarum tempus, Nemesi atque rerum humanarum vicissitudini debitum". Eodem sensu occurrit μεταβολή infra cap. 69.

CAPVT XXXI.

διῃρῆκέναι σφᾶς αὐτούς. Cod. *Mon.* confirmat hanc *Reiskii* coniecturam; praeterea dat αὐτούς, quod locum non habet iuxta σφᾶς.

τέλος ἐκκέκαῦσθαι τῇ φιλονεικίᾳ καὶ μέχρι λίθων γεγονότας. *Coraïus* delendum censet καί ante μέχρι. Praeter necessitatem; γεγονότας est pro γεγονέναι, uti saepius Graeci ex infinitivis transeunt ad participia et

contra. V. c. *Plut.* Brut. 25. ἀγγέλλεται Γάϊος ἐξ Ἰταλίας διαβεβηκὼς καὶ βαδίζειν, ad quem locum annotat *Fabrici*: „Concinnitas orationis scribere iubet βαδίζων". Recte quidem, modo semper Graeci istam concinnitatem sint sectati. Cf. *Arrian.* Anab. III, 25, 5. ἤγγελον Βῆσσον τήν τε τιάραν ὀρθὴν ἔχειν, καὶ τὴν Περσικὴν στολὴν φοροῦντα.

Γαυγαμήλοις. Retinet noster quoque codex vulgatam scripturam Γαυσαμήλοις. Difficile quidem de huiusmodi nominibus certi aliquid statuere; attamen propter derivationem ab ipso *Plutarcho* allatam praestare videtur scriptio *Strabonis* et *Arriani* VII, 11, 10.

τῶν Ἀθήνησιν. Cod. *Monac.* τῶν ἐν Ἀθήνησιν. Bene. Cf. *Herodt.* I, 52. ἐν Θήβησι. VI, 103. ἐν Ἀθήνησι. Schol. ad *Apollon.* III, v. 1178. *Bast.* ep. crit. p. 189. *Schaef.* ad *Lamb. Bos.* p. 699.

ἐν ὅπλοις συνεῖχε. Recte *Stephanus* addidit praepositionem, quae et in cod. *Monac.* legitur. Cf. *Plut.* Crass. 14. ἐν τοῖς ὅπλοις μένειν. Pomp. 52. ἐπιπέμψαντες ἐν ὅπλοις ἄνδρας, de quo loco dubitari potest, quum Vulcob. Anonym. et Mur. exhibeant ἐνόπλους, quod probatum *Bryano*, et in textum receptum est a *Corayo*. Fortasse vero lectionis varietas debetur glossemati. Simili modo in eiusd. vitae cap. 72. in versu Homerico Cod. *S. Germ.* praebet verba

ἐν φόβον contracta in ἔμφοβον. — In *Diod. Sic.* XVII, 36. ἑώρων δὲ τὴν σκηνὴν διαρπάζοντας ἐνόπλους πολεμίους ἄνδρας, non contemnendam putarim lectionem Reg. 1. ἐν ὅπλοις. —

τῷ Φόβῳ. Cod. *Monac.* τῷ φοίβῳ.

παύσεσθαι. Cod. *Monac.* παύσασθαι. Male.

CAPVT XXXII.

ὥστε θαυμάζειν ἐπελθόντας ὄρθρου καὶ ἡγεμόνας. Male me habet illud καί, quod ne prorsus deleam, transferendum saltem videtur ante θαυμάζειν. Pro ἐπελθόντας Cod. *Monac.* cum *Iunt.* dat ἀπελθ. Prave.

καὶ δὴ ἐγερθέντος, οὕτως ἐρωτᾷν. Sic dedit *Reiskius* contra omnium librorum auctoritatem. Recte *Corayus* revocavit probam codicum lectionem καὶ διεγερθέντος, cuius idem fere sensus, qui est Reiskianae coniecturae. Praeterea eodem verbo de eàdem re utitur *Diod. Sic.* XVII, 56. τραπεὶς εἰς ὕπνον, οὕτως ἐκοιμήθη βαθέως, ὥστε τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης μὴ δύνασθαι διεγερθῆναι, et paulo post: οὐκ ἀνιεμένου δ' αὐτοῦ προσελθόντες οἱ φίλοι μόγις διήγειραν τὸν Ἀλέξανδρον. — Quod autem *Corayus* eiiciendum suspicatur οὕτως, in eo consentire viro doctissimo non possum. Solent enim Graeci, praemissis, quae, ut res quaedam fieri posset, praecedere debebant, inter haec et rem ipsam interponere οὕτως, quod semper quidem

redit quodammodo ad eam significationem, ut sit positum pro τούτῳ τρόπῳ; saepe autem, praesertim ubi praecesserint ἐπεί, ὡς κ. τ. λ. vel genitivi absoluti, latet in eâ voculâ sensus: „quae cum sint", vel „his factis, tunc demum" (unde cum εἶτα iunctum legitur in Vitâ Anton. 6.), respondetque nostro *da*. — *Plut.* Pyrrh. 10. οὐκ ἐβούλετο τῷ *Πύρρῳ* περιπταῖσαι —, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ἐσχόλαζε πολεμεῖν πρὸς αὐτόν, διαλυθεὶς καὶ θέμενος εἰρήνην, οὕτως ἐπὶ τοὺς ἄλλους βασιλεῖς τραπέσθαι. Id. Coriol. 28. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἀπρόθυμον ἐγένετο, καὶ τοῖς ὑπάτοις ὀλίγος ἔτι περιῆν τῆς ἀρχῆς χρόνος, ἐν ᾧ κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο, καὶ διὰ ταῦτα τοὺς *Λατίνους* ἀπέπεμψαν, οὕτως ὁ *Μάρκιος* ἐπ' αὐτὰς τὰς πόλεις ἦγεν κ. τ. λ. Ibid. 32. — Id. Agid. 3. — *Herodt.* I, 62. I, 103. I, 190. *Arrian.* Anab. V, 5, 11.

παρὰ τὸν κίνδυνον αὐτόν. Cod. *Mon.* παρ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον, quod magis placet. Cf. *Demosth.* in Lept. §. 117. παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, et sic saepius.

ἔσχε γὰρ ὁ ἀγὼν ἀποτροπὴν καὶ σάλον. Iam *Reiskium* offendit illud ἀποτροπήν, nusquam, quod sciam, hoc sensu occurrens; sin vero occurrat, maius aliquid significaturum, quam quod nostro loco conveniat. Nondum enim terga dederat laevum cornu, sed anceps tantum eâ aciei parte erat proelium. — Cod.

Monac. exhibet οὔπω τροπήν, quare in mentem mihi venit, an non scribendum sit ὅσον οὔπω τροπήν. Sed audacius hoc videtur. Amplector igitur lectionem a *Corayo* repositam ὑποτροπήν, quam et ipsam tuetur quodammodo codicis scriptura. Coniecturam suam confirmavit vir doctissimus locis *Plutarchi* ex Vitâ Lucull. 7. et de serâ N. V. §. 22.

περιπέμψαντος — ἱππεῖς τοῖς σκευοφυλακοῦσιν προσβαλοῦντας. Cod. *Monac.* minus recte dat παραπέμψαντος. Caeterum confirmat lectionem προσβαλοῦντας, quam *Reiskius* merito ex vetustis editionibus restituit pro προσβαλόντας. Eodemque modo paulo post *Corayus* dedit optimo iure ἀπέστειλεν ἀγγέλους — πράσοντας, pro vulgari φράζοντας, quod etiam in nostro codice legitur. Vid. quos laudat *Herm.* ad *Viger.* p. 773. Ed. Nov. *Schneider.* ad *Xen.* Hellen. II, 1, 29. — Add. *Herodt.* II, 109. *Plut.* Themist. 19. Pericl. 17. Solon. 28. Pomp. 77. — *Thucyd.* II, 85. — *Arrian.* Anab. I, 12, 13. III, 23, 17. — *Diod. Sic.* XVII, 15 et 26.

πέμψειε τοῖς ὄπισθεν. Cod. *Monac.* πέμψει ἐν τοῖς ὄπισθεν.

ἐπιπόρπαμα. Cod. *Monac.* ἐπιπόρπωμα.

CAPVT XXXIII.

τὸ ξυστὸν εἰς τὴν ἀριστερὰν μεταβαλών. *Corayus* optime, ut videtur, de suo dedit μεταλαβών. Cf. *Plut.* Arat. 23. μεταλα-

βὼν εἰς τὴν δεξιὰν τὸ δόρυ. — Frequentissima haec confusio. Infra cap. 64. pro lectione unice verâ, μεταλαβὼν οὖν τὸν ἕκτον ἡρώτα, *Iunt.* et Cod. *Monac.* dant μεταβαλών. Vid. *Bast.* ep. crit. p. 157. — Paulo post pro ἐπιδείκνυτο παριππεύων ἀετόν, idem scripsit ἐπεδείκνυ. Sed videtur usurpari ἐπιδείκνυσθαι, ubicunque demonstrandum vel probandum est aliquid, etiamsi gloria inde ad ipsum ostentantem non redundet. Cf. cap. 35. ἐπιδεικνύμενοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ (τοῦ νάφθα) καὶ φύσιν οἱ βάρβαροι. *Plut.* Dion. 39. πολλὰ μὲν ἱκέτευσεν, ὀρέγων τὰς χεῖρας τοῖς Συρακουσίοις, καὶ τὴν ἀκρόπολιν περιπλεων πολεμίων οὖσαν — ἐπιδεικνύμενος. Ibid. 49. ἄσμενος οὖν ἀναλαβὼν τοῦτον τὸν ἄνδρα, καὶ περιαψάμενος ὥσπερ ἀλεξιφάρμακον τοῦ Δίωνος, ἐπεδείκνυτο τοῖς συμμάχοις. Add. Agesil. 9.

ἐμπλεκόμενοι καὶ περισπαίροντες αὐτοῖς καὶ ἵπποις. Cod. *Monac.* cum Vulcob. αὐτοῖς ἵπποις. Male. (αὐτοῖς in editt. *Reisk.* et *Hutten.* est mendum typographicum). —

οἵ τε ἵπποι καταλαμβανόμενοι καὶ ἀποκρυπτόμενοι τῷ πλήθει τῶν νεκρῶν ἐξήλλοντο καὶ συνεταράττον τὸν ἡνίοχον. Quid sibi vult illud ἀποκρυπτόμενοι? Tantane fuit cadaverum multitudo, ut equi, tanquam muro inclusi, occultarentur? Parum credibile videtur, tam insulsi quidquam a *Plutarcho* profectum esse. Miror, viros doctos tamdiu tu-

lisse pravam lectionem, pro quâ scribe πτυρόμενοι, sive ἀποπτυρόμενοι e loco *Diodori*, nostro ex asse respondenti, XVII, 34. οἱ δὲ τὸ τοῦ Δαρείου τεθρίππου ζυγὸν ἐπέχοντες ἵπποι, τραυματιζόμενοι πυκνῶς, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτοὺς σωρευομένων νεκρῶν πτυρόμενοι. — Neque perquam difficilis videtur illa corruptio fuisse, quum e πτυρόμενοι, voce minus frequenti, facile potuerit enasci aliquid, participio ἀποκρυπτόμενοι simile, unde librarii effinxere sensim hoc ipsum vocabulum sibi notius.

ἀπολεῖπει μὲν το ἅρμα —, θήλειαν δ' — ἵππον περιβὰς ἔφυγεν. Cod. *Monac.* dat ἀπολιπεῖν pro ἀπολείπει, unde scribendum fortasse ἀπολιπών, quo mire concinna redderetur oratio. Infinitivi autem et participia passim a librariis permutantur. In ipso nostro codice Alex. 3. ἦν τῷ τῆς θύρας ἁρμῷ προσβαλών, aperte falso legitur προσβαλεῖν. Contra in vitâ Sertor. 23. fin. ἐλαττώσει τῶν ἐκείνης κρατεῖν αὐτόν, ab eodem exhibetur κρατῶν. Timol. 37. ἀποβαλὼν τὴν ὄψιν, pro ἀποβαλεῖν. Aemil. Paul. 23. ἐζήτει τρέπων, pro τρέπειν. Philop. 9. ἀσπίδα λαβών, pro λαβεῖν. — Quare probabile mihi quidem videtur, in vitâ Othonis c. 16. pro μνημονεύειν, ὅτι Καῖσαρ ἀθετεῖ, scribendum esse μνημονεύων, posito commate ante hanc vocem loco puncti minoris.

CAPVT XXXIV.

τὴν χώραν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας παρέσχον. Huius loci si meminisset *Corayus*, in vitâ Aristid. 11. τὴν χώραν ἀποδοῦναι τοῖς Ἀθηναίοις ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἐν οἰκείᾳ κατὰ τὸν χρησμὸν ἐναγωνίσασθαι, non ante ἐν inseruisset ὥστ'. Praecipue enim verba praepositioni ἐν composita infinitivo solent poni ad verba et adiectiva, omisso ὥστε. *Plut.* Sull. 16. post med. ὀχυρὰν ἐνστρατοπεδεῦσαι τὴν ἄκραν ποιεῖ. Sic enim rectissime a *Reiskio* editum pro ἐκστρ. — Ibid. 20. — *Herodt.* II, 154. τοῖσι δὲ Ἴωσι — ὁ Ψαμμήτιχος δίδωσι χώρους ἐνοικῆσαι. Id. IV, 204. VI, 102. VII, 59. IX, 7, 2. et 25. — *Arrian.* Anab. II, 7, 4. — Minus autem repugnabo, siquis ante ἐν οἰκείᾳ inserere velit ὡς.

Φαύλλου τοῦ ἀθλητοῦ τιμῶν προθυμίαν. Cod. *Monac.* Φαῦλλου τοῦ ἄυλου προθυμίαν τιμῶν. — Recte igitur a *Reiskio* scriptum nomen. — Cf. *Bast.* ep. crit. p. 243. sqq. —

CAPVT XXXV.

ἐθαύμασε μάλιστα τότε χάσμα. Cod. *Monac.* ἐθαύμασε τότε μάλιστα χάσμα. Quod suspicionem movere possit, non bene habere illud μάλιστα, praesertim quum ab editionibus vetustissimis prorsus absit. — In sequentibus veram fortasse lectionem esse ἐν Ἐκβατάνοις *Corayus*

existimat, sed pro τὴν Βαβυλωνίαν (sic enim sine causâ dedit pro τὴν Βαβυλωνίων) scribendum esse τὴν Μηδίαν. At de Babyloniâ loqui *Plutarchum* hoc ipso capite infra convincitur. Satius duco, cum *Aug. Iacobsio* transferre ante verba ἐν Ἐκβατάνοις voculam ὥσπερ, in vulgatâ eadem illa sequentem.

ἐξαπτόμενος. Cod. *Monac.* ἐξαπτομένης. Praeferenda videtur *Reiskii* coniectura.

ὥστε συνεκπαίοι. Miror, quomodo priores editores tolerarint soloecismum. Bene *Cobetus* dedit συνεκπαίει. Melius etiam Cod. *Monac.* offert συνεκπαίειν, quod coniectando occupavit *Schmiederus*.

ἅμα νοήματι διῆκτο πρὸς θάτερον πέρας. Cod. *Monac.* διΐκτο, quod verum fortasse. Paulo post idem confirmat lectionem συνεχές.

ὁ Στέφανος ἐκαλεῖτο. Absunt haec verba a Cod. *Monac.*, quae equidem aegre desiderarem propter sequentia ἐν Στεφάνῳ. — *Coraïus* dedit ὃς Στ. ἐκ. — Vereor, ut recte. Cf. infra cap. 58. ἔπειτα προσκεφαλαίου τινὸς αὐτῷ κομισθέντος, ἐκέλευσε λαβόντα καθίσαι τὸν πρεσβύτατον· Ἄκουφις ἐκαλεῖτο· θαυμάσας οὖν — ὁ Ἄκουφις, ubi verba Ἄκουφις ἐκαλεῖτο similiter parentheseos modo sunt interiecta. – *Plut.* Flaminin. 20. ἐν δὲ Βιθυνίᾳ τόπος ἐστὶ θεριώδης

ἀπὸ θαλάσσης, καὶ πρὸς αὐτῷ κώμη τις οὐ μεγάλη, Λίβυσσα καλεῖται. — — .

τοῦ παιδαρίου διδόντος ἑαυτόν. Cod. *Monac.* δόντος. Quod, etsi non necessarium videatur, tamen miror non dudum â criticis coniecturâ in textu positum. Late enim coniecturis hic patet campus per creberrimam in libris MSCC. confusionem participiorum praesentis atque aoristorum; quâ in re, quum plerumque agatur de unâ literâ vel addendâ, vel eiiciendâ, vel mutandâ, saepe temere neque prospero successu versati videntur critici. Quamvis enim haud ignorem, licenter in talibus egisse ipsos Graecos, ac saepissime posuisse participia aoristorum, ubi exspectes praesentia, tamen in diiudicandis vel diversis codicum lectionibus, vel doctorum coniecturis diligenter expendendum opinor, utrum per participium exprimatur aliquid, quod rei cuidam praecesserit, an describatur, quomodo res acta sit, vel addatur aliud quiddam arctissime ei iunctum. — *Plutarchi* nostri innumeros locos tentarunt editores tum coniicientes tum in textu ponentes participia *aor.* pro participiis *praes.* — Videamus de singulis quibusdam. Et bene quidem proposuit *Reiskius* in vitâ Crassi 9. καὶ συμπλέξαντες (pro συμπλέκοντες) κλιμακίδας, δι' αὐτῶν κατέβαινον. Eum. 15. αὐτὸς ἐξιππασάμενος — , καὶ τόπον — περιβαλόμενος (pro περιβαλλόμενος), καὶ διαμιτρήσας, ἐκέλευε πυρὰ

πολλὰ παίειν. γενομένου (pro γινομένου) δὲ τούτου, καὶ τῶν πυρῶν — καταφανέντων, ἄχος ἔσχε κ. τ. λ. Quo loco Cod. *Monac.* consentit quidem in caeteris cum vulgatâ, sed pro ὥσπερ οἱ στρατοπεδεύοντες perperam exhibet ὥσπερ οἱ στρατοπεδεύσαντες. Sertor. 18. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ Πομπηΐῳ τὴν Πυρήνην ὑπερβαλόντι (pro ὑπερβάλλοντι) παραστρατοπεδεύσας — πλεῖον εἶχε. — Dubitarim autem, an recte *Corayus* aoristos posuerit in sequentibus: Pyrrh. 11. καιρὸς ἐστι τῆς Δημητρίου βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι, πρὸς ἄνδρα δημοτικὸν — μεταβαλομένους (pro μεταβαλλ.) τὸν Πύρρον. Postrema enim indicant, quâ ratione a Demetrii gravi dominatu possint liberari. Agid. 7. ἐὰν δὲ, σωφροσύνῃ — τὰς ἐκείνων ὑπερβαλόμενος (pro ὑπερβαλλ.) τρυφὰς, ἰσότητα καταστήσῃ τοῖς πολίταις. Tib. Gracch. 15. ἂν οὖν μεταβαλόμενος (cum Cod. *SG.* pro μεταβαλλ.) τὸν δῆμον ἀδικῇ. — Sull. 9. fin. τούτων δὲ γενομένων (pro γιν.), ὁ Μάριος — ἐκάλει κ. τ. λ. Nam sensus non est „postquam haec facta erant“, sed „dum haec fiebant“.

πυρὶ κατεσχέθη πᾶν. Cod. *Monac.* π. κ. τὸ πᾶν.

ἐγγύθεν. Cod. *Monac.* ἐκεῖθεν.

ἐν δὲ τοῖς ξηρότητα. Cod. *Monac.* ἐν δὲ τ. ἄλλως ξηρ.

ὑπὸ φλεγμονῆς. Cod. *Monac.* ἀπὸ φλ.

CAPVT XXXVI.

διὰμίλιτος γίνεσθαι. Cod. *Monac.* δι μ. γενέσθαι.

Δίνων. Cod. *Monac.* Δείνων.

ἀπὸ τοῦ Νείλου. Cod. *Monac.* ἀπό τ τοῦ *N.*

CAPVT XXXVII.

ἐκπομισθῆναι φασί. Dat Cod. *Monac.* quod *Bryanus* et *Corayus* scribendum suspicati sunt φησί. Bene quidem, sed ferri vulgata potest.

CAPVT XXXVIII.

μείζονα δ' ἢ κατ' αὐτήν. Cod. *Mon.* μ. δ' ἢ καθ' αὐτήν.

πεπλανημένη τὴν Ἀσίαν. Cod. *Mon.* τῇ Ἀσίᾳ; de quo corruptelarum genere supra. Caeterum probanda est lectio Vulcob. quam et *Corayus* recepit, περὶ τὴν Ἀσίαν. Cf. Vita Numae c. 1. πλανηθέντα περὶ τὴν Ἰταλίαν. — Paulo post *Corayus* restituit unice veram scripturam ὑποπρῆσαι.

ὡς ἂν λόγον ἔχῃ. Sic *Reiskius.* Prave; nec minus erravit *Bryanus* coniectans ὡς ἂν λόγος ἥκῃ. — Recte *Corayus* reduxit omnium librorum lectionem ὡς ἂν λόγος ἔχῃ. Cf. *Bast.* ep. crit. p. 239. Add. *Herodt.* VII, 26. — τὸν ὑπὸ Φρυγῶν λόγος ἔχει ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι. *Arrian.* Anab. II, 12, 10.

λόγος δὲ ἔχει, καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον τῇ ὑστεραίᾳ ἐλθεῖν κ. τ. λ. — Videtur ἔχειν in talibus positum pro κατέχειν. *Arrian.* Anab. I, 11, 10. Ἀλέξανδρον — ἐς τὸν Ἀχαιῶν λιμένα καταῆραι ὁ πλείων λόγος κατέχει. Ibid. §. 13. II, 3, 2. VII, 16, 6. *Plut.* Camill. 20. πλεῖστος λόγος κατεῖχε. Vid. *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. p. 322. *Heind.* ad *Platon.* Phaedr. p. 230. – *Herodotus* interdum addit accusativum personae, v. c. VII, 5. ἵνα λόγος τέ σε ἔχῃ πρὸς ἀνθρώπων ἀγαθός. IX, 78. ὅπως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μέζων, — aut refert verbum ἔχει ad personam, additque λόγον tanquam obiectum, quod vocant. Cf. IX, 74. ὁ Σωφάνης — δικοὺς λόγους λεγομένους ἔχει. Similiter IX, 84. ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφάνης, ἀνὴρ Ἐφέσιος, θάψαι Μαρδόνιον. Cf. *Schaef.* ad *Longi* Pastor. p. 395. sq.

CAPVT XXXIX.

προπίομαι. Cod. *Monac.* προπίωμαι, Perperam.

ἰδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς θλιβ. αὐτὸν σφόδρα. Cod. *Monac.* ἰδὼν οὖν αὐτὸν ὁ βασ. θλιβ. σφ. quod magis placet.

παραγενόμενος Σεραπίων ἄλλοις ἔβαλε τὴν σφαῖραν. Cod. *Monac.* παραγ. ὁ Σερ. ἄλλ. ἔβαλλε τ. σ. – Vtrumque recte. Imperfectum iam *Corayus* dederat de suo. — Paulo post pro δέδωκεν malim ἔδωκεν.

ἄλλως, φησὶν, εὖ ἐποίεις τοὺς φίλους καὶ ἔνδοξος ἐγένου. Sic *Reiskius* dedit de suo. Sed vetustae editiones, Anonymus et Cod. *Monac.* dant εὖ ποίει et ἐνδόξως ἄγε. In quâ lectione acquiescere debebat *Corayus*, qui, contraria sectans, coniecit, ἄλλοτε (φησὶν) εὖ ἐποίεις τοὺς φίλους καὶ ἐνδόξως ἦγες. — Lectionem Vulcob. ἐνδόξους ἄγε tueri quis possit loco *Herodt.* VII, 150. οὐδαμοὺς μέζονας ὑμέων ἄξω; Sed cf. *Arrian.* Anab. VII, 12, 5. ὃν τινα ἴσον τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ ἄγει. Id. VII, 14, 12. *Thuc.* VIII, 81. — οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τιμιώτερόν τε αὐτὸν ἔχοιεν, ubi ἴσον et τιμιώτερον pro adverbiis esse posita, probabile redditur loco *Diodori Sic.* I, 73. ἀτιμότερον τοὺς ἐγχωρίους ἄγειν. — Comparari possunt *Plut.* Mar. 40. ἐν τιμῇ μὲν ἦγε τοὺς περὶ τὸν υἱὸν Μάριον. *Arrian.* Anab. I, 17, 4. καὶ Μιθρήνην μὲν ἐν τιμῇ ἅμα οἱ ἦγε. Id. VII, 6. fin. — τὰ δὲ Μακεδονικὰ νόμιμά τε καὶ αὐτοὺς Μακεδόνας ἐν ἀτίμῳ χώρᾳ ἄγοντος. — In sequentibus recte Cod. *Monac.* dat ἰσοβασιλέας, sed pro αὐτοῖς exhibet αὐτούς et pro σεαυτόν, ἑαυτόν, sicut supra post ἐπὶ τὴν σκηνήν, idem dederat ἑαυτῷ. Totius autem loci sensus est: „Alio quovis modo bene merere de amicis, et in honore eos habe; nunc vero regibus similes reddis", i. e. dummodo ne, quod nunc facis, regibus similes eos reddas etc. — Paulo ante pro ἡλίκον εἶχεν ὄγκον, *Corayus* scripsit ἡλ. εἶχον

ὄγκον, quod magnopere probandum. Referendum est εἶχον ad τοὺς πλούτους, et explicandum παρεῖχον. Cf. cap. 41. οἱ δὲ φίλοι διὰ πλοῦτον καὶ ὄγκον ἤδη τρυφᾶν βουλόμενοι καὶ σχολάζειν.

Παρμενίωνι μὲν οὖν τὸν Βαγώου ἔδωκεν οἶκον, ἐν ᾧ λέγεται τῶν περὶ Σούσων — εὑρεθῆναι ἱματ. Vnice vera lectio Vulcob. περὶ Σοῦσα. Depravationis rationem ostendit Cod. *Monac.* exhibens περὶ Σοῦσαν. De quâ scriptionis varietate saepius occurrente cf. *H. Steph.* et *Wessel.* ad *Diod. Sic.* XVII, 108. — *Corayus* dedit τὸν περὶ Σοῦσα, quae verba transtulit post οἶκον; verisimile enim esse, Bagoam plures habuisse domos. Probarim equidem sedem verborum mutatam, ipsa autem bene habere videntur. Sensus: „Parmenioni dedit e domibus, quae sitae erant circa Susa, illam, quae Bagoae fuerat“. — Caeterum nomen viri in Cod. *Monac.* scriptum est *Μαγώου*. — In sequentibus idem dat φύλακα, *Ἀντιπάτρου μακράν*, et ἀπειλήφει (pro ἀπαλείφει).

CAPVT XL.

πέρας ἐστί. *Reiskius* auctoritate *Iuntinae* expunxit ἡμῖν, quod tum in caeteris libris, tum in nostro Cod. inseritur inter haec verba. At enimvero tales voculae facilius omittuntur a librariis, quam adduntur, observante *Boeckhio* in Praef. ad *Simon.* Socrat. diall. pag. XX. quam-

quam illius loci est ratio paululum a nostro diversa. — Caeterum cf. *Arrian.* Anab. V, 26, 1: *πέρας δὲ τῶν πόνων γενναίῳ μὲν ἀνδρὶ οὐδὲν δοκῶ ἔγωγε ὅτι μὴ αὐτοὺς τοὺς πόνους, ὅσοι αὐτῶν ἐς καλὰ ἔργα φέρουσιν.*

CAPVT XLI.

πρὸς ἀρετήν. Cod. *Monac. εἰς ἀρετήν.*

Πευκέστᾳ μὲν ἔγραψε. Poenitere se non recepisse Vulcobianae lectionem *ἔπεμψε*, in notis indicat *Corayus.* Certe difficilior haec lectio, et *ἔγραψε* nasci potuit tum ex interpretamento, tum ex eodem verbo, statim sequente. Verbi *πέμπειν* autem, sine *ἄγγελον* positi, exempla (cf. *Lamb. Bos.* ell. p. 13. sq. *Herm.* de ell. et pleon. p. 125.) in nostro quoque frequenter obvia. Cf. Eum. 9. *πέμπει πρύφα πρὸς τὸν — Μένανδρον, φράζεσθαι παραινῶν.* Camill. 4, Ibid. 33. Nic. 28. *) *Ἑρμοκράτους πέμψαντος,* et alibi sexcenties.

γράψον τὸ πῶς ἔχεις. *Reiskius* uncis inclusit articulum; Anon. exhibet *τε*, unde *Co-*

*) Depravatum hunc locum, qui sic in editionibus legitur: — *ἀλλ' Ἑρμοκράτους πέμψαντος, ἔτι τῆς ἐκκλησίας συνεστώσης, καὶ δι' ἑνὸς τῶν φυλάκων παρέντων, αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἀποδανεῖν,* sanare sibi videtur *Corayus*, exulare iubens copulam *καί*, ita ut verba *δι' ἑνὸς* pertineant ad *πέμψαντος.* Sed vereor, ut inveniatur usquam *πέμπειν διά τινος* pro *τινά.* — Fortasse pro *δι' ἑνός* levi mutatione scribendum *δι' ἕλεος.*

ταγυς scripsit *γράψον δ' ὅπως ἔχεις*. – Cod. *Mon.* prorsus negligit articulum. – Attamen haud scio, an lectio vulgaris possit defendi. Videntur enim Graeci addidisse articulum, ut simplicibus vocibus interrogativis (v. c. *τὸ τί*, *τὸ ποῖον*, *τὸ πόσον*, cf. *Matthiaei* Gr. gr. §. 267.), ita iis interrogandi formulis, quae pluribus quidem verbis, unam tamen exprimant notionem. Cf. *Plut.* in vitâ Caton. min. 1. *λέγεται ἑκάστου τὸ διὰ τί πυνθάνεσθαι* i. e. *τὴν αἰτίαν*. *Xen.* Anab. IV, 4, 17. *ἐρωτώμενος δὲ τὸ ποδαπὸς εἴη* i. e. *τὴν πατρίδα*, ubi *Schneiderus* uncis inclusit articulum, quem omisit liber Eton. et *Suidas* sub V. *ποδαπός*.

— EXPLICIT DISSERTATIONIS PARS PRIOR.

III.

ADDITAMENTA

AD

HERMANNI

EDITIONEM SECVNDAM

VIGERI,

NEC NON

AD

BOECKHII

NOTAS CRITICAS

IN

PINDARVM.

SCRIPSIT

FRIDERICVS THIERSCH.

Mirum fortasse videatur, quod *Hermannus* suis ad *Vigerum* notis in novissimâ editione additamenta subiunxerit, a naturâ libri illius prorsus aliena. Cum enim pro consilii sui ratione ea, quae ad graecae dictionis proprietatem illustrandam facerent, scribere et deberet et vero etiam vellet, istud eum *epimetrum* ad alia omnia abripuit, ut omisso *Vigero* plerumque in eis impugnandis occuparetur, quae a me ad veteres scriptores aut explicandos aut emendandos essent proposita.

Augebunt, ni fallor, mirationem, quae ipse ad tale consilium excusandum attulit, *impressis iam suis omnibus nunciasse typographum, numerum foliorum, cui opera sua conducta esset, nondum esse expletum, atque flagitasse, ne se ille destitueret.*

Non hercule is est *Hermannus*, qui contra suas ipsius rationes alieno arbitrio se submittat, utque redemtorem spissiori volumine beet scholis quaestiones venditet litigosas. Iuventuti quidem, cui *Vigerianus* liber inprimis destinatus est, ea bonae frugi, et salubria credas, quae certa sunt atque perspicua; quae vero coram iudicibus aguntur et multis ex utrâque parte disputatis etiamnum pendent, ea quidem mentes nondum corroboratas confundunt iudiciumque impediunt. Neque etiam prodest quicquam, si confidenter loquaris; idem enim adversarius faciet, et utriusque controversiam dirimet non turbae ad decertandum excitatae, sed viri subacti et sinceri iudicii, quibus talis grammaticae causa curae cordique est.

Sed dum rem locumque et concionem, quam convocavit iudicium, dispicio, ipse mihi adversarius in eâ nonnullos indicat, qui nostra utriusque cognoscendo *hic illic*

dubitaturi sint, quam in partem sese vertere debeant, p. 914. — Bonum hoc; audio; successum dissertationum contra me scriptarum dubitat fore satis prosperum. Proinde novo aliquo labore opus, ut epimetrum quoque nostrum scilicet convellat, et reluctantes vi ingenioque ad se trahat. Haec cum primum reputabam, reficiebatnr paullo animus. Rem enim ne ab *Hermanno* quidem censeri actam profligatamque intelligebam. At pro dolor! non ii sunt dubitantes isti, quibus quis magnopere gaudeat, *quippe ipsi non satis iudicio scientiâque valentes;* quae autem ego disputavi, *ea quidem mirâ et difficultate et rerum omnium perturbatione laborant.* Iam patet, homunculos ex alieno iudicio pendentes turbine mearum dissertationum abripi tenebrisque earum involvi necessarium fuisse; mirum tamen, a praeclaro adversarii ingenio plenum eis diem lumenque non primâ statim operâ reddi potuisse, sed magis etiam mirari soleo, quod ad imbecillos docendos vir tantus tanto molimine agat.

Hinc iam ab initio haereo, dum causam perspicere, et quid adversarius agat, cognoscere laboro. Itaque servatâ Criticorum consuetudine ad coniecturam confugiamus.

Ni fallor, intellexit *Hermannus*, eis, quae ego docui, si quidem probarentur, tolli magnam partem eorum, quae ipse multis annis in hoc genere scripsisset. Profecto non eo ingenio vel eâ arte sentio me valere, quibus virum in hâc disciplinâ regnare solitum a viâ, quam ingressus sit, revocare aut a sententiâ suâ possim depellere. Explorata igitur existimat, quae ipse protulit, secus de alienis statuens; hinc ad arma concursum, quibus, vera quae sunt, id est sua, tueatur et adversarium omni ratione pessumdet. Quod cum in dissertationibus Academicis nondum perfecisset et spirare adhuc eum animadverteret, rem in *Vigeri* terminos transtulit, ut in libello, qui multorum manibus terreretur, de Actis *Monacensibus*, quae modeste latere sinunt nostri *Aristarchi*, triumphum ageret, eorumque crisin profligatam captivamque ostentaret Capitolio. His equi-

dem satis probam ipsius consilii rationem subministrasse mihi videor. Itaque librarium, quem induxit, cum sarcinis suis valere iubeamus et cognito adversarii animo et consilio, rem ipsam aggrediamur. —

Video autem duo mihi agenda restare. Nam cum in dissertatione postremo horum *Actorum* fasciculo insertâ id inprimis agerem, ut meam rationem contra *Hermannum* defenderem, ipsius quae essent de iisdem rebus sententiae, non nisi datâ occasione indicare potui. Has igitur primum eâ curâ, quâ decet, examinabimus, eius ad *Vigerum* notis usi. Per eas enim dispersae multisque modis repetitae et explicatae inveniuntur. Quo facto paucis respondebimus ad ea, quibus ipse et *Boeckhius* coniecturas nostras impugnarunt. Constat autem meae adversus *Hermannum* disceptationis summam in vi et usu particulae ἄν verti, cuius per omnem graecitatem latissime patet imperium, et cum de usu eius apud *Homerum* satis actum arbitrer, quae ad vim et naturam eius spectantia ab *Hermanno* dicuntur, ea nunc perscrutabimur.

Hermannus autem sibi persuasit, particulam ἄν, per totam linguam late dominam, atque in omnibus fere legibus constituendis moderatricem, *nihil aliud efficere*, nisi ut ipsius interventu *oratio per se incerta magis etiam dubia reddatur*. Ait enim:

»Vbi ἄν additur, res fit incertior, ita ut plerumque hoc ἄν per verbum *posse* exprimi debeat, p. 790«.

»Omnino enim falsum est, ἄν necessariam quandam particulam esse, quum ea *nihil aliud nisi orationem* per se incertam magis *etiam dubiam* reddat, p. 818«.

»Hinc ὅς ἄν, similia cum Coniunct. si de re incertâ sermo est, p. 819.«

»Indicat ἄν id, quod possit esse, etiamsi non sit, p. 820.«

»*Av* additum mutat sententiam magisque incertam reddit et fere *posse quid fieri* significat, p. 830. Nro. 303.«

»Interdum *ἄν nihil aliud nisi* magis *dubiam* reddit *sententiam*, ibid.«

Iam velim scire, quidnam hoc sit, quo tantopere quidam delectantur grammatici, *oratio incerta*, *oratio dubia*? Incertum est, cuius de naturâ aut eventu non constat, et si ad sententias, quas ille orationem dicit, transferas, erunt eae incertae, quae tale quid indicant. Quod si ita nude ponas, *οὐ σάφα οἶδα*, *ἄδηλον τοῦτο*, admittent *ἄν* cum sexcentis aliis sententiis, quibus significamus de aliquâ re non satis nobis constare. Contra *ἐὰν ἅλῃται εἰς ὕδωρ*, *νοτισθήσεται*, et similia sanissimae graecitatis cum vitio habebunt *ἄν* propterea quod nequaquam est dubium, quin is madefiat, qui in aquam desiluerit. Omitto, quod ille inter *orationem dubiam* et *magis dubiam*, *incertam* et *magis incertam* distinguit; quod quomodo clare atque dilucide dispensare velit, nemo poterit unquam perspicere, nedum tirones. Sed si quis verba *Hermanni*, quae in unum locum congessimus, inter se conferat, is quidem hanc de *incerto dubioque* doctrinam ne constare quidem sibi deprehendet. Modo enim omnino istâ particulâ orationem magis dubiam reddi dicit, modo quod posuerat tollit atque id *interdum* ait fieri. Nec melius res agitur, cum, aliis verbis quid velit explicans, dicit eâ particulâ indicari, *quae fieri possint*. Scilicet etiam tum habet, quae distinguat. In alterâ paginâ indicat *ἄν*, *quid fieri possit*, in alterâ *fere* id significat. Habebunt igitur tirones orationem *dubiam* et *magis dubiam*; habebunt, quid particula indicet et quid *fere*. Iam si istud *posse* accuratius pensitare velint, accumulabunt ea, quae se incertos magis etiam dubios reddant. Nam *Hermannus* praeterea quod talem vim particulae *ἄν* tribuit, idem de *Subiunctivo* pronunciat *Not.* 148. ad *Viger.* Eius enim propriam, inquit, esse vim, ut aliquid *fieri posse* significet. Aut igitur *particulâ* aut *modo* carere lingua potuisset; sin vero utroque rem eandem indicare voluit, manifestum, particulam *modi*, aut modum *particulae* finibus esse inclusum, nec

posse alterutrum usurpari, nisi ubi et alteri locus. Proinde aut lingua perversa, quae particulam etiam *Optativo* et *Indicativo* sociaverit, aut falsa *Hermanni* ratio, qui eam illi potestatem tribuat, quâ unius tantum Modi terminis circumscribatur. Sed hoc ipsum quoque, quod *Subiunctivo* istam vim impertit, ad *Syntaxeos* fundamenta evertenda factum censeo. Nam si quid fieri posse enunciamus, facimus hoc cognitis aut expensis rationibus, quae nos ad tale quid statuendum moveant. Horum igitur omnium, quae fieri possunt, non nisi cogitatio exsistit. In ipsâ rerum naturâ omnia aut *fiunt* aut *non fiunt*; *fieri posse* aut *non posse* cogitantur. Vnde apparet, omnem sententiarum turbam, quae fieri aliquid posse significant, eo *Modo* indigere, quo in rebus cogitatis indicandis utimur, nisi cum directam quam vocant orationem peculiari verbo δύνασθαι, οἷόν τ' εἶναι, designamus. Istum autem *Modum* mecum *Hermannus Optativum* esse statuit: »*Optativi propria vis haec est, ut indicet, aliquid* non esse, *sed* cogitari *tantum*, Not. Nro. 148«. Vnde patet, *Subiunctivum* eum, quem *Hermannus* statuit, ab *Optativo* non esse diversum, sed incidere in *Optativum* ita quidem, ut voculam ἄν, cui eandem ille vim impertiit, secum in illius *Modi* abyssum trahat sepeliatque. — Iam vero omnibus, quae *Hermannus* inter *Optativum*, *Subiunctivum* et particulam ἄν interesse statuit, in *Optativum* collapsis, lubet introspicere in eius de hoc ipso *Modo* sententiam. Cogitata indicari *Optativo* saepius in universum pronunciat. Sed in partes dirimendum hoc, quia multis rationibus cogitata indicari possunt. — Vna cernitur in re saepius factâ significandâ. De eâ *Hermannus* in priore dissertationum, quas adversus me edidit, p. XX. haec scripserat: »alter, de quo dictum eram, usus Optativi est, quo *frequens repetitio rei praeteritae significari putatur. Id vero prorsus falsum est*, nec sequi hunc errorem, sed refutare debebat *Thierschius*.« — Videmus virum eximium e cathedrâ loqui suaeque sententiae certum. Sed anno post ad *Vigerum*, p. 792.

Not. 256. »Cum Optativo construitur ὁπόταν proprie, cum res ut cogitatio alicuius refertur. — Deinde in constructione praeteriti, *quum res saepius facta significatur, qui frequentissimus usus Optativi est.*« – Iam si reverentiâ optimi praeceptoris ut decet motus eius dicta anno MDCCCXII. secutus essem, eiusque auctoritate fretus meos iuvenes docuissem, *frequentem repetitionem rei praeteritae Optativo non significari*, talemque opinionem secus atque ego statuissem, erroris plenam prorsusque falsam esse; quid mihi accidisset anno MDCCCXIII. quo ab eodem docemur frequentissimum usum esse *Optativi*, cum res *saepius facta* significetur? Idem enim de eâdem re unius anni intervallo et docemur et dedocemur, siquidem res saepius factae debent esse praeteritae, et si repetitionem rei significare idem est, quod rem saepius factam indicare. Scio quidem etiam in *Vigerianis* p. 909. locum esse, qui ad priorem in istâ dissertatione propius accedat. Huius enim dissertationis excerpta cum darem, argumenta repetiit. Sed ea nihil aliud efficitur, nisi ut discrepantia, quae inter *Vigeriana* et dissertationem exstiterat, etiam in *Vigerum* inferatur. Quodsi autem ne de *Optativo* quidem, in quem omnia coierunt, *Hermanni* sententia sibi constat, mecum lectores, gubernaculo velisque perditis, se elatos sentient

εἰς πέλαγος μέγα ταῖον ὅθεν τέ περ οὐδ' ὀίωνοὶ
αὐτοεπὲς οἰχνεῦσιν ἐπεὶ μέγα τε δεινόν τε.

His igitur opinionibus tanquam armis nixus meae doctrinae bellum infert. Haec nostra autem *Hermannianae* prorsus est opposita, quippe quae doceat, particulâ *ἄν conditionem* significari ita quidem, ut sententia, cui haec vocula inhaereat, aut alterius sententiae conditionem in se contineat, aut ipsa conditioni sit obnoxia. Quod vero attinet ad *Subiunctivum* atque *Optativum*, illo *aliunde pendentia*, hoc *cogitata* ponit designari. Quae cum alibi exposuerim, hic sufficiat indigetasse. Omnem enim rationem, quatenus pateat, perspectam habituros puto eos, qui de his rebus velint ferre iudicium.

Iam vero cum de fundamentis egerimus, quibus *Hermannus* suam rationem superstruxit, singula quaedam commemorando ulterius progrediamur. Pag. 819.

ἠέ τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἐκλυεν ἐρχομένοιο,
ἦν χ' ἡμῖν σάφα εἴποι, ὅτε πρότερός γε πύθοιτο.

»Id est, *accepitne aliquem de exercitu nuncium, et cum accepisset, referre ad nos voluit.*« — Malo omine ut graecae dictionis vim explicaret, diversam aliquam latinae intulit. Quidni, ut lingua requirit, *quam referat ad nos, cum prior audiverit?* Additur autem *κέ* ante *εἴποι*, quia eius conditionem causamque sequens sententia, *ὅτε πρότερός γε πύθοιτο*, continet; *εἴποι* absque *ἄν* solum votum indicaret. — Manet hoc in iis, quae Telemachus respondet v. 42.

οὔτε τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυον ἐρχομένοιο,
ἦν χ' ὑμῖν σάφα εἴπω, ὅτε πρότερός γε πυθοίμην.

Quem vobis referam. Sed modus in *Subiunctivum* abiit, propterea quod in se habet *voluntatis* alicuius notionem. Est enim: *quam me vobis indicare vultis; die ich euch anzeigen soll.* – *Hermannus* »nullum accepi nuncium, quem nunc referre *possim.*« Quod si voluisset poëta, dixisset *εἴποιμι*, si quidem vera sunt, quae supra exposuimus. Eius generis exempla, quibus istud *possit* ex suâ doctrinâ applicavit, plurima possemus exagitare, quae per notas ad *Vigerum* disseminata sunt. Sed haec cum sine negotio confutari possint, suo cuiusque arbitrio relinquamus. Intellexit autem *Hermannus* auxilio istius *Subiunctivi* »possit« rem non profligari. Ergo particulas *germanicas* in auxilium vocat, quibus irruentes exemplorum copias scilicet configat. Sunt eae inprimis voculae *etwa*, *vielleicht* et *wohl*, quas nos minorum gentium grammatici particulis *που*, *τάχα*, *ἴσως*, similibus respondere putaveramus. Iam inventa est, quae horum omnium vice fungatur. Quodsi exempla respuunt istud *possit*, evocatur aut *wohl* aut *etwa* aut *vielleicht*, ut magis dubia reddatur oratio.

In eâdem notâ, unde prius exemplum sumsimus, posuit p. 820. Il. XVII, 240.

οὔτι τόσον νέκυος περιδείδια Πατρόκλοιο,
ὅς κε τάχα Τρώων κορέσει κύνας ἠδ' οἰωνούς,
ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ περιδείδια — καὶ σῇ. —

Si κέ abesset, κορέσει affirmaret, Patroclum devoratum iri a canibus Troianorum, idque certo eventurum. At vero tale quid ne diceret, prohibebat fas et animus. Sperat enim etiam tum Aiax et Menelaõ, quae agenda sint, praecipit, nec aliter Menelaus. Ait enim, dum reges auxilio vocat v. 255.

Ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω, νεμεσιζέσθω δ' ἐνὶ θυμῷ
Πατροκλον Τρωῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι.

Iam concurrunt heroes, et quod fore neuter plane desperaverat, servatur occisi socii corpus. Quae cum ita sint, non dicit Aiax, ὅς τάχα κορέσει, sed rem conditioni subiicit addito κέ: ὅς κε τάχα κορέσει, nempe, *siquidem eum defendere non poterimus.* Hanc sententiam, cum facile ὅ nexu intelligi posset atque animus ad alia properaret, ut creberrime fit apud *Homerum*, omisit, unde cum celeritate nervus augetur orationis. Iam vidimus, Telamonis filius quae cogitaverit et dixerit. Sed quid *Hermannus*? »Id quoque nos per *etwa* significamus Nam sensus, *si quis eum accuratius investiget*, hic est: Certo Troiani Patrocli cadavere potientur, sive id isti aliâ contumeliâ affecturi sint, sive canibus et avibus obiecturi.« Vbi praeterea mirari subit, unde Aiax, tanto rerum discrimine circumventus, otium sumserit, quo huiusmodi cogitationes animo agitare posset. Alterum fulcrum est nostra *wohl.* Repeti solere ἄν notissimum. Id nulli difficultati obnoxium, ubi habeas, quo bis positam particulam referas. Rectè *Hermannus* p. 815. in *Sophocl.* Oed. R. 339. τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη Κλύων, τοιαῦτ' ἂν κλύων iungit. Est enim sententia in participium contracta, valetque idem quod ἐάν seu ὅς ἂν τοῦτο κλύῃ, sive εἴ ταῦτα κλύοι ἔπη, *si quis talia audiverit.* Habemus et nos particulam

hanc in vocula *wenn* inclusam, quae tum in *wann* abit. Hae in proavorum libris *when* et *whan*, etiam *whean* (ἐάν) scribuntur. Seiuncta nusquam apparet, nisi in vetustissimâ *Thuringorum* dialecto, quae eam interrogationi solet addere, ut *κλύοις ἄν; θέλοις ἄν; hörst d'an? willst d'an?* id est, *hörst du an? willst du an?* Alterum *ἄν*, quod superest in verbis nostris, respondet praepositioni *ἀνά*, *ἀναβαίνειν*, »*hin-an-steigen*« ut *ab* gemellam agnoscit *ἀπό*, *ἀποβαίνειν*, »*absteigen*«. Patet autem *ἄν* ex *ἀνά* eodem modo ortum, quo *περ* e *περί*. Iam cum *an* particula nusquam nisi in exemplis supra positis apud nos appareat, ex reliquo autem linguae ambitu prorsus evanuerit, frustra quaeras in uberrimâ nostrarum vocularum copiâ, quae ei respondeat. Nec opus fugientes undas captare. Sufficit vim vocis perspexisse, quâ insignis per totam graecitatem tam late dominetur. Nostro igitur loco vertendum: *wann* er solches hört. — *Hermannus* »quis non irascatur, si *forte* talia audierit.« Peius etiam germanice: »wer, der *vielleicht* so etwas hören müsste, würde wohl nicht zornig werden?« An Hermannus me feret aut alius quisquam nostratium, si dicam: »wer, der *vielleicht* solche Reden hören müsste, würde wohl nicht zornig werden?« — Idem valet in altero exemplo, quo *ille* utitur *Soph.* Oed. R. 445.

νομιζέτω δῆτ' · ὡς παρὼν τάχ' ἐμποδὼν
ὀχλεῖς· συθείς τ' ἄν οὐκ ἄν ἀλγύναις πλέον.

Bene iunxit *συθεὶς ἄν*, male vertit »si *forte* abieris.« Ceterum hunc usum ignorat *Homerus*, qui in tali structurâ solet quidem alteram sententiam participio aut adiectivo efferre, *ἄν* autem et *κέ* non addit: *ταῦτά κε οἱ τελέσαιμι μεταλλάξαντι χόλοιο* Il. I, 157. — *Ἔνθα κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μισθούς.* Odyss. K, 84. — Atticus ex more diceret: *ἄϋπνος ἂν ἀνὴρ δοιοὺς ἂν μισθοὺς ἐξήρατο.* Non fecit *Homerus*, quamquam versus causâ potuisset, *ἔνθα κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιούς κ' ἐξήρατο μισθούς.* Egimus de hoc similibusque in Grammaticâ §. 215. Sed monendum hic, ibidem nro. 4. nos docuisse, sententiam *condi-*

tionalem saepe abesse, mansisse solam, quae *conditioni* sit obnoxia. Il. *H*, 125. *ὦ πόποι· ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει· Ἤ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.* Omissum *εἰ τάδε πύθοιτο.* Ne dubites, conferas Il. *A*, 254. *ὦ πόποι· ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει· Ἤ νεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες – Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν.* — Inde originem habet Atticorum ratio, quâ *Optativus* cum *ἄν Futuri* instar usurpatur, quod haud sane ignotum interim iuvabit meminisse, ne quis postea mihi voces *etwa*, *wohl*, *vielleicht*, proferat, ubi talis structura explicanda erit. — Sed redeamus ad particulam *ἄν* bis positam. Dictum iam de locis, in quibus utraque *ἄν* habet, quo referatur. At vero et alia sunt exempla, in quibus repetitâ particulâ nec Adiectivum nec Participium adest, quo alteram possis referre. Quin ter in eâdem structurâ repeti solet. Grammaticus *Sangermanensis*, quem Parisiis excerpsi, fol. 259. recto (nunc quidem a *Bekkero* in Anecdd. evulgatus, p. 128. 26.) *σημειωτέον δὲ, ὅτι καὶ δὶς καὶ τρὶς χρῶνται αὐτῷ ἐν μιᾷ συντάξει, ὥσπερ παρὰ Σοφοκλέει εὕρηται·*

Πῶς ἄν οὐκ ἄν ἐν δίκῃ
Θάνοιμ' ἄν.

Quae ni fallor vertentur ab iis, qui *Hermanniana* sectantur: »wie *wohl* sollt ich *etwa* nicht *vielleicht* mit Recht sterben?« Addamus quaedam ab eius rationis auctore explicata: *Soph.* Oed. R. 857.

ὥστ' οὐχὶ μαντείας γ' ἄν οὔτε τῇδ' ἐγὼ
βλέψαιμ' ἄν οὔνεκ' οὔτε τῇδ' ἄν ὕστερον.

Inest in his oppositio distincta atque clara, quae rem extra omnem dubitationem ponit, *οὔτε τῇδε, οὔτε τῇδε βλέψαιμ' ἄν.* Ita qui loquitur, is sane certus consilii minimeque sententiâ anceps. Sed *Hermannus*: »Hic primum *ἄν* ad *τῇδε* referendum, quod ultima verba *οὔτε τῇδ' ἄν ὕστερον* demonstrant.« Versionem quod raro in his facit, non adiunxit, quam ad mentem eius factam lubet proponere; horret quidem animus, sed fortiter audendum:

»So dass ich künftig wegen Seherdeutungen
Nicht werde schauen weder dahin *etwa*, noch
Auch *etwa* dorthin.« —

Si quis diligenter ad *situm* particulae in huiuscemodi sententiis attendat, facile inveniet, quo se expediat. Inhaeret enim ipsi *Optativo*, *ϑάνοιμ' ἄν*, *βλέψαιμ' ἄν*, aut voci, in quâ inest praecipuum aliquod sententiae momentum, ut ad eam vocem statim admoneamur, quâ ratione scriptor reliqua velit efferre. Hinc subiungitur negationi, *οὐκ ἄν βλέψαιμι*, *οὐκ ἄν ϑάνοιμι*; item adverbiis *τάχα*, *ἴσως*, aliis, nec non interrogativis *πῶς*, *τίς*, *τίς γάρ* iunctam videas: *τάχ' ἄν βλέψαιμι*, *πῶς ἄν ϑάνοιμι*. Iam si utrumque dicitur, *πῶς ἄν ϑάνοιμι*, et *πῶς ϑάνοιμ' ἄν*, nil mirum, si gens Attica, quae magnopere hâc particulâ delectaretur, utrumque iunxerit: *πῶς ἄν ϑάνοιμ' ἄν*, *οὐκ ἄν ϑάνοιμ' ἄν*; et si *πῶς* atque *οὐκ* coeant, *πῶς ἄν οὐκ ἄν ἐν δίκῃ ϑάνοιμ' ἄν*. Porro *Soph.* Oed. R. 139.

ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ' ἄν
κἄμ' ἄν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν ϑέλοι·

Ἄν ϑέλοι quid sit, ex praecedentibus velim lector meminerit. Sed insunt duo *τάχ' ἄν ϑέλοι* et *καὶ ἐμὲ ἄν ϑέλοι*. In utrâque structurâ *ἄν*, quod ad *Optativum* spectat, subiungitur voci, in quâ gravius sententiae momentum inest, eisque iunctis efficitur: *τάχ' ἄν κἄμ' ἄν ϑέλοι τιμωρεῖν*. Tantum autem abest, ut magis dubia reddatur oratio, ut potius maiori vi Oedipus asseveret, fore ut et ipse a parricidâ interficiatur, nimirum si eum impunitum esse sinat, quod e nexu facile intelligas. *Hermannus* suo more: »Hic prius *ἄν* ad verbum *ϑέλοι*, alterum ad *κάμέ* spectat.« (Quid vero *κάμὲ ἄν* nisi et hoc ad *ϑέλοι* referas? —) »Hic *poterit* insidias struere *fortasse* etiam mihi. Nos similiter: dieser könnte *wohl* auch mir *etwa* nachstellen.« Dixerat *Hermannus* p. 814. »Tantum abest, ut bis posita semel abundet, ut magis insignem quandam vim et venustatem habere videatur.« His autem interpretationibus scinditur nervus orationis eiusque flos atque vis mar-

cescit. Ceterum si quid simile in nostrâ linguâ quaeras, invenies id in temporibus compositis, quale est, *er wird vollenden*, quorum pars auxiliaris *wird* aliquâ cum vi potest iterari: *er wird es, wird es* sicherlich vollenden. — Nolim tamen hoc ad duplicem usum vocis ἄν transferri; modo quae similia sunt, indicare volui, ut ex notis atque usitatis ea divinare quis possit, quae ab usu et consuetudine nostrâ abhorrent. Cum vero gravissima haec vox verbo addita si conditionem significat naturam sententiae constituat, fieri solet primum, ut non raro prope ab initio sedem occupet, quo eâ moniti animo praecipiamus, quâ ratione sequentia efferantur. *Soph.* Antig. 466.

ἀλλ' ἄν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν,
κείνοις ἄν ἤλγουν.

Vbi cum *Hoogeveenio Hermannus* ἂν παραπληρωματικόν statuit p. 814. *Nro.* 283. Nondum igitur emortua eorum secta, qui *expletivas*, ut aiunt, particulas in graecâ oratione inesse credunt. *Aristoph.* Rann. 578.

ὦ μιαρὰ φάρυγξ
ὡς ἡδέως ἄν σου λίθῳ τοὺς γομφίους
κόπτοιμ' ἄν οἷς μου κατέφαγες τὰ φορτία.

Ibid. 542.

κἄν εἴ γε τύπτοις μ' οὐκ ἄν ἀντείποιμί σοι.

Deinde ob eandem causam interiectâ unâ aut pluribus voculis repetitur. *Soph.* Oed. R. 1438.

ἔδρασ' ἄν εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ' ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.

Aristoph. Rann. 587.

οἶδ' οἶδα τὸν νοῦν· παῦε, παῦε τοῦ λόγου.
Οὐκ ἄν γενοίμην Ἡρακλῆς ἄν κ. τ. λ.

Redeunte enim particulâ verbi, cui adhaeret, imago resuscitatur; quo fit, ut illud per reliquam sententiae partem clarius animo legentis obversetur. Hinc ad ἔδρασ' ἄν interiectis εὖ τοῦτ' ἴσθι atque ad οὐκ ἄν γενοίμην interposito Ἡρακλῆς denuo ista vox in orationem infertur.

Posteriorem locum *Hermannus* p. 817. vertit: »ich mag nicht *etwa* Hercules werden.« Ad priorem observat p. 816. »alterum ἄν patet ad ἴσθι referendum esse. Nos: ich würde es thun; das wisse nun *wohl*«. Iam igitur habemus ἴσθι ἄν, *das wisse wohl* i. e. *hoc bene scias*, et desinamus *Xenophontis* interpretem mirari, qui in notis suis ἔπαιον ἄν vertendum putat: »ich schlug ihn *wohl*« id est, *derb*. His cumulus additur, dum ibid. exponit, γεωργικὸς ἄν, *fortasse agricola*. Ceterum in exemplo e *Soph.* Oed. R. 857. quod supra habuimus, utroque modo ἄν positum videas:

ὥστ' οὐχὶ μαντείας γ' ἂν οὔτε τῇδ' ἐγὼ
βλέψαιμ' ἂν οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον.

Nam hic ἄν non multum ab initio graviori in hoc nexu vocabulo addi, atque post *Optativum* vocibus quibusdam interpositis iterari patet, ut statim in primordio perspicias, quo pacto reliqua scriptor sit enuntiaturus, neve sub exitum sententiae illud ex animo effluat. —

Sed ista *Hermanniana* ratio, quae voculis *Germanicis* vim nostrae particulae exprimere frustra nititur, alio etiam laborat malo. Nam iisdem illis voculis linguae nostrae alias quoque particulas graecas studet reddere. Sunt autem hae ἄρα, et τέ. Pag. 823. Postquam *Not.* 292. dixit, ἆρα in *interrogatione* usurpari apud poëtas *Epicos*, qui vocem prorsus ignorant, subiungit: »Ἄρα *forte* significans, quod nos *etwa* dicimus, vix invenietur ἆρα scriptum.« — Pag. 835. »Multum differunt καί et τέ quarum particularum prior *proprie* est *et*, altera autem *que*, quae *proprie* non copulat, sed rem reddit *incertam*, ut fere nostro *etwa* respondeat.« — Pag. 836. *Nro.* 316. ad *Hesiodi* Opp. et DD. 419. Σείριος ἀστὴρ βαιὸν — Ἔρχεται ἠμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ, contra *Vigerum* notatur: »nullam habet intendendi vim, sed potius *rem paullo incertiorem* reddit, ut saepe nostro *wohl* exprimi possit.« —

Iam dicat *filius Albini*, quae vis sit particularum ἄν, ἄρα et τέ. — Poterat dixisse; nam diligenter notas ad *Vigerum* legit. —

»Ἄν sententiam incertam *magis dubiam* reddit, potestque exprimi nostro *wohl, etwa, vielleicht; Τέ* rem *paullo incertiorem* efficit, et fere nostro *etwa* respondet; saepe etiam nostro *wohl* potest exponi. Ἄρα quoque *forte* significat, quod nos *etwa* dicimus.« —

Vertendum iam: *es kamen etwa sechs;* quid fit? —

»ἦλθον ἄν ἕξ, vel ἦλθόν τε ἕξ, vel ἦλθον ἄρα ἕξ.«

Porro: *es kamen wohl sechs.* —

»ἦλθον ἄν ἕξ, vel ἦλθόν τε ἕξ.« —

Heu! rem poteris servare tuam! —

Nihil aptius his possum subiungere, quam verba, quibus *Hermannus* in fine libelli de *Ellipsi* et *Pleonasmo* usus est:

»Poterit autem vel ex hâc re intelligi, quantopere fallantur, quamque parum, quo in statu sit Graecae linguae cognitio, intelligant, qui vel fundamenta iacta esse Graecae Grammaticae credunt.«

His autem quas examinavimus disputationibus profecto ista non iaciuntur, sed si quae iacta sunt, funditus evertuntur. Dolendum sane — maxima enim cum animi molestiâ durius aliquid in tantum virum pronuncio — dolendum inquam huiusmodi opinionum simulacris illustre nomen *Hermanni* praefigi, cuius quo clariora sunt de graecis literis merita, tanto magis in re malâ nocere potest auctoritas.

Εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπεν,
Ψεῦδός κεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον·
Νῦν δ' ἶδεν ὃς μέγ' ἄριστος Ἀχαιῶν εὔχεται εἶναι.

Explicit Pars Prior.

4.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ

ΟΡΦΙΚΩΝ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΩΝ

τῶν

ΕΝ ΤΑΙΣ ΠΡΟΚΛΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΡΑΤΥΛΟΝ

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙΣ ΔΙΑΣΩΖΟΜΕΝΩΝ.

Ἐκ τῶν

Μονυχίων ἀντιγράφων

συνηρανισμένη

ΒΕΡΦΕΡΙΩι τῷ Μονυχίῳ.

ΒΕΡΦΕΡΙΟΣ, ὁ Μουνύχιος *), τοῖς φιλέλλησι χαίρειν.

Οὐδέν τοι οὐδενὶ δήπουθεν εἶναι φανήσεται θαυμαστόν, εἰ ὁ Μουνυχιάσιν οἰκῶν τῇ νενομισμένῃ ἐνταῦθα διαλέκτῳ ἡγεῖται εἰ μὴ διαλέγεσθαι ἀλλ' οὖν λαλεῖν γε πειρατέον. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ εἶναι ἔμοιγε δοκεῖ ἐπίλογος, ἀφ' οὗ τοὺς φιλολόγους οἱόντ' ἂν εἴη ὠφελεῖσθαι, Ἑλληνιστὶ γεγραμμένος, οἷα δὴ προλόγῳ τῷ εἰς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας Ἑλληνιστὶ καὶ αὐτῷ ἀνακηρυττομένῳ οὐκ ἀπεικότως συνάρμοττων. Παραθήσομαι γὰρ διὰ τούτου τοῖς μὲν περὶ τὴν πάλαι φιλοσοφίαν τὴν τῶν Πλατωνικῶν τινι**) ποιητικὴν καλουμένην σπουδά-

*) Ἐξείλεγμαι γὰρ τοδὶ τὸ ῥῆμα Θηρσίου τοῦ πάνυ παρακλήσει, τοῦ ταύτης τῆς ὀνομασίας προκαταρξαμένου, δεδιὼς, μή ἑτέρῳ ὀνόματι οἷον τῷ τοῦ μοναχοῦ χρησάμενος παρὰ τοῖς ἔξω δυσφημήσω, οἳ γ' ἀγνοοῦσί τίς, πόθεν εἰμὶ ἀνδρῶν· πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες. Οἱ γοῦν εἰδότες καὶ ἀρτίως ἐπίστανται οὔτι γέ μοναχὸν ἀλλ' ὡσαληθῶς Μουνύχιόν με γεγονότα, ὅμως νῦν δὴ μόνον ἢ ὡς εἰπεῖν λόγῳ ἐχθὲς καὶ πρώην ἐνθαδὶ συνοικοῦντα.

**) Ἐν τοῖς Ἀνωνύμου τινὸς εἰς τὸν Πλάτωνα Προλεγομένοις ἀνεκδότοις τοῦ ἀντιγρ. Μόυν. 113. φύλλ. 7. ὁρᾷ. ἥτε ποιητικὴ (ἤγουν αἵρεσις), ἧς καθηγεμόνες γεγόνασιν Ὀρφεὺς, Ὅμηρος, Μουσαῖός τε κα

ζουσι δῶρον πολυτελέστατον, τοῖς δὲ ἐπὶ τῇ παντα-
χόθεν ξυλλογῇ τῶν ποιητικῶν φιλοτιμουμένοις
ἀποσπασματίων δόσιν ὀλίγην τε φίλην τε. Λέγω
δὴ τὰ τοῦ Ὀρφέως Ὀρφικῶν τε ἐν τῷ Πρό-
κλου εἰς τὸν Κρατύλον ὑπομνήματι σωζόμε-
να ἀποσπάσματα, εἴτ' ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ ἢ καὶ
καταλογάδην, ὡς δόγμα τι τοῦ θεολόγου, προ-
φερόμενα. Ἔστι τοίνυν ἃ τῶν φιλολόγων οἱ
τοῖς νέοις καλουμένοις ὀλίγοι φιλοφρονούμενοι
Πλατωνικοῖς ἀντιπαραστῆσαι δύναιντ' ἂν τῷ
πλήθει τῶν τά τε συγγράμματα καὶ ὑπομνήματα
αὐτῶν πάντως ἀτιμαζόντων· οἷς γέ τοι, εἰς ὅσον
ὁ τῶν Ὀρφέως τοῦ γνησίου, εἰ πειστέον τοῖς
ταῦτα παρατιθεμένοις, ἀποσπασματίων ἀριθμὸς
τῇ τῶν Πλατωνικῶν τούτων ηὔξηται πολυμα-
θείᾳ, καὶ πρότερόν γε ἐξῆν γιγνώσκειν ἔκ τῶν τε
τοῦ Πρόκλου πάλαι ἐκδεδομένων βιβλίων, καὶ
δὴ καὶ ἐκ τῆς Ὀρφικῶν τινων ἀποσπασμάτων
ξυλλογῆς, ἣν Ρουγκήνιος ὁ τὴν φιλολογίαν
ἄκρος ἀπὸ τῶν ἀνεκδότων ὑπομνημάτων Ἑρμείᾳ,
Ὀλυμπιοδώρῳ καὶ Πρόκλῳ εἰς τὸν Πλάτωνα συγ-
γεγραμμένων ἀπηνθισμένος ἐδωρήσατο ἅμα ξὺν
ἄλλοις Γεσνήρῳ τῷ τὰ Ὀρφικὰ ἐκ καινῆς τότε
μέλλοντι ἐκδώσειν, ὡς Ἀμβέργηρος μαρτυρεῖ
ἐν προοιμίῳ εἰς τὴν τῶν Ὀρφέως ἔκδοσιν σελ.
33. Καίτοι τοῦτό γέ τις ἂν εἰκότως θαυμάσειεν,

Ἡσίοδος. Ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων Ἡρέννιος ἐκδέ-
δωκε τὸν τοῦ Πλάτωνος βίον ἐν τῇ βιβλιοθ. τῶν
τε γραμμ. καὶ τῆς τέχνης παλαιᾶς καλουμένῃ,
μερ. 5. σελ. 5. καὶ τ. λ.

ὅτι ἐκεῖνος ὁ φιλολογώτατος ἀνὴρ, τὰ Ὀρφικὰ ἐκ τῶν ἄλλων Πρόκλου ὑπομνημάτων σωζομένων ἐκλέγεσθαι φιλοτιμούμενος, τῷ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Κρατύλον χρησιμωτάτῳ οὐδὲν ἐκέχρητο. Ἀδύνατον γὰρ δήπου, μηδέποτε τὸν τοὺς τοιούτους θησαυροὺς τῶν βιβλιοθηκῶν ἔχοντα καρποῦσθαι *) μὴ μεταχειρίσασθαι ἐκεῖνο τὸ σύνταγμα ὅμως οὔτι σπάνιον ὄν, ὅ γε καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τῆς Λουγδουναίας πολλῷ ἥττονι ὑπαρχούσῃ φέρεται ἐν τρισὶν ἀντιγράφοις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τῶν Ὀλυμπιοδώρου εἰς τὸν Φαίδωνα ἐκλογαῖς, ἃς ὁ Ρουγκήνιος τοῦ θεολόγου χάριν παρατέθεικεν ἐν τῇ τῶν Ὀρφικῶν ἐκδόσει ὑφ' Ἑρμάννου ἐπανωρθωμένῃ σελ. 509. 510. οὐκ ἀνεύρηκα τοδὶ τὸ Ὀρφικὸν ἀποσπασμάτιον, τὸ Μουνυχ. μὲν ἀντιγρ. 100. φύλλῳ 36. ὀρθ. **) Αὐγουστ. δὲ 426. φύλλ. 93. στρεφ. ἐγγεγραμμένον· — Πολὺς δὲ καὶ ΟΡΦΕΥΣ (προτέθεικε Α. τὸ ἄρθρον ὁ) τὰ τοιαῦτα

*) Οἷον τὴν τοῦ Ἰσαὰκ Οὐοσσίου, ἐν ᾗ δῆλόν ἐστι φερόμενον αὐτὸ τοῦτο τὸ βιβλίον τῷ ἀνεγνωκότι τοῦ Φαβρικίου Ἑλλην. βιβλ. σελ. 77. Τόμ. Γ. σελ. 425. Τόμ. Θ.

**) Παραβλητέον δὲ Μυλλήρου τοῦ ἐπὶ τῆς Ζειδαίας βιβλιοθήκης πρόγραμμα τὸ καλούμενον· Κατάλογος καὶ ἀναγραφὴ τῶν ἐν αὐτῇ ὑπαρχόντων Ἑλληνικῶν ἀντιγράφων, μερίδος δευτέρας σελ. 4. ὅς γε ἐν τῷ ταὐτοῦ Ὀλυμπιοδώρου παλαιάν τινα πυκτίδα διαγράφειν καὶ τῆς ἡμετέρας τῆσδε μέμνηται ὡς πλείστου μὲν ἀξίας, σφόδρα δὲ διεφθαρμένης.

Eodem modo ἐκεῖ saepissime usurpatur pro ἐκεῖσε. Cf. *Plut.* Crass. 26. ἐκεῖ ἐῤῥύησαν. Eumen. 13. ἐκεῖ συνεπορεύοντο βουλευόμενοι. Quae res fraudi fuit *Reiskio*, qui in Themist. 24. ἐκεῖ δ' αὐτῷ τὴν γυναῖκα — ἀπέστειλεν, suspicatus est: ἐκεῖ δ' ὄντι αὐτῷ. — Paulo post pro omnium librorum lectione ὡμοιοῦτο — ἑαυτόν, *Reiskius* et *Corayus* dederunt ὡμοίου τε. Recte, ut videtur.

περὶ τὴν Ἰνδικὴν καί. Cod. *Monac.* καὶ περὶ τ. Ἰνδ. Longe melior lectio vulgaris.

CAPVT XLVIII.

φιλόδωρος δ' οὕτω καὶ φιλέταιρος μετ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον οὐδείς. Praebet Cod. *Monac.* ex parte lectionem *Iuntinae*, exhibens: φιλόδωρος δὲ καὶ φιλέτ. μετὰ τὸν Ἀλ. οὐδ. — Perperam.

λέγεται δ' οὖν. Negligit Cod. *Monac.* οὖν, quod saepe factum notavimus ad cap. 3. — Caeterum valde probandum, quod *Corayus* scripserit λέγεται γοῦν, quod tamen non satis explicasse videtur per γάρ. – „Γοῦν ponunt Graeci, cum aliquid vel exemplis illustrant, vel rationibus confirmant.“ *Gierig.* ad *Plut.* Apophtheg. Lac. p. 37. Et tunc quidem non simpliciter significat γάρ, sed hunc fere habet sensum: „Quodsi cui illa (quae ante dicta) non credibilia videantur“, seu „utut illa sint, hoc saltem verum est etc.“ – Recte Cod. *Monac.* in vita Aemil. Pauli c. 5. pro οὕτω δ' οὖν Αἰμίλιος ἀπαλλαγείς, videtur exhibere οὖ-

τω γοῦν. Certissima Schneideri coniectura in *Xen.* Hellen. III, 5, 19. pro τοῦτο δ' οὖν σαφὲς scribi iubentis τ. χοῦν σ. et Anab. I, 2, 12. τῇ γοῦν στρατιᾷ, ubi vulg. τῇ οὖν στρ. exhibent MSS. quidam libri τῇ δ' οὖν στρ. Ibid. V, 8, 23 recipienda est libri *Etonensis* lectio: *Βοϊσκος γοῦν*, in caeteris autem retinenda vulgata. Cf. *Xen.* Cyrop. I, 1, 3. — *Plut.* Agesil. 13. *τἆλλα μὲν γὰρ ἦν ἀκριβὴς καὶ νόμιμος, ἐν δὲ τοῖς φιλικοῖς πρόφασιν ἐνόμιζεν εἶναι τὸ λίαν δίκαιον· ἀναφέρεται γοῦν ἐπιστόλιον αὐτοῦ — τοῦτο κ. τ. λ.* Pyrrh. 8. *ἦν δὲ καὶ πρὸς τοὺς συνήθεις ἐπιεικὴς καὶ πρᾷος ὀργήν, σφοδρὸς δὲ καὶ πρόθυμος ἐν ταῖς χάρισιν· Ἀερόπου γοῦν ἀποθανόντος, οὐκ ἤνεγκε μετρίως κ. τ. λ.* – *Plut.* Pericl. 4. C. Gracch. 13. 16. fin. 17. init. Demetr. 27. 28. 30. fin. 31. init. – *ὁ γοῦν Δημήτριος κ.τ.λ.* qui locus sic explicandus: „Demetrio saltem hoc accidit (quod paulo ante dictum de honoribus a plebe invitâ tributis), qui tum quidem se indigna pati ratus etc. – Ibid. 33. Caton. min. 3. – *Simon.* Socrat. Axioch. §. 6. — *Plut.* de virt. mul. VI. —

ἐμμελῶς. Cod. *Monac.* *εὐμελῶς.*

ὑποψίαν καὶ φθόνον ἔσχεν. Cod. *Mon.* *ὑποψία καὶ φθόνῳ* (non expresso iota subscripto) sine *ἔσχεν.* Male. Nec melius in fine capitis *ἀπαγγέλλει ἐκβαδίζουσαν.*

CAPVT XLIX.

ἐκ Χαλαίστρας. Cod. *Monac.* ἀπὸ χαλ.

Βαλείνῳ. Cod. *Monac.* Βαλίνῳ.

ὁ δ' ὅ τι δὴ παθών. Cod. *Monac.* ὁ δὲ Φίλωτας ὅ τι δὴ π.

δὶς ἐποίησεν. Cod. *Monac.* δὶς ἐποίησαν.

ὑποψίαν. Cod. *Monac.* ὑπερῳψίαν.

ἀναπεπάσαντος. Cod. *Monac.* ἀναπεπάσαντες, quam lectionem elegantissimam cur respuerint *Reiskius* et *Corayus*, causam non video.

τοῦ Φιλώτου. Cod. *Monac.* constanter τοῦ Φιλώτα.

CAPVT L.

εὑρίσκοντες. Nullo modo cohaerent huius sententiae verba, nisi cum *Corayo* receperis lectionem Anonymi: εὑρίσκομεν, vel nullo libro manu scripto addicente. Saepius librarii tempora finita in participia mutavere et contra. V. c. supra cap. 20. pro αὖθις ἀνέστρεφον Cod. *Monac.* praebet αὖθις ἀναστρέφων. *Plut.* Eum. 18. pro τροφὴν παρ' ἑτέρων λαμβάνουσιν, idem exhibet λαμβάνοντες. Contra in Sertor. 21. pro μηχανώμενος dat ἐμηχανήσατο. —

Καὶ γὰρ αὐτός — εἶδεν ὄψιν. Magis placeret scriptum καὶ γὰρ αὐτὸν — ἰδεῖν κ. τ. λ. Tunc enim hisce verbis indicaretur, quam ipse Alexander anxietatis suae causam professus esset. — Contrarius error est in Sertor. 16. ubi pro πε-

ριεῖδε *Iunt.* et Cod. *Monac.* praebent περιϊδεῖν, et infra cap. 55. ubi pro εἶπεν omnes dant εἰπεῖν.

Πρανίχου Cod. *Monac.* Παρανίχου.

φύσει τραχὺς ὢν καὶ αὐθάδης. Cod. *Monac.* cum Vulcob. — τραχὺς ὢν ὀργὴν καὶ αὐθ. — Cf. *Plut.* Othon. 16. extr. τραχὺς ὀφθεὶς καὶ μετ' ὀργῆς — διαβλέψας. Attamen ὀργὴν in textum inferre, nondum ausim; potuit enim ut interpretamentum addi a librário. — Cf. *Plut.* Caton. min. 1. τοῖς κολακεύουσι τραχὺς ὢν καὶ προσάντης. Ibid. 10. τραχὺς οὕτως ἀνὴρ καὶ ἀνθρωπός, et paulo inferius τραχὺς ὢν καὶ δυσεκβίαστος καὶ ἀπαραίτητος.

τῷ Σπιθριδάτου ξίφει. *Iunt. Ald.* et Cod. *Monac.* Μιθριδάτου; sive solo scribarum errore; sive *Plutarchus* ipse confudit Mithridatis et Spithridatis nomina, quum uterque dicatur Darii gener, uterque occisus eàdem pugnà, unus ab ipso Alexandro, alter a Clito. — Cf. *Arrian.* Anab. I, 15, 10. sqq. *Diod. Sic.* XVII, 19. ibique *Wessel.* — *Plut.* de fort. Alex. I, 2. — Caeterum eadem scripturae varietas occurrit in vità Lysandri cap. 24. ubi pro Μιθρίδάτην δὲ τὸν Πέρσην scribendum Σπιθριδάτην. Cf. *Plut.* Agesil. 8. *Xenoph.* Encom. Agesil. III, 3. V, 4. — In eodem nomine variant libri *Xen.* Anab. VI, 3, 7.

τὸ νῶτον. Cod. *Monac.* τὸν νῶτον.

CAPVT LI.

βαλὼν ἔπαισεν αὐτόν. Cod. *Mon.* βάλλων. Vtrumque potest locum habere.

σάλπιγκτὴν ἐκέλευε. Cod. *Monac.* σαλπικτὴν (sic; a formâ rariori σάλπιξ) ἐκέλευσε.

θρασέως. Cod. *Monac.* θαρσέως.

παρακάλυμμα. Cod. *Monac.* ἀποκάλυμμα. Prave.

CAPVT LII.

περιϊὼν ἀλύπως λαβέσθαι τοῦ πένθους. Cod. *Monac.* πάθους, cuius vocis lectio vulgaris possit esse interpretamentum. Cf. tamen cap. 77. τοῦ δὲ πένθους παρηγόρια τῷ πολέμῳ χρώμενος, ubi πένθος est luctus de morte Hephaestionis; iterum eod. cap. ἀποθέμενος τὸ πένθος. — Caeterum eleganter adhibitum verbum περιϊών. Similiter in vitâ Pelop. 28. dicitur de Epaminondâ, qui de Pelopidâ captivo anxius, apertam vim contra Alexandrum Pheraeum parare non audebat: ἐπηωρεῖτο τῷ πολέμῳ, καὶ κύκλῳ περιιὼν τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ μελλήσει κατεσκεύαζε καὶ συνέστελλε τὸν τύραννον.

ἀνεβόησεν. Cod. *Monac.* ἐβόησεν, negligentiâ librariorum nullâ in re frequentiori, quam in omittendis praepositionibus verborum compositorum. Cf. *Steph.* ad *Thuc.* I, 109. *Schaef.* melet. crit. p. 63. — Noster in Eum. 3. συνίζειν pro συνανέζειν.

εἰς ὃν ἡ οἰκουμένη νῦν ἀποβλέπει. Cod. *Monac.* εἰς ὃν νῦν ἡ οἰκ. ἀποβλ. —

τοῖς λέγουσι. Inserit Cod. *Monac.* quoque molestum illud δὲ, e syllabâ primâ proximae vocis haud dubie ortum. — Cf. *Schaef.* melet. crit. p. 59. — Eiusdem particulae perperam additae vidimus exemplum ad cap. 25. —

ἐπιβεβλημένος. Cod. *Monac.* ἐνδεδυμένος, quod ex glossâ natum. *Longi* Pastor. p. 20. — τὴν ἐπιβολὴν τοῦ δέρματος. Ibid. p. 142. l. δωκε δέρμα αἰγὸς — ὡς ἔχοι χειμῶνος ἐπιβάλλεσθαι.

CAPVT LIII.

τὰ πολλά. Cod. *Monac.* ταπολλά, ut semper talia.

οὐκ ἀρέσκεσθαι τοῖς γινομένοις. Cod. *Monac.* cum *Vulc.* βουλομένοις; quae lectio quomodo oriri potuerit, ingenue fateor me nescire. Explicari nequit nisi duriori ratione, ut intelligatur ἐπαινεῖσθαι et ἀρέσκειν. — *Corayus* coniecit βουλευομένοις, vereor ut satis apte. — Quod ad sensum, nil vulgari lectione commodius.

εὐλογεῖν. Cod. *Monac.* εὖ λέγειν, quod non probarim a *Corayo* receptum. Praeterquam enim, quod vix credibile sit, librarium quemquam pro tritissimis verbis posuisse aliud quoddam rarissime occurrens, sententiae totius loci magis convenit εὐλογεῖν, quum non in univer-

sum de Clisthenis facundiâ, sed de laudibus sermo sit, quibus diserte ornarit Macedones, quumque in sequentibus opponatur κατηγορεῖν. Cf. de εὐλογεῖν *Boeckh.* praef. ad *Simon.* Socrat. diall. pag. XV. — In *Euripide* autem legi εὖ λέγειν, neminem offendet, qui norit, quomodo veteres scriptores soleant poëtarum versus ad rem suam accommodare?

πικρόν. Cod. *Monac.* πικρῶς. Perperam.

CAPVT LIV.

Στρόϊβον. Cod. *Monac.* Τρόϊβον. Sed cf. *Schaef.* ad *Greg. Corinth.* p. 420.

ἱπανιόντα. Cod. *Monac.* ἀπιόντα.

λέγων μὲν ἦν δυνατός —, νοῦν δ' οὐκ εἶχεν. Cod. *Monac.* λόγῳ pro λέγων. — Anonymi lectio λέγειν magis quidem convenit usui frequentissimo, quo infinitivi ponuntur ad δυνατός; attamen quod *Vulc.* et Cod. *Monac.* dant, praeferendum videtur, quum et meliori auctoritate nitatur, et elegantissimum praebeat sensum propter oppositum νοῦν. — *Corayus* quoque recepit λόγῳ.

οὐ προσκεκύνηκε. Cod. *Mon.* cum *Vulc.* προσεκύνησε. Sed longe melius perfectum propter sensum.

CAPVT LV.

τοιαύτης ὑπογινομένης ἀλλοτριότητος. *Corayus* correxit: ὑπογενομένης, — at

potuit auctor velle „tali sensim nascente alienatione“. — Paulo post idem dedit προβαλόντι, vereor ne praeter necessitatem. — Pro εἶπεν noster quoque liber exhibet εἰπεῖν. Sed bene emendavit *Reiskius*.

οὐδεὶς οὐδὲ διά. Abest οὐδὲ a Cod. *Monac.* Male.

Ἀλκέτα. Cod. *Monac.* Ἀλκέστα.

τὴν συγγένειαν. Cod. *Monac.* sine articulo.

Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις. Cod. *Mon.* Μαλλοῖς Ὀξυδράκοις.

CAPVT LVI.

ἀπέλαυσεν. Cod. *Monac.* ἀπέλαβεν. Cf. *Plut.* de virt. mul. XX. pag. 39. ed. *Wyttenb.* φυδὲν ἀπολαβοῦσα τοῦ βίου χρηστόν, ubi *Wyttenbachius* malit ἀπολαύουσα. *Xen.* Cyrop. V, 4, 19. ἄξιοι μέντοι γε ἐσμὲν τοῦ γεγενημένου πρᾶγματος τούτου ἀπολαῦσαί τι ἀγαθόν.

ἀλλ' ἐξ ἀῤῥωστίας ἀποθανὼν ἐκηδεύθη μεγαλοπρεπῶς. Cod. *Monac.* post ἐκηδεύθη interserit γάρ, quod non temere spernendum, modo ponatur post ἀῤῥωστίας. De particulis ἀλλὰ γάρ disputarunt *Zeune* ad Viger. p. 472. seq. *Hoogev.* in doctr. partic. p. 12. sqq. Add. *Arrian.* Anab. I, 24, 1. VI, 11, 15.

CAPVT LVII.

μέλλων δ' ὑπερβαλεῖν. Quae lectio temere ab *Reiskio* intrusa pro bonâ omnium librorum scriptione ὑπερβάλλειν.

δεινότερον ἢ τὸ ἔργον. Firmat Cod. *Monac.* hanc Anonymi lectionem, a *Reiskio* et *Corayo* receptam.

Μένανδρον, τινὰ τῶν ἑταίρων. Cod. *Monac.* Μένανδρόν τινα τῶν ἑταίρων. Haud male. Saepissime nude ponitur ille genitivus. *Arrian.* Anab. II, 27, 9. Νεοπτόλεμος, τῶν ἑταίρων. Id. III, 6, 12. ἐς Λυδίαν δὲ σατράπην Μένανδρον ἐκπέμπει τῶν ἑταίρων. III, 16, 15. φρούραρχον δὲ ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Σούσων (καταλιπὼν) Μάζαρον, τῶν ἑταίρων. III, 25, 4. III, 29, 2. — Recte igitur *Gronovius* in *Arrian.* I, 17, 8. pro Παυσανίαν τὸν ἑταῖρον e duobus optimae notae MSS. scribi iussit Παυσανίαν τῶν ἑταίρων. — In *Diod. Sic.* XVII, 37. λαβὼν ἕνα τῶν φίλων τὸν μάλιστα τιμώμενον Ἡφαιστίωνα, dedit *Wesselingius* e *Basil.*, quum reliquae editiones exhibeant λαβὼν τὸν φίλων τὸν κ. τ. λ. Vnde malim legi λαβὼν τῶν φίλων τὸν μάλιστα κ. τ. λ. Caeterum saepe et ab *Arriano* additum legitur illud ἕνα. Cf. III, 29, 10. ἐκπέμπει δὲ καὶ Στησάνορα ἕνα τῶν ἑταίρων. IV, 12, 3. Ibid. §. 7.

Καὶ τὸν ἀποστάντων βαρβάρων Ὀρσοδάτην αὐτὸς κατετόξευσε. Vulc.

Anon. et Cod. *Monac.* καὶ τῶν ἀποστ. κ. τ. λ. quod et *Corayus* recepit. Verissime. Eadem est genitivi ratio, quam modo vidimus. Cf. *Arrian.* Anab. I, 7, 1. Ἀμύνταν μὲν καὶ Τιμόλαον τῶν τὴν Ἡαδμείαν ἐχόντων — ἀπέκτεινεν. Id. II, 11, 10. Ἀτιζύης, τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγησαμένων τοῦ ἱππικοῦ. — *Plut.* Demetr. 9. συνέπεμψε παρ' ἑαυτοῦ τῶν πατρῴων φίλων τὸν Μιλήσιον Ἀριστόδημον. *Plut.* Alex. 35. Ἀθηνοφάνης — τῶν εἰωθότων κ. τ. λ.

ὑπὸ θεοῦ δεδόσθαι. Cod. *Monac.* ἀπὸ θεοῦ δεδ. „divinitus datum esse". Sed magis placet vulgata. — Frequentissimae istarum praepositionum confusionis exempla proferre post *Schaeferum* in meletem. crit. p. 22. facile supersedeo.

οὐδ' ὀχυρὸν εἶναι τοῖς ἀτόλμοις. Hanc Vulc. et Anon. lectionem, receptam a *Reiskio* et *Corayo*, agnoscit Cod. *Monac.* — Nullam quidem in hâc sententiâ exspectes ignavorum mentionem; sed hoc ipsum in errorem potuit abducere librarios. — Certe exquisitior redditur nostrâ ratione loci sensus, meliusque sibi in singulis verbis respondent sententiae. — Eodem modo in *Plut.* bellone an pace clariores fuerint Athen. cap. 7. pag. 297. ed. *Wyttenb.* pro ὅστις εὐτόλμως πρὸς ἔργα τοιαῦτα καὶ γνώμῃ μὴ καθαρεύει, scribendum videtur: ὅστις ἄτολμος κ. τ. λ. tum propter sensum, tum ut haec respondeant versui *Aristophanis*, cuius sunt parodia: ὅστις

ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γλώσσῃ μὴ καθαρεύει. — Contra optime εὐπόροις pro ἀπόροις scripserunt iam pridem Critici in *Plut.* Agesil. 9. — Sisimithris nomen, saepius hoc capite occurrens, constanter in Cod. *Monac.* scriptum Σισιμίθρης, quam scripturam veram esse, probavit *Corayus* e *Strab.* *Curt.* et *Heliod.* — Eundem iure offenderunt verba ἄβατον οὖσαν καὶ ἀπρόσβατον, quorum aut duo ultima, aut primum et tertium delenda, aut pro alterutro scribendum ἀπότομον. At in talibus sine librorum ope nil proficias. — Similia tamen *Plutarchus* coniunxit in vitâ Dionis cap. 7. — τὴν αὐλὴν ... σπουδαίοις ἀνδράσι ... ἄβατον καὶ ἀνείσοδον οὖσαν.

ἑτέρᾳ δ' ὁμοίως ἀποτόμῳ (πέτρᾳ) προσβαλὼν τοὺς νεωτέρους τῶν Μακεδόνων. Displicuit *Corayo* verbum προσβάλλειν iunctum accusativo, quum sensa neutro adhiberi soleat, ideoque in textum recepit suam ipsius coniecturam προσβαλὼν, ἐν τοῖς νεωτέροις τῶν Μακεδόνων Ἀλέξανδρον — προσαγορεύσας. — At si quid mutandum esset, multo melius legeretur προσβαλὼν τοῖς νεωτέροις; ut *Thuc.* IV, 25. τῷ δὲ πεζῷ πρὸς τὴν πόλιν ἐσέβαλον. VII, 43. τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ — προσβάλλοντες. Sin vero liceat usum Herodoteum cum *Plutarchi* oratione comparare, defendi poterit lectio vulgaris ex *Herodt.* I, 14. 17. 18. ubi occurrit locutio ἐσβάλλειν τὴν

στρατιὴν et II, 141 – 161. IV, 125. V, 117, ubi legitur ἐλαύνειν τὸν στρατόν.

ἐπεὶ δὲ λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος ὁ νεανίας ἔπεσεν. Cod. *Monac.* ἐπ. δὲ λαμπρ. ὁ νεαν. ἀγων. ἔπ.

πρὸς αὐτῇ. Cod. *Monac.* πρὸς αὐτήν.

ἀπὸ τῶν πολιορκουμένων πόλεων. De unâ urbe est sermo. Quare bene coniecit *Corayus* πολεμίων. Cf. *Bast.* ep. crit. p. 240. Eiusd. comment. palaeogr. p. 834. — Attamen nec temere scribi posset ἀπὸ τῆς πολιορκουμένης πόλεως. Numerorum confusio haud rara. V. c. supra cap. 9. Cod. *Monac.* pro τῆς σφραγῖδος exhibet τῶν σφραγίδων. Timol. 15. sub fin. γυναικῶν idem pro γυναικός, cum tamen servarit ποδούσης. – Praeterea Cod. *Monac.* nostro loco pro ἀπὸ pessime exhibet ἐπί. —

CAPVT LIX.

οὐ φεύγω χάριν ἔχειν. Cod. *Monac.* omittit ἔχειν. Male. Quod paulo ante Anonymus post ἕτοιμος inseruit εἰμί, hoc praeter necessitatem ex coniecturâ factum. Cf. *Schaef.* ad *Lamb. Bos.* p. 605. sq. et qui ibi laudantur.

καὶ κατὰ πολλὰ τὸν Ἀλέξανδρον ἐκακοποίουν. Cod. *Monac.* omittit κατά. Bene. Multos locos corrupit similitudo compendiorum, quibus καί et κατά indicantur. Cf. *Schweigh.* in lex. *Polyb.* sub καί et κατά. *Schaef.* melet. crit. p. 47. — Fortasse alia hoc loco lectionis varie-

tas, unde vulgata potuit nasci, erat haec: καὶ κακὰ πολλὰ τὸν Ἀλέξανδρον ἐποίουν, ut est in *Plut.* de virt. mul. IX, pag. 14. ed. *Wyttenb.* *Xen.* Cyrop. III, 2, 15. — Voces καὶ, κατά, κακά saepe permutatae; v. c. *Plut.* Alex. 64. τοσαῦτα κακὰ φέρουσαν, ubi *Iunt.* dat καί, Ald. κατά.

τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Cod. *Monac.* τοῖς πολ. αὐτοῦ ἔργ. —

ὡς κηλίς. Cod. *Monac.* ὥσπερ κηλίς.

παρέσχον. Cod. *Monac.* ἔσχον. Prave; nam in hâc locutione nusquam ἔχειν ponitur pro παρέχειν, neque poni potest pro verborum naturâ. Ἔχειν enim pro παρέχειν locum non habet, nisi ubi de re sermo est, quam quis habet vel continet, ideoque aliis quoque potest praebere. Ad exempla, quae attuli ad cap. 4. adde haec, quae luculenter illam rationem confirmant, e *Xen.* Memor. IV, 4, 24. τὸ γὰρ τοὺς νόμους αὐτοὺς τοῖς παραβαίνουσι τὰς τιμωρίας ἔχειν. Ibid. III, 11, 4. ἀλλ' (ἔστι σοι) ἄρα οἰκία προσόδους ἔχουσα; — Diversus est sensus dictionis πράγματα ἔχειν, quod videre licet ex *Arrian.* Anab. VII, 1, 9. πράγματα ἔχων τε καὶ παρέχων ἄλλοις. Add. *Xen.* Hellen. IV, 5, 19. fin.

CAPVT LX.

ἐν μέσῳ τῶν στρατοπέδων. Cod. *Monac.* ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ. Male.

ἀντιπρώρους ἱστάντα τοὺς ἐλέφαντας ἀεὶ τὸν Πῶρον ἐπιτηρεῖν τὴν διάβασιν. Cod. *Monac.* ἀντιπρ. ἑστεότας τοὺς ἐλ. ἀεὶ τῶν πόρων ἐπιτ. τ. διάβ. — Valde dubitari potest, utra lectio sit vera; utraque enim habet, quo se tueatur. Codicis lectio minus a librarii ingenio videtur potuisse proficisci, quippe cum Pori nomen, ex antecedentibus scribae menti obversatum, facilius alteram vocem πόρων potuerit de loco suo depellere, quam contra. — At concinnior reddi videtur oratio lectione vulgari. Quum enim in sequentibus per verba αὐτὸν μὲν οὖν Alexander opponatur Poro, aegre desideraretur huius nomen in praecedentibus. — Equidem nil decerno: viderint doctiores.

ἐνταῦθα δὲ ῥαγδαίου μὲν ἐκχ. Cod. *Monac.* ἐνταῦθα μὲν ῥαγδ. ἐκχ. — Minus recte.

ἀντιπέρας, Cod. *Monac.* ἀντιπέραν.

ὑπὸ τοῦ χειμῶνος. Cod. *Mon.* ἀπὸ τ. χ,

αὐτὸς δὲ δέξασθαι τὸ μέσον οὐ βεβαίως, ἅτε δὴ συνολισθαῖνον καὶ περιῤῥηγνύμενον. *Corayus* dedit αὐτὸς δὲ διανήξασθαι κ. τ. λ. (quod verbum explicat flumen transire, modo undarum vi sublevatum, modo pedibus solum pulsantem), firmavitque coniecturam loco in vitâ Caes. 16. ἔῤῥιψαν ἑαυτὸν εἰς, ῥεύματα τελματώδη καὶ — τὰ μὲν νηχόμενος, τὰ δὲ βαδίζων διεπέρασε. Sed equidem fateor, me mihi persuadere non posse, solum διανήξασ-

ϑαι idem significare, quod διαπεραν τὰ μὲν νηχόμενοι, τὰ δὲ βαδίζοντα. Deinde hoc quidem loco verbum νηχόμενος excusationem habet in praecedentibus ῥεύματα τελμ., nostro autem loco voces συνολισθαῖνον καὶ περιῤῥηγνύμενον minime ferre videntur verbum διανήξασθαι. — Insignem lucem affert *Arrianus* eandem rem exponens in Anab. V, 11 – 13. — Hydaspes enim ripam perruperat, magnamque terrae partem circumfluens fecerat insulam. Alexander igitur, quum ex insulâ medio in flumine sitâ ad ripam appulisset, tunc demum animadvertit, se rursus in insulam incidisse, atque tertiam fluminis partem, eam, quâ in terram se effuderat, esse traiiciendam, quod *Arrianus* V, 13, 4. narrat hisce verbis: ἔλαθε δὲ οὐκ ἐς βέβαιον χωρίον ἐκβὰς ἀγνοίᾳ τῶν τόπων, ἀλλὰ ἐς νῆσον γὰρ καὶ αὐτὴν μεγάλην, ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον νῆσος οὖσα ἔλαθεν, οὐ πολλῷ ὕδατι πρὸς τοῦ ποταμοῦ ἀποτεμνομένη ἀπὸ τῆς ἄλλης γῆς. (In hoc quidem dissentit *Plutarchus*, dicens: καὶ πολὺ μέρος ἐκείνῃ φέρεσθαι τοῦ ῥεύματος). Est igitur, quod *Plutarchus* vocat τὸ μέσον, *Arriani* illa νῆσος καὶ αὐτὴ μεγάλη, i. e. insula, quam Hydaspes fecerat ripam perrumpens, quod bene viderunt interpretes; atque in his verbis, de quibus nunc potissimum agimus, de adventu potius ad illam intermediam terram cogitandum, quam de transitu per ultimam fluminis partem, quem, postquam

multum quaerendo vado tempus absumserant, instituisse demum dicuntur, ratibus relictis, usque ad pectora sese undis immergentes. *Arrian.* l. l. §. 5. sq. — Restat, ut iudicemus de lectione αὐτὸς δὲ δέξασθαι, quam depravatam esse nemo non intelligit. Levissimâ mutatione scribendum censeo αὐτὸν δὲ δέξασθαι, quo τὸ μέσον fiat subiectum, quod vocant. Verbum δέχεσθαι de locis usurpatum occurrit in *Plut.* fragm. ed. ab *Wyttenbachio* cum libro de serâ N. V. p. 137. ἢ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο, — et, qui locus inprimis facit ad nostrum, in *Arrian.* Anab. VI, 24, 7. καὶ γὰρ καὶ γηλόφοις ἐπιτυγχάνειν ὑψηλοῖς, ψάμμου βαθείας οὐ νενησμένης, ἀλλ' οἵας δέχεσθαι, καθάπερ ἐς πηλὸν ἢ ἔτι μᾶλλον ἐς χιόνα ἀπάτητον ἐπιβαίνοντας, quem locum recte quidem edidit *Gronovius*, sed, ni fallor, parum accurate interpretatus est. — Quod Cod. *Mon.* pro ἅτε δή habet ἅτε δέ vix mentione dignum.

ἆρα γε πιστεύσαιτ' ἄν. Cod. *Monac.* πιστεύσετε ἆρα γ' ἄν. Prave.

πλὴν ὅσον — ἀπέλιπε. Cod. *Monac.* ἀπέλειπε. Ponitur quidem sensu plusquamperfecti tam imperfectum, quam uterque Aoristus; sed eorum verborum, quae non carent hoc tempore, plerumque Aor. II. — Praeterea ει et ι saepissime in verbo λείπω permutatae v. c. *Plut.* Timol. 9. Cod. *Monac.* ἀπολιπόντος pro ἀπολείποντος

τοῖς. Contra in *Diod. Sic.* XVII, 66. pro ἀπολιπόντες unus dat ἀπολείποντες. — Caeterum imperf. sensu plusquamperfecti positum videmus in *Plut.* Nic. 19. post med. τοῖς λίθοις, οἷς ἐκεῖνοι προσεκόμιζον (quod adgesserant antè clādem) —, παροικοδομῶν εἰς διαστολάς, ἀπέκοψε τὸν ἐκείνων περιτειχισμόν, ubi *Solanus* mavult προσεκόμισαν. Pelop. 32. init. Ὡς οὖν εἰς Φάρσαλον ἐλθὼν ἤθροιζε τὴν δύναμιν, εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον. *Diod. Sic.* XVII, 69. τῶν δ' ἐπιστήμας ἢ τέχνας εἰδότων — τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀκρωτηρίων ἀπέκοπτον, αὐτὰ δὲ μόνα τὰ συνεργοῦντα πρὸς τὰς ἐπιστήμας ἀπέλειπτο. – In *Longi* Pastor. p. 112. lin. 11. *Schaeferus* pro ἤκουε dedit ἤκουσε, haud scio an praeter necessitatem. – Aor. I.: *Plut.* Poplic. 4. init. ὡς δ' οὖν ἐπείσθη τὰ μειράκια — ὅρκον ὀμόσαι μέγαν ἔδοξε πᾶσι. — *Herodt.* I, 35. ἐπεὶ .. τὰ νομιζόμενα ἐποίησε —, ἐπυνθάνετο. Id. IX, 25. ὡς ἐδέξαντο κ. τ. λ. — Aor. II.: *Plut.* Crass. 19. βαδιεῖσθαι δ' ἔφη διὰ Μεσοποταμίας, ὅπου πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς Ῥωμαίων ἄνδρας ἀπέλιπεν. *Arrian.* Anab. III, 16, 6. κἀθεῖλεν. III, 28, 15. διέβη.

Κοῖνον. Cod. *Monac.* κοινῇ.

ὅθεν ἤδη τὴν μάχην ἀναμεμιγμένην εἶναι *Reiskius* hanc lectionem tuetur; *Corayus* autem recepit *Solani* coniecturam ἔωθεν δέ, quâ medicinâ, egregie adhibitâ in *Longi* Pas-

tor. p. 12. (Vid. *Schaef.* ad h. l. pag. 334. seq.), noster locus vix eget. *Plutarchus* enim initio capitis noctu Alexandrum traiecisse fluvium narraverat; deinde quum tempore haud multo, vel potius nullo interiecto, statim pugna committeretur, eam summo mane initium cepisse per se patet. Ὅθεν, ut centies, est „quapropter". Caeterum cf. *Arrian.* Anab. V, 17. — In sequentibus Cod. *Monac.* omittit οὖν et αὐτός ponit post ἐπιστολαῖς, confirmat lectionem προσμαχομένους, pro ὑφῆκε autem minus recte dat ἀφῆκε.

πῶς αὐτῷ χρήσηται. Cod. *Mon.* χρήσεται. Bene. Cf. *Plut.* de fort. Alex. I, 11. — Quum aliorum verborum saepe, tum τοῦ χρῆσθαι praecipue futurum in talibus ponitur. Cf. *Werfer.* ad Herod. (in Actis Monacc. Tom. I. p. 232. notâ.) Adde e nostro Eum. 18. πυνθανομένων ὅπως φυλάξουσι. Alex. 76. ἠρώτων εἰ κομίσουσιν. In Orat. de fort. Alex. I, 12. πυνθανομένου διὰ τῶν γραμμάτων εἰ ἀναπέμψοι scribendum fortasse ἀναπέμψει. —

προσπυθομένου δὲ, μή τι ἄλλο λέγει. Cod. *Monac.* λέγῃ. — Coniunctivus hoc loco non admittendus videtur. Si quid mutandum, malim optativum. Indicativus autem bene habet, si voculae μή eadem est ratio, quae caeterarum oblique interrogantium.

ἐν τῷ βασιλικῶς. Minus bene Cod. *Monac.* ἐν τῷ βασιλικῷ.

εἶναι φασίν. Cod. *Monac.* εἶχε φασίν; neque hoc bene, neque aliud quidquam affertur opis loco depravato, quem verissime correxerunt *Solanus* et *Corayus*, delentes καί ante τοὺς αὐτονόμους et scribentes ἄλλης δὲ τρὶς τοσαύτης Φιλ. πεντακισχιλίας ἀξιολόγους. Cod. *Monac.* πεντακισχιλίους ἀξίους.

CAPVT LXI.

Ἀλέξανδρος, οὐδὲν ἄλλο. Cod. *Monac.* Ἀλ., ἅτε δὴ οὐδ. ἄλλο. Optime. Amat enim noster has particulas, faciliusque librarii omiserunt, quam addiderunt. — Prave autem idem Cod. omittit δέ post λέγεται. Cf. Sertor. 22. Cic. 9. Alex. 61.

CAPVT LXII.

τὸν Γάγγην περάσαι. Cod. *Monac.* πρὸς Γάγγ. περ. — Male.

Πραισίων. Cod. *Monac.* Πραισῶν et paullo post pro Πραισιαίων, Πρασιαίων, — σέβουσι pro σέβονται, — Ἀνδρόκοττος γὰρ pro Ἀνδρόκοττος δέ.

CAPVT LXIII.

ἐνομίζετό τοῖς ποταμοῖς. Hanc Vulcobianae lectionem receptam a *Reiskio* pro vulg. ἐνόμιζε confirmat Cod. *Monac.* — De hâc verbi νομίζεσθαι significatione vid. *Schweigh.* in lex. Polyb. sub V. — Add. *Herodt.* I, 180. II, 160. *Arrian.* Anab. III, 19, 12. *Plut.* Anton. 23.

65. Nic. 18. — De itinere terrestri ἀποκομίζεσθαι usurpatur a *Plutarcho* in vitâ Agesil. 19 εἰς Δελφοὺς ἀπεκομίσθη, et ab *Thucyd.* V, 10. οἱ λοιποὶ ἀπεκομίσθησαν ἐς τὴν Ἠιόνα.

ἀπεσκέδασε. Cod. *Monac.* ἐσκέδασε.

παρὰ τὸ τεῖχος. Cod. *Monac.* ἐπὶ τὸ τ.

ἐνδόντος αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα κάμψαντος. Cod. *Monac.* cum caeteris omnibus ἐνδόντος αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ κάμψαντος. Sed non memini alius accusativi ad verbum ἐνδίδωμι hoc sensu usurpatum positi, quam ἑαυτόν. *Corayus* coniecit ἐνδόντος αὐτῷ τοῦ σώματος καὶ κάμψαντος, sed lenior videtur ratio *Reiskii*. Quae hic de corpore, eadem illa de animo dicta leguntur in vitâ Caes. 31. ubi scribe cum Anonymo ἐνδιδόν[illegible]. — τραύματα πολλὰ λαμβάνων. Cod. *Monac.* cum Vulcob. λαβών, quod haud cunctanter in textum recipiendum.

ἀναίσθητος ἤδη τῶν περὶ αὐτὸν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐκομίζετο. Cod. *Monac.* τοῖς περὶ αὐτόν et cum reliquis ἐπὶ σκηνῆς. Illud perperam, hoc in textum a *Corayo* restitutum optimo iure. Cf. *Gottl.* ad *Thuc.* I, 60. *Fabricii* ad *Plut.* Brut. 24., qui tamen fallitur, opinans, ut videtur, in vulgatâ addi articulum τῆς; quo facile caremus. Sunt enim multa substantiva, praesertim loci, quae post praepositiones ponuntur sine articulo. V. c. θάλασσα. — πρὸς θαλάσσης, *Herodt.* V, 15. ἐπὶ θάλασσαν. Id.

V, 35. VI, 2. *Arrian.* Anab. I, 2, 1. *Diod. Sic.* XVII, 29. *Plut.* Brut. 6. — ἀπὸ θαλ. *Herodt.* V, 50. – κατὰ θαλ. *Herodt.* I, 63. *Arrian.* I, 20, 11. – μέχρι θαλ. *Herodt.* V, 98. – ἐς θαλ. *Herodt.* V, 101. – VI, 20. – παρὰ θαλ. Id. VII, 115. – ὑπὲρ θαλ. Ibid. – γῆ. – *Herodt.* VII, 36. 49. *Plut.* de fort. Alex. I, 2. — *Arrian.* I, 18. fin. ἀλλ' ὅτι ἐπὶ γῆς καθήμενος ἐφαίνετο, δοκεῖν οἱ μᾶλλον σημαίνειν ὅτι ἐκ γῆς κρατήσει τοῦ Περσῶν ναυτικοῦ. Sic bene dedit *Schmiederus* auctoritate codicum, quum antea legeretur ἐκ τῆς γῆς. Idem articulus fortasse delendus ibid. cap. 20, 2. ὅτι ἐσήμηνεν αὐτῷ ἐκ (τῆς) γῆς κρατήσειν τῶν νεῶν. — Id. I, 19, 4. παρὰ γῆν *Diod. Sic.* XVII, 43. *Xen.* Cyrop. VI, 1, 30. εἰς γῆν, ubi unus *Guelf.* addit articulum. In *Simon.* Socrat. dial. περὶ νόμου §. 10. *Boeckhius* restituit optimorum codicum lectionem: τίς ἐπιστήμων διανεῖμαι ἐπὶ χῇ τὰ σπέρματα, quum olim legeretur διανεῖμαι τῇ γῇ. Cf. *Ducker.* ad *Thuc.* I, 52. — ἤθεα. — ἐξ ἠθέων. *Herodt.* V, 14, 15. VII, 75. *Plut.* Lucull. 21. — ἐς ἤθεα *Herodt.* VIII, 101. — σκηνή. — *Polyb.* XXXI, 22, 2. — *Plut.* Agesil. 19. Anton. 43. Caes. 41. 45. 69. et ubi theatrum significat, *Polyb.* XXIX, 7, 2. *Plut.* Galb. 1. —

περὶ τὴν ἐκκοπὴν ἐγίνοντο. Cod. *Monac.* ἐγένοντο. In sequentibus τῆς ἀκίδος ἐν δεδυκυίας ἐν ἐνὶ τῶν ὀστέων, *Corayus* sua-

dente *Reiskio* expunxit praepositionem. At quum omnes ad unum libri eam agnoscant, et saepius viri eruditi docuerint, Graecos solere pleonastice addere praepositiones, quae iam insunt in verbis, retinendum putarim illud ἐν. Cf. *Erfurdt.* ad *Soph.* Oed. Tyr. 1235. — Oed. Colon. 1269. Philoct. 1042. — Sub finem capitis *Coraÿus* recepit verissimam *Reiskii* coniecturam ἀνῄχθη pro ἀνῆλθε.

CAPVT LXIV.

ἀποκριν. πρῶτον. Deest πρῶτον in Cod. *Monac.*

εἶναι πλείονας. Cod. *Monac.* πλ. εἶναι.

μέχρι τοῦ νῦν. Cod. *Monac.* negligit articulum.

ἀπέστησαν — βουλόμενοι. Cod. *Monac.* ἀπέστησεν — βουλόμενον.

τῶν δὲ λοιπῶν. Cod. *Monac.* cum *Iunt.* addit τριῶν.

CAPVT LXV.

πρᾳότερον καὶ διακούσαντα. Cod. *Monac.* πρᾳότερον εἶναι καὶ διακ. Bene expleta lacuna, quae iam *Reiskium* offendit. *Coraÿus* delendum censuit καὶ, et πρᾳότερον referendum ad εἰπεῖν.

Ταξίλης — Σφίνης. Cod. *Monac.* Λαξίνης — Σφῖνις.

CAPVT LXVI.

Σκιλλοῦστιν. Cod. *Monac.* *Σκιλλοῦσκιν*, *ἰχθύας.* Cod. *Monac.* *ἰχθῦς.*

προσφέρεσθαι. Cod. *Monac.* *προφέρεσθαι*, sicut cap. 59. *προτιθεμένους* pro *προστιθ.* contra cap. 10. *προσενέγκασθαι* pro *προενέγ.* et cap. 16. *προσεμβαλὼν* pro *προεμβαλών.* — Recte igitur *Reiskius* cap. 63. dedit *προέστησαν* pro *προέστ.* —

CAPVT LXVII.

κατεῖχε πάντα τόπον. Cod. *Monac.* *κ. πάντα πότον.*

CAPVT LXVIII.

ὥρμησεν αὐτὸς πλεύσας. Cod. *Mon.* *πλεῦσαι*, quod possit ferri. Sed melior vulgata.

σατράπαις ἀδελφίαν — ἐποίησε. Cod. *Monac.* *σατρ. ἀκηδίαν — ἐποίησε.* Videtur quidem haec lectio egregie loci sententiae convenire, attamen eam in textum inferre vix ausim, quum in ipso nostro codice saepius videamus menda literis hoc modo transpositis orta. V. c. supra cap. 6. *δοκιμῇ* pro *κομιδῇ*, c. 24. *ὀνείροις* pro *ὀρεινοῖς.* Sertor. 12. *μονίμων* pro *νομίμων.* — Pro *ἐποίησε* rectissime scripsit *Corayus* *ἐνεποίησε.* Idem verbum restituit *Reiskius* e Vulc. in vitâ Demetr. 18. *τοῖς βίοις καὶ ταῖς ὁμιλίαις ὄγκον ἐνεποίησε.* Vtroque loco praepositio potuit a praecedente syllaba absorberi. — Cf. Pelop. 32

τοσαύτην ἐνεποίησε ῥώμην καὶ προθυμίαν ἅπασιν. Coriol. 34. τοῖς πολεμίοις ἐνεποίησεν αἰδὼ καὶ σιωπήν. Pyrrh. 5. Sull. 18. *Xen.* Anab. VI, 3, 17. Eodem modo usurpantur alia quaedam verba, ex praepositione ἐν composita. *Plut.* Pyrrh. 8. δόξαν αὐτοῦ καὶ θαῦμα τῆς ἀρετῆς, καὶ λόγου ἐνειργάσατο τοῖς ἰδοῦσιν τὰ ἔργα. Ibid. 13. τοῖς Ἠπειρώταις προθυμίαν ἐνέβαλε καὶ ὁρμὴν τῆς στρατείας. *Xen.* Cyrop. I, 6, 13. — *Plut.* Agid. 10. δεδιὼς μὴ — τοῖς πολίταις τρυφῆς — ἐντέκωσι ζῆλον.

παραλαβοῦσα. Deest in Cod. *Mon.* Male.

Μακεδόνας γὰρ οὐκ ἂν ὑπομεῖναι. Cod. *Monac.* pro ἄν exhibet ἔτι, quod hic sensu caret, quum ἄν nullo modo possit abesse. Additur enim infinitivis ad significandum, credibile esse aliquid, fieri aliquid posse. Exemplorum omnia plena. In illam opinionem, infinitivum Aor. cum ἄν simpliciter poni pro infinitivo futuri, facile adducere potuerunt loci, ut hic *Plutarchi* de virt. mul. X. αἱ δὲ γυναῖκες οἰόμεναι τῶν μὲν ἀνδρῶν φωράσειν ἕκαστον ἐξιόντα τοὺς πολεμίους, αὐτῶν δὲ οὐκ ἂν ἅψασθαι — qui tamen, si accuratius inspiciatur, egregie demonstrat, quomodo differant inter se diversae illae loquendi formulae.

ἐμπλῆσαι πολέμων. Cod. *Mon.* ἐμπλ. πολεμίων.

ἐκόλασε. Cod. *Monac.* ἐκόλαζε.

Ἀβουλίτου. Cod. *Monac.* Ἀβουλήτου et sic deinceps.

CAPVT LXIX.

διὰ μικρολογίαν. Cod. *Mon.* μικρόλογία. Haud male (scribendum sub α iota, quod numquam fere in hoc Codice expressum.

Πολύμαχος. Cod. *Monac.* Πολέμαχος.

πόθεν ἦκεις. Cod. *Monac.* cum Vulc. ὅθεν, quam lectionem recte in textum reposuit *Corayus*. Idem vere coniecisse videtur μή μοι οὖν ex *Arrian.* Anab. VI; 29, 12. μὴ οὖν φθονήσῃς (nam sic recte dedit *Schmiederus*) μοι τοῦ μνήματος.

τὴν ἀδηλότητα καὶ τὴν μετάβολήν. Cod. *Monac.* articulum omittit ante μεταβ. — *Reiskius* deesse opinatur τῆς τύχης. Sine causâ. Μεταβολή, ut supra ad cap. 30. est *vicissitudo rerum humanarum*; ἀδηλότης eodem modo saepe occurrit, nullo addito genitivo, notatque *rerum incertitudinem* (liceat hoc verbo uti). Cf. *Plut.* Othon. 9. δοκεῖ δὲ μηδ' αὐτὸς Ὄθων ἐξαναφέρειν ἔτι πρὸς τὴν ἀδηλότητα. Crass. 2. ἐξηγόραζε τὰ καιόμενα —, διὰ φόβον καὶ ἀδηλότητα τῶν δεσποτῶν ἀπ' ὀλίγης τιμῆς προϊεμένων.

ἀπαρξάμενος. Cod. *Monac.* ἐπαρξ.

μέχρι νῦν. Cod. *Monac.* μέχρι τοῦ νῦν, Cf. *Schaef.* ad *Longi* Past. p. 410.

CAPVT LXX.

στέφανον τ' ταλάντων. Cod. *Monac.* στέφανον ταλάντων, quod confirmare videtur *Reiskii* coniecturam, excidisse numerum. Qualis vero hic fuerit numerus, difficile dictu. Quem posuit *Reiskius*, is multo maior, quam qui pro vero haberi possit. *Corayus* dedit ταλάντου.

'ἀπέθανον πίνοντες. Cod. *Mon.* πιόντες.

βαρυθυμίας. *M*Cod. *on.* perperam cum Iunt. ῥαθυμίας.

CAPVT LXXI.

σὺν αἰσχύνῃ. Cod. *Monac.* πρὸς αἰσχύνην. — *Plut.* Coriol. 17. ὡς δὲ πρὸς ὕβριν τοὺς πεμφθέντας ἐξήλασεν ὑπηρέτας, et paulo post in hoc ipso cap. πρὸς ὀργήν. Cf. *Viger.* p. 664. Ed. *Nov.*

καὶ διδόντες λόγον. Cod. *Mon.* διδόντος, unde opinatus sum olim legendum καὶ οὐ διδόντος λόγον, hoc sensu: „et quum ille (Alexander) potestatem dicendi iis non faceret". Cf. *Herodt.* III, 50. ἱστορέοντί τε λόγον οὐδένα ἐδίδου. *Xen.* Hellen. V, 2, 20. λεχθέντων δὲ τούτων, ἐδίδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς συμμάχοις λόγον. *Polyb.* XVIII, 35, 1. Cf. *Lamb. Bos.* Ell. p. 150. — Quum autem verborum exitus in ος et ες tam saepe confundantur, ut vel ex solo nostro Codice nubem exemplorum possim excitare, iam mihi probabilius videtur, bene habere lectionem vulgarem. Subaudiendum est ἑαυτοῖς

ad διδόντες λόγον. *Herodt.* I, 34. ἑωυτῷ λόγον ἔδωκε. Ibid. 97: ἐδίδοσαν σφίσι λόγον. II, 162. III, 45. IV, 102. *Schweigh.* in lex. *Polyb.* sub λόγος. — Nostro loco omitti potuit illud ἑαυτοῖς, quum e sequentibus statim appareat, non alii cuiquam, sed sibimet ipsis rationem eos reddidisse. — Deinde quod *Reiskius* mutato verborum ordine scribere voluit προπηλακιζομένους, εὕρισκον — ὀργῆς, τέλος δὲ διδόντες ἑαυτοῖς λόγον, ἐταπεινοῦντο καὶ συμφρονήσαντες κ. τ. λ. *Corayus* autem προπηλ., ἐταπεινοῦντο καὶ εὕρισκον — ὀργῆς, τέλος δὲ δόντες (ἑαυτοῖς) λόγον καὶ συμφρονήσαντες κ. τ. λ. id praeter necessitatem factum putarim. — *Plutarchus* enim egregie mihi quidem videtur exponere, quomodo sensim Macedones gradatimque reversi sint ad meliora sentienda. Verba autem εὕρισκον — ὀργῆς indicant, qualem recogitantes invenerint facinorum suorum rationem, nimirum insanorum fere modo se egisse; neque ulla sedes melius convenit hisce verbis, quam post διδόντες λόγον.

CAPVT LXXII.

ἀλλ' ἅμα τῷ. Cod. *Mon.* omittit ἅμα, quod e solo Anonymo recte in textum restituit *Reiskius*. Cf. *Plut.* Mar. 11. ταχὺ μέντοι τὸν φθόνον τοῦτον — ἀπεσκέδασε τοῦ Μαρίου ὁ κίνδυνος, ἅμα τῷ πρῶτον ἐν χρείᾳ μεγάλου στρα-

τηγοῦ γενέσθαι — τὴν πόλιν. — *Corayus* delendum censet ἀλλ', quod haud probarim.

Εὐθὺς μέν. Deest μέν in Cod. *Mon.*

τάφον. Cod. *Mon.* ταφήν. Quod in textum recepit *Corayus.*

CAPVT LXXIII.

κόρακας εἶδε. Cod. *Mon.* ὁρᾷ κόρακας.

περιπλέων τὸν Εὐφράτην. Cod. *M.* omitt. τὸν Εὐφράτην.

χρόνον πολύν. Cod. *Mon.* πολὺν χρόνον, qui verborum positus, si recte observavi, sane est altero frequentior.

ἄρτι δ' αὐτῷ τὸν Σάραπιν. Cod. *M.* ἄρτι δ' αὐτόν. Τὸν Σ. — Praestat vulgata.

CAPVT LXXIV.

εἰς ἑκάτερον τῶν λόγων. In Cod. *M.* alterâ manu superscriptum τὸν λόγον, quod non temere spernendum. *Polyb.* III, 72, 9. τοὺς δ' ἱππεῖς διελὼν ἐφ' ἑκάτερον παρέστησε τὸ κέρας, et saepius. Vid. Lex. *Polyb.* s. v. *Xen.* Memor. IV, 3, 9. εἰς ἑκάτερα τὰ ἰσχυρότατα καθισταμένους.

οἰμωξομένου γ' ἂν μικρόν. Cod. *M.* οἰμωξομένων ἂν καὶ μικρὸν — Placet additum καί. Lectio autem οἰμωξομένων ἄν nata videtur, mutatâ literâ γ in ν, ex eâ, quam dedit *Reiskius*, ac recepit *Corayus.* — Quod sequitur οὕτω, confirmat Cod. *Mon.*

CAPVT LXXV.

περιφρόνησις αὐτῶν. Cod. *Mon.* καταφρόνησιν αὐτῷ (sic).

δεινὴ δ' αὖθις ἡ δεισιδαιμονία, δίκην ὕδατος ἀεὶ πρὸς τὸ ταπεινούμενον, καὶ ἀναπλήρουν ἀβελτερίας καὶ φόβου τὸν Ἀλέξανδρον γενόμενον. Loco aperte depravato nil opis affert Cod. *Mon.* — Alii aliter emendarunt; *Coraytis* proposuit legendum: δεισιδαιμονία; ἦ, δίκην ὕδατος ἀεὶ πρὸς τὸ ταπεινούμενον καταῤῥέοντος, ἀνεπλήρου ἀβελτερίας καταφοβον τὸν Ἀλέξανδρον γενόμενον. — Leniori medicinâ sanari posse videtur locus, si pro δεινὴ scribatur δεινὸν, et post φόβου inseratur καί, hac ratione: δεινὸν δ' αὖθις ἡ δεισιδαιμονία, δίκην ὕδατος, ἀεὶ πρὸς τὸ ταπεινούμενον (sc. ἐστι), καὶ ἀναπλήρουν ἀβελτ. καὶ φόβου καὶ τὸν Ἀλέξανδρον γενόμενον. „Item horrendam vim habet superstitio, aquae instar semper erga humilia", (τὸ ταπεινούμενον significat simul loca humiliora, et animos demissos; nam si *Plutarchus* ita scripsisset, ut vocabulum illud referendum solummodo esset ad aquam deorsum semper defluere solitam, posuisset potius τὸ ταπεινόν, sicut in vitâ Eumenis c. 9. ubi τὰ ταπεινὰ opponuntur τῇ ὑπωρείᾳ; quod autem dixit δεινὸν ἡ δεισιδαιμ. πρὸς τὸ ταπ., hoc inde factum, quod interiectis verbis δίκην ὕδατος, etsi non scripserit, tamen in mente habuit τὸ ῥέον.)" —

impletque absurdis opinionibus et metu vel Alexandrum, i. e. vel talem virum, qualis fuit Alexander". — *Δεινόν* in *δεινή* facillime potuit abire propter viciniam vocis *ἡ δεισιδαιμονία*; mos autem apponendi adiectiva neutro genere ad substantiva cuiusvis generis tum aliis scriptoribus, tum *Plutarcho* potissimum est longe frequentissimus. V. c. Pomp. 70. – *ἐπιδεικνυμένη τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ὡς ἐν πάθει γενομένη τυφλόν ἐστι καὶ μαγιῶδες.* — Lysand. 18. *τοῖς ἀγνοοῦσι κακὸν εἶναι φάμενος τὴν ἄγνοιαν.* Nic. 1. *ἡ περὶ λέξιν ἄμιλλα καὶ ζηλοτυπία πρὸς ἑτέρους μικροπρεπὴς φαίνεται καὶ σοφιστικόν.* Pelop. 1. — Add. *Herodt.* III, 36. 53. *Thuc.* I, 10. init. — Vid. *Schaef.* ad *Lamb. Bos.* Ell. p. 535. — Deinde ad *ἀναπληροῦν* intelligendum *ἐστί*, neque raro occurrunt participia cum verbo substantivo posita pro verbis finitis; v. c. *Herodt.* II, 10. *οἵ τινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσί.* IV, 140. — *μὴ — ἔωσι ἀπολελοιπότες.* VIII, 136. *ἦν λέγοντα τὰ χρηστήρια.* *Plut.* Pelop. 7. *ἦν ἐμπεπληκώς.* Pyrrh. 3. *ἦν — ἔχων.* — Denique quod inserui *καί*, id nemo temere factum iudicabit, qui meminerit librariorum in eâ voculâ negligendâ levitatis.

οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ χρησμῶν. Cod. *Mon.* cum Vulc. pro *καίπερ* dat *καί*. Sed neutrum bene habet. Vt *καίπερ* posset locum habere, debebant ingrata Alexandro Dei responsa

nuntiari; quum vero *Plutarchus* nullam fecerit mentionem primae legationis ad Ammonem missae, cui nefas esse Deus responderat Hephaestionem colere ut Deum (cf. *Arrian.* Anab. VII, 14, 14.) sed alteram tantum memoret, cui oraculum editum *Alexandro* gratissimum, Hephaestionem colendam esse ut heroa (cf. *Arrian.* Anab. VII, 14, 8. *Plut.* supra cap. 72.), — delendum statuo cum *Reiskio* et *Corayo* illud *καίπερ*, ex interpretamento verborum *οὐ μὴν ἀλλά* haud dubie natum.

πλὴν ὅλην. Cod. *Mon.* omittit *ὅλην.*

διαλγὴς. Cod. *Mon.* *διαυγὴς.*

ταῦτά τινες ᾤοντο. Cod. *Mon.* *ταῦτα δεινῶς ᾤοντο.* Haud male.

CAPVT LXXVI.

ἐπάθευδεν ἐν τῷ λουτρῶνι. Cod. *M.* *λουτρῷ.*

διελέχθη. Cod. *Mon.* *διειλέχθη.*

διηπειλοῦντο. Cod. *Mon.* *διηπείλουν.*

καμίσουσιν. Cod. *M.* *κομίσωσιν.* Praefero vulgatam.

CAPVT LXXVII.

αὐτίκα. Cod. *Mon.* *παραυτίκα.*

κομισθῆναι. C. *M.* *πορισθῆναι.* Bene.

οὐδὲν ἀγγείων. Cod. *M.* *οὐδὲν ἀγγεῖον.*

προσαγαγοῦσαν. Cod. *Mon.* cum reliquis omnibus *προσαγαγοῦσα.* Recte.

APPENDIX.

Timoleontis vita ad eundem codicem collata *).

CAPVT I.

Τὰ μὲν Συρακουσίων, et sic ubivis in hoc libro. Διὰ τοὺς πολεμίους ..... Διονύσιος δ' ἔτει ..... παθειστήκει ..... παραλογώτερος ..... ἐπέτρεψαν αὐτούς .....

CAPVT II.

Ἀπαιωρουμένων ..... Mox εἰς σικελίαν pro εἰς τὴν Ἑλλάδα **) .... Ἀλλὰ ὑπὲρ τῆς ..... ἀλλὰ ἐὰν ..... χρήσασθαι συμμάχοις .....

CAPVT III.

Ἀεὶ abest. — Οὐδενὸς δ' αὐτοὺς ..... παρὰ τύχην ξενοχλοῦντος .... ἐν τῇ πόλει omissa. In seqq. χηρώντος· ἀνδρίαν δέ .....

CAPVT IV.

Προσθέμενος ..... pro εὐθέως, εὐθὺς ..... pro αὐτὸς ἑαυτὸν, ἑαυτοῦ σεαυτὸν ..... pro Ὀρθαγόραν, ἀρθυγόραν .... ὀλίγας abest. Pro ἀποχωρήσας, ἀποχρησάμενος ..... διασπασάμενοι ..... φθείρουσιν .....

*) Hanc collationem ante aliquot annos a me in privatos usus ad editionem Schaeferi institutam *Heldii* nostri observationibus subiungere placuit, ut novo argumento pateret, quae sit egregii codicis Monacensis indoles atque utilitas. THIERSCH.

**) Pro ἐβούλοντο πέμπειν, scribendum videtur ἐβουλεύοντο coll. Vit. Marcelli c. 20. p. 180.

CAPVT V.

Διαβοηθούσης ..... τὴν μεγαλοψυχίαν καὶ μισοπονηρίαν ....ἐπιβουλεύσαντα δὲ ...παραμυθούμενος ... omissa *καὶ πολιτείαν μὲν* .... usque ad *χρόνους*. Pro *ἀγρῶν, ἀνδρῶν.*

CAPVT VI.

Ἰὼ ἃ πράττωσι ..... *οἱ λύχνοι*, sed ι super υ posito. *Ὀξυτάτην διώκοντες ἐπιθυμίαν* ..... *ἐκπλησθέντες, οὕτως ὑμεῖς* .... *ἡ δὲ μετ' ἐπιστήμης* .... pro *πεπρᾶχθαι, πραχθῆναι* ..... *αὐτὸν μὲν* ..... *μεταμελεῖσθαι* ..... *ἔστι.*

CAPVT VII.

Alpha in *κατέκλασε* erasum ..... *ἃπ γὰρ νῦν ἔφη* ..... *τὸν εὔπλουν* .... *παρ' οἰκέτου* ..... *προθέμενος* .... *Συρρακουσῶν*, ut ubivis in hoc libro. — *αἱ πράξεις αὐτῶν* .... *παραφυλαττομενων* .... *συγχωρῆσθαι* .....

CAPVT VIII.

Ἀποδημίαν τινὰ στελλούσας, sine praepositione *πρός* .... *μέλλοντι* ..... *Ναῦς δὲ Κορινθίας*, sine particulâ *μέν*. — *Πρὸς τὸ πέλαγος* .... pro *ἀπεφαίραντο*, Cod. *ἐπεφέροντο* .... *τῆς στρατιᾶς* ..., loco particulae *ἐπεί* rasura.

CAPVT IX.

Ἐπολιόρκει .... *ἐπέπλεον* .... *πρὸς τὸν Τιμολέοντα* .... *ὁμοίως* ...., pro *παραλογαί, παραλλαγαὶ* ...., *φάσεις* .., *ἐπί* om. .., *αὐτῷ μὲν* .., *ἀπολιπόντος* .., *προσβιαζομένους* .... *τοῖς πρεσβεύμασι* ..... *τὰς φοίνικας* ..., *ὀργῇ πρὸς τὸν Ἰκέτην* ..... *ἐφορμώσας* .... *ἢ στρατηγήσαντες* .....

CAPVT X.

Pro *ἐμμενεῖν*, Cod. *ἐμμένειν* .... *ταῦτα δ' ὑπέμειναν αὐτοὺς* .... *συχνάζων* ..... Comma positum in cod. post *στρατηγαί* .... *ἐν Κορινθίοις* .... *δόκησιν ὃς* ..... *ἔτι πάλιν* .... *τῶν τε αὐτοῦ πολιτῶν* .....

CAPVT XI.

Ἐν τῷ κατεστρατηγῆσθαι .... Ρηγίνοις sine Articulo. Ἐπ' ἐλπίδος ..... pro συμφορὰς, διαφοράς.

CAPVT XII.

Ἀλλὰ ταῦτα ..... πρὸς αὐτοὺς ...., ἱκέτευον pro ὑπώπτευον .... διαφερόντων .... καὶ κατοικοῦντες .... πλείους χιλίους ..... πρὸς τὸ ἀδριανὸν .... εὐτόνως .... συνελθὼν .... διαναπαυσομένοις .... ἀτάκτοις .... παυομένοις .... δείπνους .... τούτοις διῆλθον .... τοσοῦτοι συζῶντες .... προέθεντο καί .... ὀφθείη sine particulâ.

CAPVT XIII.

Παρέσχε ..... κάμερκος .... αὐτὸν εἰς συμμαχίαν, et correct. αὐτόν ..... αὐτὸν καὶ τὴν ἀκρόπολιν .. ἐφορμώντων .... ἀλλὰ καὶ κρύφα .... εἰς τὸ Τιμολέοντος ..... γεννηθεὶς οὖν καὶ .... καὶ τυραννῶν .... ὑπερβαλλόμενος .... τοῖς ἀσελγεστάτοις .... καταποντισθεῖσαν sine particulâ καί. post τέκνων

CAPVT XIV.

Ἀλλ' οἵ τε .... πατήσαντες .... οἵ τε πρὸς ..... θείαν δύναμιν ..... pro ὅσον ἐκεῖνον, ὃς ἐκείνω, ex correct. Videtur fuisse ὃς ἐκεῖνο. Nam supra ει rasura est, super ea accentus et vox aperte in ο exiit, — ὀλίγα .... ὀψόπολιν ..... ἐν ταῖς ᾠδαῖς διδάσκοντα, καὶ περὶ θεατρικῶν ἀσμάτων ἐρίζειν. Pro partibus verborum, quas lineis instruxi, spatia vacua in codice relicta sunt. Pro καί apparet κρ et finis τρικων cum κ incipit κρικῶν. Καί ante περὶ μέλους omissa. — Οἱ μὲν ἄλλοι ἄλλως ..... ἀβελτηρίαν .....

CAPVT XV.

ὠφελεῖσθαι .... οὕτως φέροντες τῷ μηδένα τῶν λεγομένων .... ἀποστερηθεὶς .... μετὰ εἰρωνείας ἐκβαλόντος .... ἐν ᾧ σοὶ .... εὖ ποιεῖς, iunctim εὐποιεῖς omisso ᾧ .... ἀνδράποδον ὂν .... τοῖς τυράννοις .... παραβάλλοντα, omisso μοι. Mox Φιλίστους .... περὶ τῶν

λεπτίνων .... εἰς τὴν ταπεινὴν .... incisa posito post φαίνεσθαι .... γυναικῶν, quamquam servatum πεσθούσης .... γραφῆς .... μήτε ἀσχολουμένοις .....

CAPVT XVI.

Τὴν τ' erasum ..... τῶν συρρακουσίων ..... παρέπεμψεν .... τῆς θαλάττης .... ἐν ἀνάγκῃ καιρὸν περιμένοντες ..... οὔτε ἄλλως .... τῶν ἀδραντηνῶν .., ἀλλὰ ἐκεῖνος ..... ἀπεπήδησεν .... ἐμήνυσε κατ' αὐτοῦ .... ἀπεκτονήκοι, correct. ἀπεκτονήκει ..... κινοῦσαν καὶ συνάγουσαν ἅπαντα .... συγκαταπλέκουσαν .... οὐκ ἀνάλωσεν .... ἡ δὲ .... εὐτυχίαι .... post τὸν Τιμολέοντα omnia praetermissa usque ad πολλοὺς ἑώρα capitis sequentis.

CAPVT XVII.

Ὁ δὲ εἰσέπλει ...., οὐκέτι .... ἀλλὰ ἐνδεόμενοι .... ἀεὶ δέ .... μερίζοντες αὐτούς.

CAPVT XVIII.

Ἁλιᾶσι .... τριήρεων .... ἐξέπλευσεν ....., συγκειμένης καὶ συνηρμοσμένης .... ἐκπορήσας .... οὐδὲ .... διεφύλαξε .....

CAPVT XIX.

Τὸ δὲ ἐπὶ .... τὰ ἄνωνος, ἅμα δὲ .... τῆς θαλάττης

CAPVT XX.

Τήν τε μεσήνην .... ἐκκρημνῶν ...., πολὺ δὲ .... ἐγχέλυων .... δαψιλεία .... οἷα δὲ .... εὐρρώστως .... περὶ τὴν ἀλείαν ...., παρὰ Κορινθίοις ...., κατοικίζοντες ἡμῶν, correctum videtur ὑμῶν .... παρέσχεν .... προδιδόσθαι ... Ἱκέτου, sine Articulo. Post αἰσχρῶς incisum positum.

CAPVT XXI.

Συντεταγμένος ἐπὶ μάχην .... ἐπενθάνετο .... φθάσαντι .... τοῦ ἀγάπλου ..... ὑπῆγον .., δήμαρχος καὶ δημάρετος .... ἀνατραπέντω (sic) ... κατάπρας .... ἴδιον ἔργον αὐτῆς .... τοσούτω κάλλει ....

CAPVT XXII.

Συνεφάψασθαι ..... χαριζόμενος τοῖς πολεμίοις .... καὶ διαστάσεσι .... οὕτως πολλὴν .... αἱ δὲ ἄλλαι ..... ἐγίνοντο ..... οἱ ἐν σχολῇ .... κατέβαινον .... ἀνεσταυρωκέναι δὲ τὸ σῶμα, et punctum ante *ἀνεσταυρωκέναι*.

CAPVT XXIII.

Ἑαυτοῖς τὴν πόλιν ..... ἐν τῇ omissum ..... *ἐπὶ ἴσους καὶ δικαίους τὴν χώραν διαγαγόντες· ἔπειτα διαλαχόντες ..... σώζουσα δὲ ..... τὰς δὲ οἰκίας .... τὰ αὐτῶν .... οὕτως ..... τοὺς ἄνδρας ..... γενομένης .....*

CAPVT XXIV.

Παραδόντος αὐτὸν ..... καὶ τοῖς οἰκοῦσιν .... καὶ διονύσῳ .... περὶ δήμαρχον .....

CAPVT XXV.

ὡς οὐκέτι ..... ἐξελάσαντες ..... τὴν ἐπικράτειαν αὐτῶν ..... Ἀσδρούβα δὲ καὶ ..... τῆς δὲ ἀγγελίας ..... ὁδῶν o supra ω scripto *.... τοὺς δὲ ἄλλους .... κατατάχος .....*

CAPVT XXVI.

ὑπερβάλλοντες ..... ἐκβάλλουσιν .... εἴωθεν .... διειλέχθη .... Οἱ Κορίνθιοι sine particulâ *γάρ .... στέμμα τοῦ σελίνου**) *..... οὐ πάλαι δὲ ..., ὁ δὲ ἵπτατο .... ἐστρέφοντο πάντες.* —

CAPVT XXVII.

ὡς δὲ ἀναβάντες .... τῶν δὲ ὑπὸ πόδας .... κρίμισοι .... τῇ βραδυτῆτι καὶ τῇ τάξει ..... μετὰ δὲ τούτοις ... μεταρρώντων .... καὶ τὸν ποταμὸν .... προσλα-

---

*) Scribendum: *οἱ γὰρ Κορίνθιοι σελίνου στεφανοῦσι .... ἱερὸν καὶ πάτριον τὸ στέμμα νομίζοντες.* Syllabarum enim similitudo *σε*, *στε* voci *σελίνου* perniciosa fuit. Genitivum autem *τοῦ σελίνου* posi *τὸ* glossam habeas librarii, cui *τὸ στέμμα* i. e. *τὸ στέμμα τοῦτο*, *τὰ τοῦ σελίνου* adiiciendo explicandum videretur.

βόντι ..... προσβαλεῖν ..., παρέδωκεν ..... τῶν ξένων, sine praepositione ἐκ ..... αὐτὸν λαβὼν .... τοὺς μαχιμωτάτους ..... ὡς δὲ ἐκείνους .... παρὰ τῆς τάξεως διαθέοντας (sic), καὶ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τῶν Καρχηδονίων οὐ δυναμένους ....., ἀπελάσεις ..... ἄγειν μὴ μέλλειν .....

CAPVT XXVIII.

Ἐπεὶ δὲ ..... βρονταὶ φοβεραὶ ...., pro τῶν ὅπλων, τῶν ὄμβρων ....., ὥσθ' abest. ..... αὐτοῖς ....., ὁ πρίμισας ..... ἐκλείσθη, vere, ... ἐπιμπλᾶτο, ... καὶ πολλοὶ, sine particulâ μέν. Mox ἐφθείραντο. πολλοὺς δὲ ..... τοὺς ἔτι περαιουμένους ..... ἐμπίπτοντας .... λέγονται γοῦν ....., πλούτω .... οὔτε ἀποθανόντας ..... καρχηδόνιοι. — Leg. ἐξ αὐτῶν Καρχηδόνιοι.

CAPVT XXIX.

Τοῖς σκυλεύμασι χαλκῶν καὶ σιδηρῶν ....παρῆν ἄργυρος .... τὴν ὄψιν ..... μυρίαι δ' omissa καὶ μεγάλαις ἐντυγχάνοντες .... αὐτοῦ τὴν πατρίδα .... μετὰ τῆς ἀνδρίας ..... Pro τοὺς Σικελίαν Cod. M. τὴν Σ. — Scribe: τοὺς τῆς Σ.

CAPVT XXX.

Τῆς ..... ἐπικρατείας ..... πρὶν ἢ δύναι ἥλιον ... ... τῆς προδοκίας .... περὶ τὸν μάκερκον .... χρησαμένων καρχηδόνων ..... ἐν τῇ μεσηνίᾳ ..... τοῦ φωκέως ὁμομάρχου ..... ἐκείνης τῆς ἱεροσυλίας .... εὐπορούντες ....., ἀφικόμεναι δὲ ..... ἀπώλλοντο ..... ἀπολογουμένης. Voluit, ni fallor, ὁμολογουμένης. Sed sana vulg. ἰδίᾳ omissum. πολάσεων .....

CAPVT XXXI.

Πρὸ τῶν τυράννων ..... ἐπὶ τῷ τὰ ποιήματα ..... In epigrammate: τάσδε τὰς ..... χρυσελεφαντεπιλέκτρους ..... εἰς καλαβρίαν .... ut infra. Αἰσθόμενος δὲ ..... διαβεβηκὼς ἤδη ... εἰλάρχαις .... τῆς σφραγίδος ... τοῦ-

τα εἶδον .... νεανίσκοι sine Articulo .... οὐκέτι .... τάχος .... ἐν χερσὶν εἶχον .... οἱ δέ .... χιλίους δὲ ἀπέβαλλον ....

CAPVT XXXII.

Οὐ πολλῷ δὲ .... παρ' αὐτὸν .... ἐπ' αὐτοῖς .... περιουσίαι ....

CAPVT XXXIII.

Post ἱκέτην· καὶ τὰς ἐκκλησίας καταστήσαντες περὶ τὰς δυγατέρας εἰς κρίσιν .... οὕτως .... δοκεῖ δὲ .... ἀρετὴν ....

CAPVT XXXIV.

Ἐπὶ μαμέρκων .... ἐντὸς τοῦ λύκου .... τοὺς βουλομένους .... εἰς μεσήνην κατέφυγε .... αἱ μεσήνιαι .... ἀχθεῖς οὖν εἰς .... καὶ παρελθών.

CAPVT XXXV.

Τοὺς πολεμίους .... εἰς γὰρ ἀπράγαντα .... γέλλαν .... κατῴκησαν .... ἐξ ἐλαίας .... λῦσις ....

CAPVT XXXVI.

Πολλῶν γοῦν .... καὶ ὁ Πελοπίδας .... ᾧ τὰ Τιμοκλέους .... ᾧ θεὰ (in rasurâ) τίς ἄρα .... τὰ τοῦ διονυσίου .... κατὰ πόνον .... τῷ δοκεῖν .... καὶ ἀγησιλάου .... δυσαγῶνας .... εὖ δικαίως .... τὴν καθίδρυσεν .... οὐ γὰρ ἦλθεν .... ἀπληστίαν ....

CAPVT XXXVII.

Ἐπεὶ δ' ἐχρῆν .... κορυδαλλοῖς .... τοὺς νόμους .... αἷς ηὔξατο, συρρακουσίοις ἐπιδεῖν .... ἐν αὐταῖς .... καὶ ἀνδρίαν .... καὶ τυράννοις .... ἀηδίων .... οὔτε αὐτὸς .... pro αἰτίας, οἰκίας .... ὑπόβαλὼν τὴν ὄψιν .... ἐν μυλαῖς .... φανερὰν αὐτοῦ .... τῆς πολιορκίας .... ἐπιθέσθαι .... τοὺς πολεμίους ....

CAPVT XXXVIII.

ἐπὶ θύραις .... συμπέση .... ἀλλοφύλοις .... δι' αὐτῶν .... ἀντισπασάμενος .... ἀπὸ τοῦ θεάτρου ....

CAPVT XXXIX.

Omissum τιμῇ .... παρεσκευάσθαι .... τάττε .... ἐπέτυχε .... κριθέντες .... διονυσίου .... ἡ ἑορτὴ, ὃ-

missо ἦν .... καθαρᾶς ἐσθῆτος ..... γεγραμμένων ..... ὁ δῆμος ὁ sine articulo τῶν ..... τόνδε abest .... τιμήδει δέ ..... ἐποικοδομήσαντες .....

II.

OBSERVATIONES

IN

THVCYDIDEM.

SCRIPSIT

FRANC. GOELLER,

BAMBERGENSIS.

PARS PRIOR.

Φαίνεται .. ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη, οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ἀλλὰ μετανασάσεις τε οὖσαι τὰ πρότερα, καὶ ῥᾳδίως ἕκασοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες, βιαζόμενοι ὑπὸ ΤΙΝΩΝ ἀεὶ πλειόνων.

Edit. *Aldin. Dionysii H.* de Comp. V. p. 326. *Schaefer.* hanc scripturam habet: *ὑπὸ ΤΩΝ ἀεὶ πλ.* quam cum *Schaefero* ad l. l. *Dionysii* vulgatae praefero. Nam ita Noster solet scribere ut I, 11. 22. 97. II, 43. Ita etiam Latini. V. *Cicero* in Verr. V, c. 12. ap. *Valckenar.* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 197. Lugd. qui unam tantum fuisse scribit sacerdotem Cereris uno eodemque tempore: designatas tamen sibi invicem in hoc numero sacerdotali succedentes graece vocari *τὰς ἀεὶ οὔσας.* Similiter non iidem semper Atticae incolae erant, propterea tamen quod eiusdem semper stirpis alii alios excipiebant, Thucydides dixit: *οἱ αὐτοὶ ἀεί.* Neque secus accipio alium locum IV, 36. ubi dux Messeniorum *κατὰ τὸ ἀεὶ παρεῖκον τοῦ πρημνώδους τῆς νήσου προσβαίνων*, insciis Lacedaemoniis munitionem circumiit. Lectionem *παρεῖκον* optime tuetur *Abresch.* in Miscc. obss. Vol. III, p. 305. In omnibus his locis *ἀεὶ* vel substantivo, vel adiectivo, vel participio iunctum idem signi-

ficat, quod latine Syllabis *cumque*, *vis*, *libet* exprimitur, pronomini *qui*, *quae*, *quod*, vel adverbio iunctis, et in lingua vernacula vertitur *jedesmal*. Sic loco postremo: *iedesmal, wo es der Abhang zuliess.* — *Τὴν, γοῦν Ἀττικὴν, ἘΚ ΤΟΥ ΕΠΙΠΛΕΙΣΤΟΝ ᾠκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί.* *Bauerus* de lect. Thucyd. p. 23. ita iungit: *ἐκ τοῦ ἀς. οὖσαν*, exclamans: „adeone legem non putat tenere se ullam"! Eiusmodi errores Thucydidi suspicionem consciverunt, quod rationem grammaticae susque deque habuerit. Falso etiam interpretatus est verba: *ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον* cum *Vigero*, p. 598. ed. pr. item *Reiskio*, *Levesquio*, aliis. Rectius *Gottleber.* *χρόνον* supplet, qui sequitur *Casaubonum* ad *Strabon.* p. 524. Alm. *a vetustissimis inde temporibus. Phavorin.* fol. 608. (Basil. ann. 1538.) *ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον· ἀντὶ τοῦ ἀνάκαθεν. Θουκυδίδης· ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, καὶ τὰ λοιπά.* — Proxima verba: *Καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι*, cum sequentibus: *ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος* ..... arcte iungenda sunt. *Τόδε* enim ad sequentia trahendum est. De quo usu dudum monuit *Wolf.* ad *Demosth.* Leptin. p. 282, nuper *Werfer.* in his Actt. T. I, p. 99. Hoc cum ab interpretibus neglectum esset, turbas h. l. peperit. *Levesquius* ita interpretatur: *Et ce qui n'est pas une foible preuve de l'opinion, que j'établi, c'est qu'on ne voit pas que*

des émigrations ayent contribué de même à l'accroissement des autres contrées. Similiter alii. Verum post αὐξηθῆναι suppleas ex superioribus: διὰ τ. μ. ἐς τὰ ἄλλ., μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι Θεσσαλίαν, καὶ Βοιωτίαν .... τῆς τε ἄλλης ὅσα ἦν κράτιστα. Porro distingue post αὐξηθῆναι semicolo. Hoc sensu *Strab.* l. l. et p. 602. A. reddidit *Thucydidis* verba. Hanc vim pronominis ὅδε ad sequentia trahendi, et particulae γὰρ sequentis praetervidens *Wyttenbach.* Ecl. hist. p. 360. ed. pr. coniecit ἅττα pro ταῦτα infr. cap. 6. σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς — Ἑλλάδος ..... In sequentibus malim ex libris duobus *Monacc.* item ex cod. Ital. (unde *Zanetti* specimen edidit in Catalog. Biblioth. *Venetae*, Venet. 1740. fol.) legere: οἱ πολέμῳ ἡ. στάσει ..... Adamat Noster enunciationes per multas appositiones explanatas. v. infr. c. 22. 78. II, 40. ὃ τοῖς ἄλλοις — ἀμαθία μὲν θράσος, — λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. (Quem locum imitatur *Lucian.* T. I, p. 26. ubi vid. *Hemsterhus.* add. *Schaefer.* ad *Dionys.* H. d. Comp. V. p. 217. *Plin.* Epist. IV, 7, 3. *Quanquam minor vis bonis, quam malis inest, ac sicut ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ita recta ingenia debilitat verecundia, perversa confirmat audacia.*) III, 12. 67. passim. Cum articulo οἱ h. l. nescio, quâ auctoritate laudat *Dorville.* ad Chariton. p. 609. Lips.

Scholl. *Venet.* Thucydidem, qui *Barbarorum* nomen recentius esse dixerit, ex Il. *B*, 867. refelli docent. *Strabo* p. 976. *B.* ex eodem Iliadis loco, ex Od. *A*, 344. *O*, 30. eadem repetens ita pergit scribere: *οἶμαι δὲ τὸ βάρβαρον καταρχὰς ἐκφωνῆσθαι οὕτως κατ' ὀνοματοποιΐαν, ἐπὶ τῶν δυσεκφόρως, καὶ σκληρῶς, καὶ τραχέως λαλούντων κ. τ. λ.* (v. p. 977. *B.*) Ait itaque Homerum, ut Graecos ab aliis populis distingueret, barbarorum nomen non ignorasse, cum *βαρβαροφώνους* dixerit. Mox tamen secus explicat, cur *βαρβαρόφωνοι* dicantur ab Homero, non item *βάρβαροι*. Atque hoc quidem opinor recte. V. *Hesych.* s. v. *Βάρβαροι*, ubi *Bernard.* cum latinorum voc. *balbus* et Orientalium *Babel* contulit. *Herodot.* II, 158. VIII, 20. IX, 42. *Ovid.* Trist. V, 10, 37. *Sophocl.* Aiac. 1263. *Br.* Voc. *Βάρβαρος* a sono ductum esse, docet *Aristoph.* Avv. 199. conf. *Gesner.* Thes. L. L. T. I, p. 587. s. v. *Barbarus*. Quod autem *Apollon.* lex *Hom.* *Βαρβαρόφωνοι* pro glossâ habet vocabuli *Ἀκριτόφωνοι*, dedit hoc ansam disputationi *Tollii* in Exc. III. p. 738. ss. Ubi postquam locum Thucydideum memoravit, et explicationem *Strabonis*, supra a me positam, *ἀκριτάφωνοι* legendum esse ap. Homerum asserit, *ἀμοιοτέλευτον* in versu 867. et proximo aliis quibusdam locis Homericis defendens. Posthac ta-

men suam ipse opinionem refellit rationibus maxime idoneis. Quare nihil restat, nisi ut transpositionem verborum in glossâ *Apollonii* statuas. Denique haud inepte *Tollius Virgilium* anachronismi arguit, qui barbaros modo Phrygios appellaret, modo cum vocabulo *crudelis* confunderet. Cum hac vocabuli: *barbarus* vi, qua rudi et inculta lingua utentem significat, cohaeret usus v. Ἕλληνες. *Strab.* p. 568. C. ubi *Hesiodum* et *Archilochum* scivisse eam vocem etiam de universis Graecis usurpari, monet. V. omnino *Thiersch* de carminum *Hesiodi* cum Homericis nexu p. 11. His a *Strabone* addi poterat *Sophocl.* Trachin. 1060. *Br.* Totam vero Scholiastae *Venet.* disputationem brevibus diluit *Heyn.* ad Il. T. IV., p. 435. „Quicquid est, *Homerus* vocis usum norat, βάρβαρος φωνή, quod ea est *aspera, agrestis*, aut simili ratione. Non autem *populos barbaros*, βαρβάρους, norat, *nullo vitae cultu politos.* Multo minus *barbaras collective* τοὺς βαρβάρους opp. τοῖς ἕλλησι. Recte adeo *Apollodorum*, qui censuerat usu atque convicio communi, peculiariter dictos esse Cares barbaros, refellit *Strabo* l. c., non enim barbaros apellat, sed barbare loquentes. Sic Καρικὴν Μοῦσαν recte dixerant τὴν βάρβαρον καὶ ἀσαφῆ Grammatici ap. *Suidam* h. v.“ Ex iis locis Homericis, quibus *Strabo* usus est, unus Il. *B.*, 530. speciem habet haud parum

hanc opinionem infringentem. Hunc vers. tamen propter id ipsum improbavit *Aristarchus*. Vid. ibi Schol. *Venet.* item Schol. min. Conf. eund. ad Il. XVI, 595. X, 595. *Phavorin.* S. V. *Ἑλλάδα* et *Ἑλληνίζω*. Eadem ratione improbatus est versiculus Il. IX, 395. ubi vid. Schol. min. p. 106. ed. *Basil.* Tenendum est post haec omnia, non tam de nomine *Ἑλλάδος*, quam de nomine *Ἑλλήνων* a Nostro agi. Caussa, cur *Aristarchus* damnaverit, Il. *B.* 530, erat, quod contenderet, *Ἑλλάδα* designare solam Thessaliam. Atqui ei sententiae non adversatur versus, sed eam firmare videri potest, si oppositi *Παναίλλησι* sunt *Ἀχαιοί*, *Peloponesii*, ut ille sensisse videatur; etsi alii pro synonymis habuerunt. V. *Heyn.* ad Il. T. IV, p. 310. ubi monet, Scholiastae lectionem ad *Thucyd.* I, 3. *ἀν' Ἑλλάδα* in Homerico versu laudato probari non debuisse, vel propter hiatum: *Ἑκάστο ἀν'*, adde quod vox *ἀνά* interpretamenti loco addita est. Causam, quâ universis Graecis nomen *Ἕλληνες* inditum fuerit, breviter ex Nostro et verbotenus quidem memorat Schol. minor ad Il. *A*, 2, docte explicat *Heyn.* ad Il. T. IV, p. 364. ss. Neque tamen omni ex parte iusta est *Thucydidis* argumentatio. Poterat enim Homerus *βαρβάρους* dicere, nec tamen *Ἕλληνας* debebat opponere, et contra. Confunduntur itaque in hac oppositione, quae *revera* et quae *cogitatione* tantum contraria sunt, cuius

generis sophisma *Herodoto* imputatur a *Strabon.* p. 106. *B.* Hoc tamen inter utrumque discrimen obtinet, quod a Thucydide asserta *re*, quae *Herodotum* facit *Strabo* dicentem, ea vero neque *re* neque *cogitatione* vera sunt. Similia sophismata ex *Cicerone* et *Aristotele* profert *Casaubon.* p. 107. not. I.

LIBER I, 6.

τὰ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο· καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται.

Magna hic oritur controversia de more nude pugnandi introducto. V. Schol. *Venet. A.* ad Il. Ψ, 683., quem ita emendatum reddit *Heyn.* ad Il. T. VIII, p. 462. s. *πρῶτον δὲ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς περιζώματα φέρειν περὶ τὰ αἰδοῖα καὶ οὕτως ἀγωνίζεσθαι, κατὰ δὲ τὴν τσβ Ὀλυμπιάδα* (leg. *ιδ Ὀλ.*) *Ὀρίππου* (leg. *Ὀρσίππου*) *τοῦ Λακεδαιμονίου λυθὲν ἀγωνιζομένου τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ νίκης ἐγένετο, ἐξ οὗ νόμος ἐτέθη γυμνοὺς τρέχειν.* Vnde monstrum lectionis, ait *Heyne*, *τσβ* venerit, quae esset CCCXCVII Olympias, non assequor. Conf. Schol. *Victor.* ap. eundem. Offert se utrumque Scholion comparanti duplex *φήμη*; altera: *Orsippum* stadio vicisse, et ita rem narrat *Pausan.* I, 44., altera, eundem *Orsippum* perizomate prolapso implicatum cecidisse et victum esse. Iam vero in

alterum Schol. eius facti tempus memoratur Olymp. CCCXCII. Vitiose! in altero proxima est post Olym. XIV. Non conveniunt itaque *Thucydidis* tempora. Quidquid est, *Thucydidis* quidem verba in mendo non cubare mihi persuasum est, diuturnitatem et perpetuitatem moris cum ostendere velit, ut recte monet *Bauerus*.

LIBER I, 8.

Καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἤδη ὄντες, ΥΣΤΕΡΩι χρόνῳ ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν.

Scrib. ex libr. *Monac.* et multis aliis *ΥΣΤΕΡΟΝ χρόνῳ*, ut scriptum iam est IV, 81. passim ap. *Strab.* p. 37. *B.* (p. 34. *A.* leg. etiam *ὕστερον χρόνῳ.*) ap. *Isocr.* Panathen. 17. *Dionys.* H. d. comp. V. p. 64. *Lucian.* de exercitt. T. VII, p. 136. (*ὕστερον* vero pro *ὑστέρῳ* restitue eidem. Vit. auct. T. III. p. 96. et *Plutarcho* V. Alex. c. 2.)

I, 17.

ἐπράχθη τε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μὴ εἴτι πρὸς περιοίκους τοὺς ἑαυτῶν ἑκάστοις. Cod. *Zanetti εἰ μήτι κ. τ. λ.* quam scripturam ex prava grammatici cuiusdam emendatione ortam esse existimo. Ita etiam margo graec. Clarend. et Reg. *Cic.* Catil. II. 4. 1. *nisi vero si quis est, qui Catilinae similes cum Catilina sentire non putet.* (Ibid. I, 2, 9. vulgo scribunt: *Si te iam, Catilina, comprehen-*

di, si interfici iussero: credo, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius factum esse dicat. Particula *non* minime opus est, Οὐ et Οὔ confusa sunt ap. Lucian. piscat. T. III. p. 150. Καὶ Οὐ τοὺς λόγους ἐποιεῖτο. leg. Οὔ.) Εἴτι autem nostro loco est ὅτι, quod exemplis probavit *Abresch.* dilucc. p. 27. Hàc itaque postremà particulâ vel coniunctione ὅτε plerumque utuntur et *Homerus*, et Noster, ut Il. *II*, 227. ὅτε μὴ Διΐ πατρί, quod plenum esset: εἰ μὴ ὅτε .... Noster: οὐ γὰρ ἦν κρήνη, ὅτι μὴ μία .... i. e. εἰ μὴ ὅτι μ. V. *Heyn.* ad Il. T. VII, p. 180.

LIBER I, 19.

Καὶ οἱ μὲν Λακεδεμόνιοι, οὐχ ὑποτελεῖς φόρου τοὺς ξυμμάχους, ἡγοῦντο ... Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν ΠΟΛΕΩΝ τῷ χρόνῳ παραλαβόντες, ΗΡΧΟΝ, πλὴν Χίων κ. τ. λ.

Cod. *Monac.* ΠΟΛΕΜΙΩΝ. Cod. *Zanett.* vulgatam offert, quae unice vera est. Scribit enim Noster πόλεις ubi de *sociis* sermo est. Margo *Victor.* vitiose ΠΟΛΩΝ. Codd. *Monacc.* et *Zanett.* ἦρχον omittunt, sed habet prior hanc glossam interlinearem: ἡγοῦντο ἀπὸ κοινοῦ. Recte; alterum enim est glossa huius vocabuli. Ita τηρεῖν in ordinem irrepit I, 39. Καὶ φασὶ δὴ δίκῃ πρότερον ἐθελῆσαι κρίνεσθαι· ἦν γε οὐ τὸν προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι δοκεῖν δεῖτηρεῖν .... Tres deincèps

infinitivi ad fastidium repetuntur. Cod. *Zanett.* τὸ pro τι habet. *Τηρεῖν* in multis codd. abest nec Schol. agnoscit. *Τηρεῖν* vi *servandi* barbarum est, vel serioris usus, ap. probatos scriptores, certe ap. Nostrum non occurrit nisi cum vi *observandi*. Ita *Demosth.* p. 518. A. iungit φυλάττειν et τηρεῖν. *Φυλάττειν Δημοσθένη καὶ τηρεῖν ἐκέλευσεν, ὅπερ μὴ παρακρούσωμαι, μηδὲ ἐξαπατήσω.* Minus accurate *Dorv.* ad *Charit.* p. 469. „At ibi (ap. *Eurip.* Med. 320.) *Φυλάττειν* idem est, quod *τηρεῖν*, quae ambo verba non solum notant ap. Atticos ipsos *custodire*, *servare*, sed etiam *observare* aliquem vel aliquid, ut ne faciat, vel ne fiat, vel ut aliquid faciat, vel fiat". *Λέγειν τι* est absolute dictum, opponitur: *οὐδὲν λέγειν.* V. *Hoogev.* et *Zeun.* ad Viger. p. 152. et *Hermann.* cum *Reizio* p. 731, 112, 113. ed. *sec.* Aliud glossema occurrit II, 43. *ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρίγε φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις, ἡ ὁ μετὰ ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος ἀναίσθητος θάνατος.* Rectius ap. *Stobaeum* p. 192. *Schow.* h. l. legitur sine vocc. *ἐν τῷ.*

LIBER I, 22.

Ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις, κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τοιούτων ὄντων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτά, ἀρ-

κούντως ἔξει. Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν, ξυγκεῖται.

Gravissimam sententiam in his verbis latentem explicare studet *Lucian.* d. cònscr. Hist, quo usus est *Hermann.* de praecc. quibusdam Atticist. p. XVII. „Mirum in modum viros doctos locus in lib. I, c. 22. ubi de suis historiarum libris scribit *Thucydides*, exercuit. Cuius loci sententiam quum *Lucian.* l. l. c. 42. T. II, p. 53. optime his verbis declarasset: κτῆμά τε γάρ φησι μᾶλλον ἐσαεὶ συγγράφειν, ἢπερ ἐς τὸ παρὸν ἀγώνισμα, καὶ μὴ τὸ μυθῶδες ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων ἀπολείπειν τοῖς ὕστερον· καὶ ἐπάγει τὸ χρήσιμον, καὶ ὁ τέλος ἂν τις εὖ φρονῶν ὑπόθοιτο ἱστορίας, ὡς εἴποτε καὶ αὖθις τὰ ὅμοια καταλάβοι, ἔχοιεν, φησὶ, πρὸς τὰ προγεγραμμένα ἀποβλέποντες, εὖ χρῆσθαι τοῖς ἐν ποσί: nullus tàmen *Thucydidis* interpretum animadvertit, mutata interpunctione difficultatem tolli omnem: ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τοιούτων ὄντων καὶ παραπλησίων, ἔσεσθαι ὠφέλιμα κρίνειν αὐτά, ἀρκούντως ἕξει“ .... Quae cum praeclare disputata sint, tamen ἔσεσθαι tam insolenter membrum orationis incipiens parum placet. Iam ὄντων codd. plerique non agnoscunt, cuius originem facile explicaveris. Iam vero probabilis sensus efficitur, si ita construas: ἀρκούν-

τως ἐξεῖ, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ (ἐπαίνους) ὅσοι βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθίς, κατὰ τὸ ἀνθρ., τοιούτων καὶ παραπλ. ἔσεσθαι. Hanc rationem iniit *Matthiaeus* Hist. gr. Cap. praecip. p. 197. *Schaefer.* ad *Sophocl.* Trachin. 1066. Postrema huius cap. verba imitatur *Dionys.* H. d. comp. verb. p. 4. ubi vid. interpretes. p. 328, ita laudat, memoriter, ut videtur, κτῆμα δὲ εἰσαεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα εἰς τὸ παραυτίκα ἀκούειν σύγκειται. Ibid. iam *Sylburg.* h. l. adscripsit, ut modo ex *Matthiaei Schaeferique* sententia explicavimus. *Plin.* Epist. V. 8. 11. haec eadem verba scribit innuens: *Nam plurimum refert, ut Thucydides ait,* κτῆμα *sit, an* ἀγώνισμα, *quorum alterum* ORATIO, *alterum historia est.* — *Quintilian.* X, 1. 31. *Non ad actum rei pugnamque praesentem, sed in memoriam posteritatis et ingenii famam componitur.* Neuter de illa recitatione Musarum *Herodoti* cogitavisse videtur, quae lacrymas excusisse dicitur Thucydidi puero. Eo tamen voc. ἀγώνισμα retulere Schol. et *Lucianus* l. l. Ac recte quidem. Est enim ἀγὼν et ἀγώνισμον saepe opus ἐπιδείξεως χάριν elaboratum. Itaque tum h. l. tum per totum prooemium tacite *Herodotum* carpere videtur. Certe ubi falsas de duobus regibus Lacedaemoniorum, et cohorte Pitanate opiniones refellit, innuitur *Herodot.* VI, 37. IX, 52.

LIBER I, 33.

Καὶ σκέψασθε, τίς εὐπραξία σπανιωτέρα, ... εἰ ἦν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προγεγενέσθαι: αὕτη πάρεστιν αὐτεπάγγελτος ..... καὶ προσέτι φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετήν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε χάριν κ. τ. λ. Male interpres: *apud multos quidem afferens gloriam.* Verte: *inter homines quidem afferens gloriam.* Οἱ πολλοὶ h. l. sunt *universi, homines.* Contra saepe *plebem*, quod in vulgus notum est, ut ap. *Ciceron.* Catil. II. 9. 3. *multitudo*, significat. Ἀρετὴ a nostro peculiari sensu accipitur. *Suidas:* Ἀρετή, Ἀνδοκίδης καὶ Θουκυδίδης, ἀντὶ τοῦ· εὐδοξία. *Phavorin.:* Ἀρετὴν οὐ μόνον τὴν ἀνδρείαν, ἀλλὰ .... καὶ τὴν εὐδοξίαν ὡς Θουκυδίδης ἐν πρώτῃ. *Suidae* verba repetuntur in Synagog. λέξ. χρησ. ap. *Bekker.* Anecdd. gr. T. I. p. 443. *Harpocrat.* Ἀρετή, ἀντὶ τοῦ εὐδοξία, Θουκυδίδης ἐν πρώτῳ. – Paullo ante verba: ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθήσθω, imitatus est *Lucian.* Epist. Saturn. T. IX. p. 38. Ὁρᾶτε οὖν ὅπως μηκέτι ὑμᾶς αἰτιάσωνται, ἀλλὰ τιμήσωσι, καὶ φιλήσωσι, τῶν ὀλίγων τούτων μεταλαμβάνοντες· ὧν ὑμῶν μὲν ἡ δαπανὴ ἀνεπαίσθητος, ἐκείνοις δὲ ἐν καιρῷ τῆς χρείας ἡ δόσις ἀείμνηστος. V. *Dorvill.* ad *Chariton* p. 448. et *Heindorf.* ad *Platon.* Cratyl. p. 28. Nost. infr. c. 129. Κείσεται

σοι εὐεργεσία κ. τ. λ. ubi Persarum ritum, quo οἱ εὐεργέται ἀναγράφοντο ἐν ταῖς διφθέραις, respici recte monet *Dorv.* p. 466. conf. p. 317. — Cap. ineunt. iunge ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετέρας χρείας i. e. ξυμμαχία. Est haec synchysis Nostro solennis, quam multis explicavit *Dorv.* ibid. p. 393. ss.

LIBER I, 43.

Leg. μήτε ξυμμάχους δέχεσθε . . . μήτε ἀμύνετε αὐτοῖς ἀδικοῦσι.

Ita Codd. *Monacc.* 126. et 218. Posterior ex correctione V. *Matthiaei* Gr. Gr. §. 511. 3. 516, 2. *Gregor. Corinth.* p. 864. Ita βούλεσθε corrig. V. 103. (Eodem cap. male praecedentia ita vertunt: *spes . . . ab illis . . ., qui de summa suarum fortunarum aleam iaciunt, (nam ea natura est detrimentosa) simul ac illi lapsi sunt, cognoscitur, qualis sit, et quam detrimentosa, nec ullum amplius locum relinquit, in quo quis sese continens ab ipsa cognita sibi caveat.* Ita *Valla*, quem secuti sunt *Heilmann. Levesq.* alii. Equidem malim interpretari cum *Hudsono: und die Hoffnung bleibt nicht aus, selbst in dem Augenblick, wo sie einer erkennend sich vor ihr gewahren kann.*

LIBER I, 40.

Οὐ τοῖς ἐπὶ βλάβῃ ἑτέρων ἰοῦσιν ἡ ξυνθήκη ἐστὶν, ἀλλ' ὅστις, μὴ ἄλλων ἑαυτὸν ἀποστέρων, ἀσφαλείας δεῖται . . . . . .

Ad verbum si vertas, hic est sensus: *qui non aliorum ope se privavit.* Quod bene convenit cum sententia concionantis, quatenus non exigere possunt opem aliorum, qui nullis meritis ea dignos se reddiderunt. Non tam obscurum erat, si scripsisset: *μὴ ἄλλους ἑαυτοῦ ἀποστερῶν, qui aliis opem ferre non denegavit.* Sive itaque sensu supra indicato accipias, sive conversionem orationis statuas, certe exempla eiusdem modi non desunt, ut *Plutarch.* V. Aemil. p. 26. scripsit: *δι' ἣν τὸν ἔλεον ἀπεστέρησεν ἑαυτοῦ, qua se misericordia privavit:* pro: *δι' ἣν — τοῦ ἐλέου ἀπεστέρησεν ἑαυτόν.* Solennius locutus est Noster III, 58. 65. II, 43. I, 69.

LIBER I, 50. init.

Τῆς δὲ τρόπης γενομένης, οἱ Κορίνθιοι τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἵλκον ἀναδούμενοι τῶν νεῶν ἂς καταδύσειαν, πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐτράποντο, φονεύειν διεκπλέοντες μᾶλλον ἢ ζωγρεῖν .....

Emendatio *Kühnii* ad *Polluc.* I, 125. vel propter positionem particulae δέ locum habere non potest. Ita enim ille distinctum vult: *ἃς καταδύσειαν πρὸς δὴ τοὺς ἀνθρώπους ἐτράποντο* ... Equidem praeeunte *Schneidero* h. l. ita malim interpretari, ut καταδύσασθαι accipiam pro: *navem ictibus eo lacerare, ut submergatur, altiusve in aquam deprimatur, quo facto non*

iam facile resarcitur, coll. *Xenoph.* Hist. Gr. 1, 3, 36. Adstipulatur Schol. ad Nost. 1, 54. καταδύσαντες· ἀντὶ τοῦ τρώσαντες· οὐ γὰρ λέγει ἐπὶ τοῦ βαπτίσαντες. τοιοῦτο δέ ἐστι καὶ τὸ, ἐς καταδύστιαν. Conf. *Gottleber.* Interpp. ad *Greg. Cor.* p. 58. s. *Phavorin.* fol. 999. Bas. Fatendum tamen est, VII, 41. extr. item VIII, 42. iuxta se poni καταδύσαντες et κατατραυματίσαντες.

LIBER I, 67.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, προπαρακαλέσαντες τῶν ξυμμάχων τε καὶ εἴ τις τι ΑΛΛΟ ἔφη ἠδικῆσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων, ... λέγειν ἐκέλευον.

Malim εἴ τίς τι ΑΛΛΟΣ, quia non dubitari potest, quin sententiae aptius sit, si vertas: *Lacedaemonii vero socios adsciverunt et si quis alius quapiam in re se ab Atheniensibus iniuriam accepisse diceret etc.* Contra apud *Lucian.* Traiect. T. III, p. 173. fort. scribendum est: ὥσπερ τι ΑΛΛΟ καὶ αὐτὸς ἄνω τὸ τῆς λήθης ὕδωρ πεποκώς κ. τ. λ.

LIBER I, 70.

Οἱ μέν γε, νεωτεροποιοὶ, καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς, καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ, ὁ ἂν γνῶσιν .....

Graevius comparavit *Callimachea* Hymn. Iov. 87. ss. ἐσπέριος κεῖνος γε (Πτολεμαῖος sc.) τέλεῖ τά κεν ἠοῖ νοήσῃ· ἐσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ. *Spanhem.* T. II. p. 67.

addit dictum Aristophaneum de Deo ap. *Clem.* Strom. p. 627: *Δύναται δὲ γὰρ ἴσον τῷ δρᾶν τὸ νοεῖν.* *Aeschyl.* Suppl. 606. *πάρεστι δ' ἔργον, ὡς ἔπος;* quo respexit *Apollon.* IV, 103. *ἔνθ' ἔπος· ἠδὲ καὶ ἔργον.* Conf. infra laudes *Themistoclis* I, 138. Eandem agilitatem in bono imperatore requirit *Sallust.* B. C. 1. *nam et prius, quam incipias, consulto; et, ubi consulueris, mature facto opus est.* — Verba mox sequentia: *τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις* .... Scite explicavit *Solan.* ad *Lucian.* Asin. T. VI, p. 157. Novarum rerum in Atheniensibus cupiditatem ex universa eorum historia declarat *Aelian.* V. H. V. 13.

LIBER I, 73.

Καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν, ἐπ' ὠφελείᾳ ἐκινδυνεύετο; ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε; τοῦ δὲ λόγου; μὴ πάντος; εἴ τι ὠφελεῖ; ΣΤΕΡΙΣΚΟΜΕΘΑ. Leg. *καὶ γὰρ Ὅ, ΤΕ ἐδρ. κ. τ. λ.* et *μὴ πάντος* .... *ΣΤΕΡΙΣΚΩΜΕΘΑ.*

Postremam vocem oppórtune Codd. *Mon.* 218. et Vindobon. offerunt. Totum locum, quem Demosth. pr. Cor. ab Hudsono laudatus imitando expressit, ita interpretor: *Nam quascunque res gerebamus, in communem Graeciae utilitatem pericula subibamus; cuius vos quidem participes fuistis, nos vero ne omnino earum commemoratione, ubi prodest, privemur.*

LIBER I, 74.

Θεμιστοκλέα ἄρχοντα, ὃς αἰτιώτατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο .... καὶ ΑΥΤΟΙ διὰ τοῦτο ΔΗ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξείνον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων.

Ita totum h. l. ex Codd. legit *Valckenar.* ad *Herodot.* p. 677, 81. Articulus, a voc. *αἰτιώτατος* pendens, verbo *ναυμαχῆσαι* iungendus, desideratur. V. *Schaefer.* melet. crit. p. 23. conf. supr. 70. 75. (ubi *ἆρ' ἄξιοι ἐσμὲν κ. τ. λ.* quidam solicitant. V. *Matthiaei* Gr. gr. §. 345. a. p. 469. *Hermann.* ad Viger. p. 823, 294.) 25. 33. infr. 133. II, 74. V. 15. et inprimis I, 33. de quo loco v. *Hermann.* d. ellips. et pleonasm. p. 141. ad *Viger.* p. 702, 20. conf. *Levesq.* T. I, p. 217. Ap. *Plutarch.* V. Pelop. 6. legitur: *μάλιστα συναιτίους γενομένους τῷ δήμῳ τοῦ κατελθεῖν.* Eiice articulum, quem Reiske temere invexit. Secuti sunt Latini, ut *Tibull.* IV, 6, 10. *Servire dignior.* III, 1. 8. *digna gaudere.* — *Καὶ ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης (γῆς) κινδυνεύοντες, ξυνεσώσαμεν ὑμᾶς τε ΤΟ ΜΕΡΟΣ, καὶ ἡμᾶς αὐτούς.* Male interpretes quidam: *ex parte;* perperam alii: *vos, qui pars Graecorum estis.* Recte vetus interpres: *pro virili.* Eo sensu, cum *ΤΙ μέρος* usurpetur, *H. Steph.* Thesaur. v. *μέρος* refingi iubet *τι μέρος.* Ast *ΤΟ* pro *ΤΙ* valere, exemplorum nube docet *Abresch.* in miscc. obss. Vol. III, p. 149.

LIBER I, 77.

Ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται, ἢ βιαζόμενοι· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἴσου, δοκεῖ πλεονεκτεῖσθαι· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ κρείττονος, καταναγκάζεσθαι.

Hinc saepe videmus, accidere, ut homines magis propter convicia, quam propter vim sibi illatam succenseant. *Plutarch.* V. Timoleon. 32: οὕτως ὑπὸ λόγων μᾶλλον ἢ πράξεων πονηρῶν ἀνιᾶσθαι πεφύκασιν οἱ πολλοί· χαλεπώτερον γὰρ ὕβριν ἢ βλάβην φέρουσι. Καὶ τὸ μὲν ἀμύνεσθαι δι' ἔργων, ὡς ἀναγκαῖον, δέδοται τοῖς πολεμοῦσιν· αἱ δὲ βλασφημίαι, περιουσίᾳ μίσους, ἢ πακίας, γίγνεσθαι δοκοῦσιν.

LIBER I, 110.

Οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη, ἔξ ἔτη πολεμήσαντα pr. πολεμήσάντων.

Simili orationis conversione Noster utitur IV, 126. Καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως δειναὶ, καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι, i. e. ὄψει πλήθους. Vt Homer. Il. XI, 630: ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. In altero membro, ait *Heyn.* T. VII, p. 244: debebat esse: βουλῆς δὲ (τέλος sc. ἐστὶν) ἐν ἔπεσι. Sed poëta convertit orationem, ut solet facere, imitantibus certatim aliis, praesertim historicis, in his *Thucydide:*

LIBER I, 134.

Cod. *Monac.* 218: *Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Κεάδαν, οὗπερ τοὺς κακοῦργους εἰώθεσαν, ἐσεμβάλλειν.* Quae positio verborum vulgata potior est, qua verb. *ἐμβάλλειν* bis cogitandum est. Eundem ordinem alii libri servant. V. *Wyttenbach.* Ecl. hist. p. 364. Eiusmodi transpositione opus est ap. *Heliodor.* p. 282, 35. ubi sic malim scribere: *ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα θαρσεῖ, ἔλεγεν ὁ Καλάσιρις . . . . εἴπερ τι χρὴ τοῖς προθεσπισθεῖσι περὶ ἡμῶν πιστεύειν· χρὴ δὲ καὶ τῷ διαγγελλαντι χθιζὸν . . . . . .* Ap. Nostr. VII, 43. item transpositis verbis fort. legendum: *ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης τὸ παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων . . . . ἤρουν τε καὶ . . . . .*

LIBER I, 137.

(Γράψας τήν τε ἐπὶ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν, ἣν ψευδῶς προεποιήσατο, τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν).

Ita interpungendo h. l. emendavit *Wyttenb.* Ecl. hist. p. 264. *die damalige Verschonung der Brücke*, ut II, 64. *τὸ ἤδη πρόθυμον; der ietzige Muth.* Verba: *προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως* male ita intelligit *Bredovius*, ut *ἀναχώρησιν* ad Xerxem referat. Referendum est eo, quod Nepos ait, *adversarios eius in fuga esse.* Duo enim a Xerxe accepta iam sibi referenda es-

se scribit: alterum ante pugnam prope Salamina (ἐκ Σαλαμῖνος), quod certiorem fecerit regem, Graecos in fuga esse. (audi Cornel. Nepot. Themist. 4. *adversarios eius in fuga esse, qui si discessissent, maiore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, cum singulos consectari cogeretur, quos si statim assequeretur, brevi universos oppressurum.* conf. Herodot. VIII, 75.) alterum: quod regi fugienti pontis non dissolvendi auctor fuerit. Cornel. Nep. Themist. 3. *Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur, id quod ei persuasit.* Προαγγελσις denique non potest significare *consilium* sed *nuntium*. Vsum particulae οὐ cum substantivo copulatae ex Nostro memorat Eustath. ad Il. I, p. 111. ed. Rom. conf. Greg. Corinth. p. 98. ibiq. interpp.

LIBER I, 138.

Καὶ ὁ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε· ὢν δὲ ἄπειρος εἴη, πρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο Themistocles. — Notum illud Horatianum Ep. I, 4. 8. *Quid deceat dulci nutricula maius alumno? Qui sapere et fari possit quae sentiat?* Secundum haec in summa laude summorum virorum, Themistoclis, Periclis, Antiphontis ponit, quod et res cognitas habeant, et cog-

LIBER I, 134.

Cod. *Monac.* 218: *Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Κεάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους εἰώθεσαν, ἐσεμβάλλειν.* Quae positio verborum vulgata potior est, qua verb. *ἐμβάλλειν* bis cogitandum est. Eundem ordinem alii libri servant. V. *Wyttenbach.* Ecl. hist. p. 364. Eiusmodi transpositione opus est ap. *Heliodor.* p. 282, 35. ubi sic malim scribere: *ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα θαρσεῖ, ἔλεγεν ὁ Καλάσιρις . . . . εἴπερ τι χρὴ τοῖς προθεσπισθεῖσι περὶ ἡμῶν πιστεύειν· χρὴ δὲ καὶ τῷ διαγγελλαντι χθιζὸν . . . . . Ap. Nostr. VII, 43. item transpositis verbis fort. legendum: ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης τὸ παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων . . . . ἤρουν τε καὶ . . . . .*

LIBER I, 137.

(Γράψας τήν τε ἐπὶ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν, ἣν ψευδῶς προεποιήσατο, τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν).

Ita interpungendo h. l. emendavit *Wyttenb.* Ecl. hist. p. 264. *die damalige Verschonung der Brücke*, ut II, 64. *τὸ ἤδη πρόθυμον; der ietzige Muth.* Verba: *προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως* male ita intelligit *Bredovius*, ut *ἀναχώρησιν* ad Xerxem referat. Referendum est eo, quod Nepos ait, *adversarios eius in fuga esse.* Duo enim a Xerxe accepta iam sibi referenda es-

se scribit: alterum ante pugnam prope Salamina (ἐκ Σαλαμῖνος), quod certiorem fecerit regem, Graecos in fuga esse. (audi Cornel. Nepot. Themist. 4. *adversarios eius in fuga esse, qui si discessissent, maiore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, cum singulos consectari cogeretur, quos si statim assequeretur, brevi universos oppressurum.* conf. Herodot. VIII, 75.) alterum: quod regi fugienti pontis non dissolvendi auctor fuerit. Cornel. Nep. Themist. 3. *Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur, id quod ei persuasit.* Προάγγελσις denique non potest significare *consilium* sed *nuntium*. Vsum particulae οὐ cum substantivo copulatae ex Nostro memorat Eustath. ad Il. I, p. 111. ed. Rom. conf. Greg. Corinth. p. 98. ibiq. interpp.

LIBER I, 138.

Καὶ ὁ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξεργήσασθαι οἷός τε· ὢν δὲ ἄπειρος εἴη, κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο Themistocles. Notum illud Horatianum Ep. I, 4. 8. *Quid veneat dulci nutricula maius* alumno? *Qui sapere et fari possit quae sentiat?* Secundum haec in summa laude summorum virorum, Themistoclis, Periclis, Antiphontis ponit, quod et res cognitas habeant, et cog-

nita fari possint, ὅ τι γὰρ γνοὺς, καὶ μὴ σαφῶς διδάξας, ἐν ἴσῳ, καὶ εἰ (sic enim leg.) μὴ ἐνεθυμήθη ὅ τ' ἔχων ἀμφότερα, τῇ δὲ πόλει δύσνους, οὐκ ἂν ὁμοίως τι οἰκείως φράζοι .... Pericles ibid. ita de se praedicat: Καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς ἥσσων οἶμαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα· φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων. Quae verba ludit Lucian. De Saltat. T. V, p. 146. Καὶ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τοῦ Περικλέους ἔφη, ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκρότατον ἂν ἐγκώμιον εἴη, γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά. (Abresch. Misc. Obss. Vol. III. p. 151. Lucianus h. l. citans legit αὐτὰ, quomodo et alibi adductum me invenisse scio). VIII, 68. Ἀντιφῶν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος, καὶ ἃ ἂν γνοίη, εἰπεῖν.

LIBER II, 4.

Τῶν δὲ Πλαταιέων τις τὰς πύλας, ᾗ ἐσῆλθον, καὶ αἵπερ ἀνεῳγμέναι μόναι, ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος ἐς τὸν μόχλον. Hae res explicari possunt ex observationibus circa portarum insidias, ab Aenea factis in Poliorcetico. Cuius explicationis periculum faciam praeeunte Schneidero. Scribit Aeneas c. 18. ss. *Quosdam interdiu in eam claustri partem, quae pessulum recipit* (in βαλανοδόκην) *sabulum inicere; adeo ut pessulus* (βάλανος)

extra maneat, nec foramen suum ingrediatur. Aliam fraudem deinde memorat, *quum paullatim in receptaculum pessuli arena infunderetur, sine strepitu concutiebatur* (ἀπεκλάσθη), ne quis *intelligeret, igitur, quum pessulus propter accedens sabulum in altum sublatus esset, facile fuit eum eximere.* Vnde patet, *vectem* (μόχλον) sive obicem in fores ita esse immissum, ut per *foramen* (βαλανοδόκην) et in vecte et per limen factum *pessulus* iniiceretur, quem instrumento quodam ei apto (βαλανάγρᾳ) sive *clavem* dicas, sive *forcipem*, eximebant. Μόχλος, ὀχεύς, ἐπιβλής sunt synonyma. v. Athenae. III, p. 99. Schw. quem exscripsit Eustath. ad Odyss. Ψ, p. 1944. ed. Rom. ap. Brunck. fragm. Sophocl. XLI, p. 679. Apud serioris aevi scriptores alia ratio est harum rerum. V. Iacobs. Anim. ad Anthol. T. I, p. 2. p. 328. et Eratosthenis lusum T. IV, p. 93. nr. II. Μόχλον Homerus κληῖδα dicit docente Eustathio ad finem Odyss. α κληῖδα δὲ λέγει οὐ σκεῦος ἀπὸ σιδήρου, ἀλλὰ μόχλον ἐντὸς μὲν τῆς θύρας ἐξημμένον, καὶ ἐπὶ τὸ κάτω καθειμένον ἤτοι πεχαλασμένον, ἰμάντι δὲ ἔξωθεν σπώμενον καὶ ἀνελκόμενον καὶ ἐπιζυγοῦντα τὴν θύραν. conf. Schol. br. ad versum: ἐπὶ δὲ κληῖδ' ἐτάνυσσεν ἱμάντι. Verum non huius loci est, haec longius persequi.

II, 7.

Καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας, τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων, ὡς ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν, πεντακοσίων νεῶν ἐσομένων. Ante Duckerum legebatur: *Λακεδαιμονίοις.* At alteram Scripturam codd. offerunt longe plurimi et scripti et editi. Neque dubitari potest, quin *ναῦς* sit accusativus. Nihil enim verius praecepto Phrynichi col. p. 68. s. Pauw. *Αἱ Νῆες ἐρεῖς, οὐχ αἱ Ναῦς, σόλοικον γάρ. ἥμαρτε γὰρ Φαβωρῖνος, Πολέμωνα καὶ Σύλλας, αἱ ναῦς εἰπόντες: Τὰς νῆας οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ τὰς ναῦς. Δολλιανὸς δὲ ὁ σοφιστὴς ἀκούσας παρά τινος, ὅτι οὐ χρὴ αἱ ναῦς λέγειν, ἀλλὰ αἱ νῆες, ᾠήθη δεῖν λέγειν, καὶ τὴν αἰτιατικὴν ὁμοίως τὰς νῆας. οὐκ ἔχει δὲ οὕτως· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς εὐθείας δισυλλάβως, ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς μονοσυλλάβως. Ἐπιτάχθησαν* itaque activa vi accipiendum est, neque hoc exemplis caret. Vocabulum autem *ἐκεῖνος* h. l. pro *αὐτὸς* accipere ut ap. Nostr. II, 92. med. et pass. Plutarch. V. Timole. 16. *πρὸς τὴν ἐκείνου σωτηρίαν*, *zu seiner Rettung*. Aemil. 36, et 8. quamquam ibi *αὐτοῦ* pro *ἐκείνου* fert Cod. *Monac.* 85. a manu, opinor, glossatoris. Etiam Demetr. d. Eloc. 41. vocab. *ἐκτέθειται* active usurpavit, et sic factum est innumeris locis scriptoris cuiusque probatissimi.

II. 15.

Καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπ' Ἀθηναίων ΠΟΛΙΣ.

Docuit *Hemsterhuis.* ad Aristoph. *Plut.* p. 260. s. nomen: *πόλις* praesertim in actis publicis, certe vetustissimis, arci fere proprium esse, idque patere ex Nostro V, p. 330, 82, et p. 332, 73. 348, 13. Ducker. In loco Plutarcheo e V. Pelop. c. 18, quo usus est summus vir, cod. *Monac.* 85. prava confusione ita exhibet: *καὶ διὰ τοῦτο ὁ ἐκ πόλεως λόχος ἐκαλοῦντο· τὰς γὰρ πόλεις ἐπικικῶς οἱ πάτε πόλεις ὠνόμαζον.* Nostri loco usus est vir doctissimus Huschke in libro de progress. humanitatis studiorum in German. (Rostoch. 1810. 4.) p. 20. *Vrbes, hoc est, loca qualiacunque modo munita, ... Quo sensu illa Saxoniae munimenta ab Henrico condita Vrbes vocat Wittekindius, quas alii aliter interpretantur.*

II. 35.

Initium orationis Periclcae explicat Vpton. ad Dionys. H. d. comp. V. p. 232. *Schaef.* loco ex Antiqq. Rom. „*Τὸν προσθέντα* Scholiast. Thucydidis explicat, *τὸν νομοθέτην, δηλονότι τὸν Σόλωνα*“. de antiquitate huius instituti adire iubet Dionys. l. V. *Ὀψὲ γάρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθεσαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ, εἶτ' ἀπὸ*

τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἶτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων.

II. 36.

Ὧν (Ἀθηναίων sc.) ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους ἔργα, οἷς ἕκαστα ἐκτήθη, ἢ εἴτι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα, μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, ἐάσω. Demosth. ap. Demetr. d. Eloc. 273. τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τύτ' ἐπιόντα τῇ πόλει κίνδυνον παρελθεῖν, ὥσπερ νέφος. Notanda deinde est enallage *nominis gentilis* cum *patronymico*. Haec saepissime occurrit, ut ap. Eurip. Heraclid. 131. στόλην Ἕλληνα, quocum Bast. ad Greg. Cor. p. 108. confert ἕλλην γυνή ex Philemone, v. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 272. Porro ap. Aeschyl. Prom. 2. Σκύθην οἶμον, Nost. III. 112. Δωρίδα γλῶτταν i. e. διάλεκτον. conf. Indic. Horat. Verburgii s. *proprium nomen pro patronymico* ad calcem ed. Bentl. Gregor. Cor. l. l. Ἀττικῶν καὶ τὸ τὰ κτητικὰ λαμβάνειν ἀντὶ πρωτοτύπων, ὡς τὸ παρθενικὴ ἡ παρθένος καὶ αὐτὰ τὰ πρωτότυπα ἀντὶ κτητικῶν, ὡς τὸ· — — γυναῖκα τεθήσατο μαζόν, ἀντὶ τοῦ γυναικεῖον ἐθήλασε μαζόν. Koen. ad eund. l. laudat μῦθον Ἀρκάδα et πατέρα μῦθον, quibus simile est Hesiodeum Opp. et D. 174. κακῶν ῥηκτῆρα καὶ ὕβριν Ἀνέρα. v. Albert. ad Hesych. T. I. C. 143. Hemsterhus. ad Polluc. T. II.

p. 1351. add. Aristoph. Lysistr. 325. ὑπὸ γερόντων ὀλέθρων. Perperam tamen huc traxerunt Homeri locum Il. ω', 58. Gregor. l.l. et Lesbonax de figuris p. 182. Rectius hic addit: ὅθεν τινὲς λέγουσι τὸ γυναῖκα εἰρῆσθαι ἀντὶ τοῦ Κτητικοῦ τὸ γυναικεῖον· ὡς Ἀττικοί, Ἕλληνα στρατὸν, ἀντὶ τοῦ Ἑλληνικόν. ἦν δὲ αὐτῷ εἰπεῖν ταῖς τοιαύταις συντάξεσιν, εἰ μὴ ἐκείνως διελέγοντο οἱ Ἕλληνες τὰ πρός τι ἔχοντα συντάσσοντες αἰτιατικαῖς πτώσεσιν, Τρῶας στίχας οὖλος Ἄρης ὤτρυνε μετελθών. τὰς στίχας, et sic porro. Koeniusᵗ „Aliter accepit γυναῖκα μαζὸν Eustath. p. 1339, 10. cuius sententiae firmandae idonea quaedam dedit Vir doctus in Obs. misc. I. p. 119. 4.“ add. Heyn. T. VIII. p. 600. Caetera quae scribit Lesbonax: Τρῶας στίχας, rectius iam legunt: Τρῳὰς στίχας ap. Homer. Il. E. 461. Eodem modo accentus notatione adiectivum substantivo discernunt in Od. XI. 539. ἀσφοδελὸν λειμῶνα. Melius interpretantur aliud exemplum: Κασιγνήτοιο φόνοιο. Vt supra vidimus poni Ἕλληνα στόλην, ita ex Sophocle in Lex. Sophocl. Brunckii p. 718. laudatur: Ἑλλὰς, ὁ ἀνὴρ. Σοφ. Αἴαντι Λοκρῷ. Lex MS. Sangerm. — Contra Hesych. Ἑλλὰς. πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ τὸ ἔθνος ἢ Ἀχαΐα, καὶ αὐτόθεν γυνή. Et foeminino quidem genere saepe occurrit (v. *Schaefer.* mel. crit. p. 40. s.) ut ap. Theogn. 241. Nostr. VI. 62. Ἑλλὰς πόλις, i. e. ἑλληνική. Eurip. Phoeniss. 1524.

Pors. *Τὶς ἑλλὰς, ἢ τὶς βάρβαρος* .... Schol. *τὶς Ἑλληνικὴ γυνὴ, ἢ βάρβαρος γυνὴ δηλονότι.* Alius: *τὶς — ἢ Ἕλλην ἢ βάρβαρος*, quocum conveniret Sophocles fragm. supr. laudato, Vtrumque tamen mihi quidem adhuc dubium est, nec videtur *Ἑλλὰς* cum *Ἕλλην* confundi, sed femininum esse eiusdem nominis, unde nomen regionis *Ἑλλὰς* i. e. *γῆ*. Quod si ita est, vereor, ut *Δακεδαίμων* recte dicatur pro *Δακεδαιμόνιος*, quod quidem legitur ap. Gregor. Cor. p. 226. s. *καὶ τὸ τὰ πληθυντικὰ ἑνικῶς ἐκφέρειν Ἀττικὸν, οἷον ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τοὺς Δακεδαιμονίους λέγειν τὸν Δακεδαίμονα, κ. τ. λ.* (Nihil ineptius cogitari potest isto Corinthio!) et ap. Diodor. Sicul. XV. 83. quem laudat *Schaefer.* ad Greg. l. l. Conf. in ind. et inserendis in ind. graecitat., ubi de hac forma non minus ap. Graecos quam Latinos dubitantem videas. Quod autem ex his posterioribus laudant Senec. de benef. V. 24. qui scripserit: *machaera Hispania*; dudum melius procul dubio exprimendum curavit Lipsius: *machera Hispanâ*. Prius non foret magis tolerandum, quam Velleianum: *iuventuteh Graeciam*, quod in scriptore corruptelis scatente haud parum suspicionis habet. Credat genuina esse, qui velit, alia quaedam Taubmanno ad Plaut. Asinar. I. 1. 85. laudata, ut ex Tertullian. d. pall. III. *Audaciam Graeciam*; ex Martiale: *Libyam Palaestram*.

II. 40.

Βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν, ὥστε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν· ὁ δ' ἀντοφείλων, ἀμβλύτερος, εἰδὼς οὐκ εἰς χάριν, ἀλλ' εἰς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. Haec varie possunt intelligi. Aut *genitivus* subauditur subiecti, quod vocant, quo pronomen relat. ᾧ referendum sit, aut *accusativus* eiusdem subiecti, ita fere: *ὥστε ὀφειλομένην σώζειν (τὸν δράσαντα sc.) δι' εὐνοίας (ἐκείνου) ᾧ δέδωκε.* Malim tamen cum Schol. altero modo ita interpretari: *ἡ σύνταξις οὕτως· ὥστε ὀφειλομένην σώζειν, ἐκεῖνον δηλονότι, ᾧ δι' εὐνοίας δέδωκεν.* Σώζειν vero significat, ni fallor: *memoria servare.* Porson. praef. ad Hecub. p. XXXVI. „Quanquam σώζειν ap. Tragicos aliquando *meminisse* significat, longe aptior hoc sensu est media forma". V. Sophocl. Trach. 682. Eurip. Suppl. 918. Helen. 274. Opponitur διολλύειν ut ap. Sophocl. Oed. Reg. 318. ubi vid. Brunck. conf. eund. ad Eurip. Bacch. 782. Hippolyt. 391. — Paullo ante verba: *οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους* memoriam iniiciunt Sallustii B. C. 9. de Romanis scribentis: *post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant: magisque dandis, quam accipiundis beneficiis amicitias parabant.* Certe non secus ac nostra aetate terrarum dominos amicitias parare vidimus.

II. 41.

Ξυνελών τε λέγω, τὴν τε πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι κ. τ. λ. Confer Thucydidis epigr. in Anthol. T. I. p 162. Iac. et ap. Athenae. T. II. p. 224. v. Dorvill. ad Charito. p. 272. Miror Bauserum ita interroganteni: „ ed ubi Thucydides Athenas vocat Ἑλλάδος Ἑλλάδα? Nempe in historia non dixerat, sed Eustath. ad Il. B. p. 284. Rom. ex illo epigrammate sumsit. — Καὶ μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει, ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν, ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχεται. Ἔχει a Criticis varie est acceptum. Equidem ita interpretor: *non praebet* (urbs) *materiem succensendi, quod a talibus clades accipiant* (hostes), *neque reprehendendi, quasi viris indignis imperio pareant.* Ea enim est vis vocabuli ἔχειν. v. Nostr. VI. 48. Apollodor. Comic. fragm. IV. 1. Br. Tibull. I. 4. 10. *Plutarch.* V. Aemil. 36. 26. Contrario sensu usurpatur ab Aeschyl. Prom. 445. ubi ἔχ. μέμψιν est: *homines criminari, vituperare*, nec scio, an a Pindar. Isthm. IV. 61. ubi Heyne cum Koppio T. II. p. 138. vertit: *opprobrium facit*, secus ac Schol. T. II. p. 823. v. *Schaefer.* ad Greg. Cor. p. 4. s. et not. ad ind. p. 983. add. Ducker. ad Thucyd. h. l. — Καὶ οὐδὲν προσδεόμενοι οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου, οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τοιαῦτα τέρψει; τῶν δ' ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάψει

.....Futuro *βλάψει* usus est, respiciens ad supra dicta: *τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασθησόμεθα.* Neque Homero opus est praecone virtutum nostrarum, neque alio quoquam, cuius sermones animum in praesentia quidem demulcent, *sed veritas posteris patefacta falsam opinionem tollet.* Iunge *ἔργων ἡ ἀλήθεια.* Eiusmodi enim transpositiones adamat, ut supra II. 36. *οἱ νῦν ἔτι ὄντες μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ* iungendum, ut recte notavit Bredov. *ἔτι μάλιστα*.... II. 74. *τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις* et sic innumeris locis. *Schneider.* in vocabul. gr. s. v. *ὑπόνοια* ita haec verba laudat: *τῶν δὲ ἔργων ἡ ὑπόνοια τὴν ἀλήθειαν βλάψει* nescio quo errore. In explicatione Vocabuli: *ὑπόνοια* Gottleberum sequor, qui Ruhukenii ad Timae. p. 200. observationibus usus est. Ex eius sententia hic sensus subest: *falsa opinio ex tropis et allegorico poëtarum sermone orta.*

II. 42.

Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ τῷ ἐνδόντες, σώζεσθαι, τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὸ δ' ἔργον τῷ σώματι ὑπέμειναν.....

Cod. *Monac.* 218. super *αὐτῷ* scriptum habet: *τῷ ἔργῳ* i. e. *in pugna.* Recte. Sed pro *τῷ ἐνδόντι* nolim mutata accentus notatione *τῳ*

ἐνδόντες scribere. Friget enim. Si quid video, *participium* hic est positum pro *infinitivo*: τῷ ἐνδοῦναι, ut IV. 63. καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος, καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους κατ' ἀμφότερα ἐκπλαγέντες .... ubi non diffiteor, aliter fortasse Scholiasten legisse, qui exponat: καὶ νῦν τῆς μὲν πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς ἐπιλαθώμεθα, δι' ἀμφότερα, διά τε δηλαδὴ τὸ ἄδηλον τυγχάνειν, εἰ πεισόμεθά τι ὑπ' ἀλλήλων, καὶ διὰ τὸ τοὺς Ἀθηναίους ἤδη φοβεροὺς ἡμῖν εἶναι παρόντας, ἱκανὰ νομίσαντες αἴτια τῆς ἀποτροπῆς ταῦτα. Veruntamen haec structura planior est, quam ut Nosto conveniat, et interpretem redolet. (Obiter moneo, extrema huius capitis ita ex Cod. Paris. *F.* legenda esse: ἦν δὲ ἀπιστήσαντες, ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τὸ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ, ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρή, κατ' ἀνάγκην γιγνώμεθα.) V. 7. αἰσθόμενος τὸν θροῦν, καὶ οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι, ἀναλαβὼν ἦγε. Vbi v. Bredov. (Strab. p. 53. A. Ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ λίαν γνώριμα ὄντα φαίη τις δόξειν οὐκ ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τοὺς εἰδότας. Fortasse legendum: μᾶλλόν ΠΟΥ.) In his omnibus verbi finito, infinitivo sive alio vocabulo opus est supplendo, quo participium fulciatur. Non secus ac apud Nostr. I. 120. καὶ ἔτι πλείω, ἃ καλῶς δοκοῦντα

βουλευθῆναι ἐς τοὐναντίον ..... Eurip. Suppl. 410. *Schaef.* Aeschyl. Agam. 422. Schütz. Xenoph. Conv. VI. 6. Cyrop. VIII. 2. 8. Quare fortasse participium potius est verbo finito ap. eund. H. Gr. VI., 4. καὶ μὲν Βοιωτοί γε, καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι Λακεδαιμονίοις πολεμοῦντες, ὑπάρχουσί μοι σύμμαχοι. Ita Marg. Vict. et Leonclav. pr. πολεμοῦσιν. add. Theogn. 845. 1160. Nostr. IV. 8. 126. 37. v. Dorvill. ad Charito. p. 582. 410. 644. Saepenumero eiusmodi verbum non supplendum, sed e praecedentibus, quamvis longe remotum, repetendum est. Hoc locum habet in I. 25. οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα, ΟΥΤΕ ... προκαταρχόμενοι ... περιφρονοῦντες δὲ .... καὶ ... ὄντες ... ἔστιν ὅτε ἐπαιρόμενοι, καὶ κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας, κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς. Hic ex superioribus repete: αὐτῶν παρημέλουν οἱ Κερκυραῖοι, et nota subitam casus enallagen, Nostro persolennem, in ἐχόντων. V. Demetr. d. elocut. S. 65. (Obiter ex hac observatione tractabo alium locum VII. 57. extr. qui vulgo ita exhibetur: Ἰταλιῶται δὲ, Θούριοι καὶ Μεταπόντιοι ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις τότε, στασιωτικῶν καιρῶν κατειλημμένων, ξυνεστράτευον, καὶ Σικελιωτῶν, Νάξιοι καὶ Καταναῖοι. Vocabulum τοιαύταις bene explicat Bauerus, in reliquis longe a veritate aberrat. Nempe quid sibi volunt στασιωτικοὶ καιροὶ κατειλημμένοι?

Etenim interpunctione falsa haec verba laborant. Tu lege: ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις τότε στασιωτικῶν καιρῶν κατειλημμένων, Supple αὐτῶν. Genitivi enim Participiorum Substantivis carentes admodum Nostro frequentes sunt. Hic locus ita vertendus est: *Ex Italicis vero populis Thurii et Metapontii, qui in huiusmodi temporum angustiis et in reip. seditione intercepti essent, eandem militiam sunt sequuti.* Conf. Aristid. Orat. de Quatuorv. T. II. p. 127, 8. Lucian. de Conscr. H. T. IV. p. 193. Amorr. T. V. p. 279. Diall. meretr. T. VIII. p. 257. Plutarch. V. Pelop. 11. Sertor. 9. passim.) Hinc enodandus est locus difficillimus semper putatus VII. 28. vid. omnino Matthiae. ad Homer. Hym. Apoll. 157. p. 28. s. denique hic participii usus memorandus est, ubi e duobus orationis membris, coniunctionibus οὔτε — οὔτε, sive τε — τε, similibusve iunctis, alterum habet participium, alterum verbum finitum, ut II. 28. Τήρης δὲ, οὐτε τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων, βασιλεύς τε πρῶτος Ὀδρυσῶν ἐγένετο, debebat scribi: οὔτε εἶχε, βασιλεύς τε. IV. 126. ubi de Macedonibus inter fugam pugnantibus loquitur: οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες, αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινὰ χώραν βιαζόμενοι. Hic non potest non repeti coniunctio οὔτε cum verbo αἰσχυνθεῖεν iungenda. Conf. III. 72. init. — ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ καταρθώσειν ἐπιτρέψαντες, ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ ἤδη ὁρωμένου σφίσιν αὐ-

τοῖς ἀξιοῦντες πεποιθέναι pro patria mortui sunt hi Athenienses. H. l. imitatus est Heliodor. I. p. 49, 21. Bourd. τοῦτό τοι καὶ αὐτῇ τὸ παρὸν ἐπινοίας ὑπερεθέμην, ταῦτα (hac voce edd. ante Corayum carent. Habet eam cod. Patavin. optimae notae, unde excerpta Monachii mea feci.) τὰ πρόδηλα τοῖς ἀδήλοις διακρουσαμένη.

II. 43.

Τοὺς δὲ λοιποὺς χρὴ ἀσφαλεστέραν μὲν εὔχεσθαι, ἀτολμοτέραν δὲ μηδὲν ἔχειν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους διάνοιαν ..... ἐνθυμουμένους, ὅτι τολμῶντες, καὶ γιγνώσκοντες τὰ δέοντα, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες αὐτὰ ἐκτήσαντο ..... Haec ducta sunt ex Homer. Il. E, 530. ut notavit Heyn. ad h. l. Infr. IV. 92. ὧν χρὴ μνησθέντας ἡμᾶς .... πειρᾶσθαι μὴ αἰσχύναι τὰς προσηκούσας ἀρετάς respexit Homer. Il. VI. 209. ubi Schol. versus Homericos laudavit. Conf. ad priorem loc. V. 9. καὶ νομίσατε εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν τὸ ἐθέλειν, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι, καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι. — οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου, οἷς ἐλπὶς οὐκ ἔστ' ἀγαθοῦ .... Cod. Monac. 218. οὐκ ἔστιν ἀγαθοῦ. Non amat hic scriptor synaloephas, neque refugit hiatus. Sectatur enim ἁρμονίαν αὐστηράν, auctore Dionys. H. d. comp. V. s. 22. v. Dorv. ad Charitc. p. 393. Hermogenes scribit Thucydidem magno studio con-

cursus vocalium conquirere διὰ τὴν σεμνότητα τοῦ λόγου. Conf. Phrynich. Eclog. p. 6. Pauw. Demetr. d. Eloc. 35. 48. s. 71. s. Dionys. H. l. l. p. 322. ss. Reitz ad Lucian. T. VI. p. 472. V. 25. ἐπὶ ἓξ ἔτη. VI. 4. ὑπὸ αὐτῶν. 20. ἐπὶ ἃς μᾶλλον πλέομεν. v. variet. lect. ad III. r. sub l. e) T. I. p. 416. Lips.

II. 44.

Τὸ δ' εὐτυχὲς, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης ..... Eandem verborum structuram infra dedit IV. 16. 18. ubi v. Heilm. VI. 14. VII. 68. Καὶ νομίσωμεν, ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους, οἳ ἂν, ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ προσπεσόντος, δικαιώσωσιν ἀποκλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δὲ, ἐχθροὺς ἀμύνασθαι, ἐγγενησόμενον ἡμῖν, καὶ τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι. Ita enim h. l. distinguendus est. Praeiit Homerus: βέλτερον ὅς φεύγων προφύγῃ κακὸν ἠὲ ἁλώῃ. *Heyn.* T. VI. p. 536. „debebat dicere: βέλτερον εἴτις". *Xenophon.* Oeconom. IV. 9. v. *Hermann.* ad Viger. p. 711, 36. — Sequentia ita legere malim ex codd. longe plurimis et in his *Monac.* 218. Καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι, οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιεῖσθαι. ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται· καὶ τῇ πόλει διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι, καὶ ἀσφαλείᾳ ξυνοίσει.

III. 30.

Καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον, νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ ΚΑΙΝΟΝ τοῦ πολέμου, ἢ τὸ τοιοῦτον, ὃ εἴτις στρατηγὸς ἔν τι αὐτῷ φυλάσσοιτο, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο. Repone ex Marg. Victorii *τὸ ΚΕΝΟΝ τοῦ πολέμου.* (Quanquam haud satis firma videtur esse haec auctoritas, quia valde dubium est, an codices Vict. huic scriptori cognoscendo adhibuerit). Etiam ap. *Strabo*: p. 38. *A. Κενὴν* et *καινὴν* confusa sunt. E Nostro hinc sua duxit Heliodor. p. 355, 25. Cor. *καινουργὸς δὲ ὢν ἀεί πως ὁ πόλεμος τό τε τι καὶ πλέον καὶ οὐδαμῶς εἰωθὸς ἐθαυματούργει.* Coray. *παρὰ ....τῷ Θουκυδίδῃ (ἴδ. τὸν σχολιαστὴν αὐτοῦ.) καὶ παρ' ἅπασιν ὡς ἔπος εἰπεῖν τοῖς ἐξ αὐτοῦ λαβοῦσι τὴν φράσιν καὶ παροιμιακῶς ἐξενεγκοῦσι, διττὴ πολλάκις φέρεται γραφὴ, καινὸν τὸ κενόν, αὐτίκα Ἀριστοτέλης (Ἠθ. Νικομ. Γ, ια΄.)* „δοκεῖ γὰρ εἶναι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου, ἃ μάλιστα συνεώρακασιν οὗτοι (οἱ στρατιῶται)“ *Καὶ Πλούταρχος δὲ (περὶ τοῦ ἀκούειν §. 5.)* „ὡς γὰρ πολέμου, καὶ ἀκροάσεως πόλλὰ τὰ κενὰ ἐστι κ. τ. λ.“ *Κἂν τούτοις μὲν διὰ τοῦ ε ἡ γραφὴ, ἦν καὶ ὁ νοῦς ἀπαιτεῖν ἔοικε· σημαίνει γὰρ ἐνταῦθα τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, τὰς ματαίας ἐκπλήξεις καὶ καταπτοήσεις ἃς καὶ πανικοὺς φόβους καλεῖν εἰώθασι. — Ἡ δὲ τῶν γραφῶν αὕτη συγχυσις ἐκ τούτου μάλιστα λαβεῖν ἔοικε τὰς ἀφορμὰς, ὅτι καὶ*

ἀληθὴς ἀμφοτέρων ὁ νοῦς· καὶ ἔχει γὰρ οὖν ὁ πόλεμος οὐ μόνον πολλὰ κενά, ἀλλὰ καὶ πολλὰ καινά. οἷον ἐστι τὸ ἐν τῷ προκειμένῳ χωρίῳ τοῦ Ἡλιοδώρου. Cic. Epist. ad Attic. V. 20. *Interim scis enim dici quaedam* πανικά, *dici etiam* τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, *rumore adventus nostri et Cassio, qui Antiochiae tenebatur, animus accessit et Parthis timor iniectus est.* V. Diodor. Sic. XVII. 86. ibiq. Wesseling. XX. 30. 68.

III. 31.

Ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀπ' Ἰωνίας φυγάδων, καὶ οἱ Λέσβιοι ξυμπλέοντες παρῆνουν, ἐπειδὴ τοῦτον τὸν κίνδυνον φοβεῖται, τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων καταλαβεῖν τινα, ἢ Κύμην τὴν Αἰολίδα, ὅπως ἐκ πόλεως ὁρμώμενοι τὴν Ἰωνίαν ἀποστήσωσιν. ἐλπίδα δ' εἶναι, (ΟΥΛΕΝΙ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι.) Καὶ τὴν πρόσοδον τε τὴν μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἣν ὠφέλωσι, καὶ ἅμα ἣν ἐφορμῶσι ΣΦΙΣΙΝ, ΑΥΤΟΙΣ δαπάνη γίγνηται· πείσειν τε οἴεσθαι κ. τ. λ. Ita ex Cod. *Monac.* 228. et aliis (Pariss. sc.) h. l. malui refingere. Hunc puto inesse sensum: *Es wäre Hoffnung* (zum Abfalle Ioniens) *denn sie wären iedermann in Ionien zu gefallen gekommen, sobald sie den Atheniensern dieses Haupteinkommen entrissen hätten, und diese bey einer Einschliessung von der See aus Kostenaufwand machen müss-*

ten. Auch glaubten sie etc. Frequens admodum est locutio: *μὴ ἀκουσίῳ ἀφῖχθαι, ἀσμένῳ ἀφῖγμαι.* Pro *ἀκουσίως* enim facili correctione *ἀκουσιῳ* legi potes. (Sic *ἀσμένοις* et *ἀσμένως* confusa apud Plutarchum. V. Sertor, 9. *ἀσμένοις δὲ τοῖς Μαμρουσίοις ἀφικόμενοις, εἶχετο ἔργου*, ubi cod. *Monac.* 85. *ἀσμένως.*) Infr. IV. 85. *θαυμάζω δὲ τῇ τε ἀποκλείσει μου τῶν πυλῶν, καὶ εἰ μὴ ἀσμένοις ὑμῖν ἀφῖγμαι.* V. *Coray.* ad Heliodor. p. 100. 210. Koen. et Boissonad. ad Greg. Cor. p. 376. s. Dorv. ad Charito. p. 467. s. Quicquid est, exules hoc in mente habebant: Duo emolumenta Lacedaemoniis inde redundatura esse, si quam urbem in Ionia occupassent, Atheniensibus enim redituum, qui maximus esset, ereptum iri, sumtusque ab iisdem in expugnandis Ioniae urbibus, quae iam descivissent, esse faciendos.

III. 38.

Ἡ δὲ πόλις ἐκ τῶν τοιῶνδε ἀγώνων τὰ μὲν ἄθλα ἑτέροις δίδωσιν, αὐτὴ δὲ τοὺς κινδύνους ἀναφέρει. αἴτιοι δ' ὑμεῖς, κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων· τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες, ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι· τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τῷ θεαθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες, ἢ τὸ ἀκουσθὲν, ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων· .... Eandem sententiam non semel, nec uno modo

expressam in his libris protulit, ut V. 118. Ἀλλ' οὖν μόνοι γε ἀπὸ τούτων τῶν βουλευμάτων ..... τὰ μὲν μέλλοντα τῶν ὁρωμένων σαφέστερα κρίνετε, τὰ δὲ ἀφανῆ, τῷ βούλεσθαι, ὡς γιγνόμενα ἤδη θεᾶσθε. Hoc loco prior explicatur. Conf. Heliodor. VIII. p. 379. 14. ἃ γὰρ ἐπιθυμεῖ ψυχή, καὶ πιστεύειν φιλεῖ. Charit. VI. 5. p. 139, 20. φύσει γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὃ βούλεται, τοῦτο καὶ οἴεται, v. quos ibi laudat doctissimus omnium interpres. Noster IV. 108. med. Καὶ γὰρ καὶ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς (incolis urbium sc. qui ab Atheniensibus desciscebant,) ἐψευσμένοις μὲν (τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως ἐπὶ τοσοῦτον, ὅση ὕστερον διεφάνη, τὸ δὲ πλέον βουλήσεις κρίνοντες ἀσαφεῖς· ἡ πρόνοια ἀσφαλεῖ· εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὐ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι, ὃ δὲ μὴ προσίενται, λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι. Hac mente supra dixit τὰ μέλλοντα. ἔρχα σκοποῦσιν, ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι, μεῖζον μέρος, ut III. 3. ait, μεῖζον μέρος inquam νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι contraria iis, quae optant. Athenagoras contra in VI. 4. Syracusas, urbem suam melius sibi consulturam sperat, καὶ εἰ μή τι αὐτῶν (quia de Atheniensium adventu rumores ferebantur) ἀληθές ἐστιν, (ὥσπερ οὐκ οἶομαι,) οὐ πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀγγελίας καταπλαγεῖσα, καὶ ἑλομένη ὑμᾶς ἄρχοντας, αὐθαίρετον δον-

λείαν ἐπιβαλεῖται· αὐτὴ δ' ἐφ' ἑαυτῆς σκοπεῖσα, τούς τε λόγους ἀφ' ὑμῶν ὡς ἔργα δυναμένους κρινεῖ, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλευθερίαν οὐχὶ ἐκ τοῦ ἀκούειν ἀφαιρεθήσεται, ἐκ δὲ τοῦ ἔργῳ φυλασσομένη μὴ ἐπιτρέπειν (τὴν στρατηγίαν sc.) πειράσεται σῴζειν. V. omnino *Bauer.* ad h. l. In his omnibus ἀκοαὶ — λόγοις, λόγοι — ὄψεσι, ἔργα — λόγοις opponuntur ut I. 73. ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες, ἢ ὄψεις τῶν ἀκουσάντων. Ita Athenienses increpat Solon. XIX. εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε, καὶ εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρος. εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε. Sententia itaque loco, quem tractamus, haec: *Quod auditis ex oratoribus vestris, ut vobis persuadere conentur, ita vobis videtur esse* (θεαταὶ τῶν λόγων, ἆθλα quasi oratoribus proponentes.) *quod factum, ita factum esse fingitis, ut auditis et persuaderi vobis patimini*, ὃ μὴ προσίεσθε, λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθούμενοι, (ἀκροαταὶ τῶν ἔργων.) Eadem oppositione usus est Plato Politiae VI. 12. p. 475. a. Lugd. (p. 183. Ast.) . . . . τὸ μέντοι μὴ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις τοὺς πολλοὺς, θαῦμα οὐδὲν· οὐ γὰρ πώποτε εἶδον γενόμενον τὸ νῦν λεγόμενον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοιαῦτ' ἄττα ῥήματα ἐξεπίτηδες ἀλλήλοις ὡμοιωμένα, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μάτου, ὥσπερ νῦν ξυμπεσόντα κ. τ. λ. Vbi Schol. p. 172. s. Ruhnken. loco Thucydides usus est: Πικρὸν τὸ λέγειν, ὅτι ἔργῳ μὲν τὰ νῦν λε-

γόμενα καλῶς οὐκ εἶδον οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοιαῦτα ῥήματα εἶδον. καὶ γὰρ ὁ Θουκυδίδης ἐπιπλήττων τοὺς Ἀθηναίους λέγει· ὅτι ὑμεῖς θεαταὶ μέν ἐστε τῶν λόγων, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων . . . . . .

III. 56. extr.

Καί τοι χρὴ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ὁμοίως φαίνεσθαι γιγνώσκοντας, καὶ τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι, ἢ τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς ὅταν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ΕΧΩΣΙ καὶ τὸ παραυτίκα ΥΜΙΝ ὠφέλιμον καθιστῆται. Ita hunc locum lego. Ὑμῖν pro vulgato ἡμῖν cum eliis libris MS. Monac. 228. habet. Haec verba hunc sensum habent: *Atqui de rebus itsdem idem semper VOS sentire oportet, et utilitatem nihil aliud esse existimare, nisi quod sociis, qui strenuè se gesserunt, semper fortitudinis gratiam rependatis, et simul praesentia negotia ex usu vestro constituantur.* i. e. *wenn gerade auch die gegenwärtigen Verhältnisse so beschaffen sind, dass die Pflicht der Dankbarkeit gegen treue Bundesgenossen eurem Vortheile gemäss nicht damit in Widerstreit komme.*

III. 82. med.

Ὁ δὲ πόλεμος, ὑφελὼν τὴν εὐπορίαν τοῦ καθ' ἡμέραν, βίαιος διδάσκαλος, καὶ πρὸς τὰ παρόντα τὰς ΟΡΓΑΣ τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ. De vi vo-

cabuli ὀργή, quam dicunt, *morali* otium nobis fecit diligentia Erfurdtii ad Soph. Antig. 354. Werferi in Actt. T. I. p. 77. Casauboni ad Aristoph. Eqq. 41. Vid. Hesych. s. vv. Δίχολοι, Ὀργή. ibiq. interpp. et Albert. ad T. I. c. 1518. Ὀργαὶ pro *tumultu* civitatis fame afflictae occurrit ap. Philostr. I. p. 17. extr. Ap. Plat. p. 972. extr. Steph. pro *poena a iudice irrogata*. Ita ὀργίζεσθαι venit pro *punire* ap. *Lysiam*. p. 65, 5. *B.* ὀργὴ pro τιμωρία ap. Polyb. II. 58. Dionys. H. p. 96., 8. 231, 36. 39. 387, extr. Sylb. Ita ὀργὴν iudicibus tribuit Aristid. T. II. p. 43, 7, Iebb. νόμοις καὶ ὀργαῖς καὶ δικαστηρίοις iungit Lucian. T. I. p. 827. d. Amst. ἀνδραγαθίης καὶ ὀργῆς καὶ παιδεύσιός τε καὶ τρόπου iungit Herodot. VI. 128. Ap. Senec. Herc. fur. 174. *irae* sunt δεινότης rhetorica, quam dicunt: *Illum populi favor attonitum, Fluctuque magis mobile vulgus Aura timidum tollit inani: Hic clamosi rabiosa fori Iurgia vendens* improbus, *IRAS Et verba locat.*

III. 116.

Ἐρρύη δὲ περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης, ὥσπερ καὶ τοπρότερον .... λέγεται δὲ πεντηκοστῷ ἔτει ῥυῆναι τοῦτο μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα· τὸ δὲ ξύμπαν, τρὶς γεγενῆσθαι τὸ ῥεῦμα, ἀφ' οὗ Σικελία ὑπὸ Ἑλλήνων οἰκεῖται. Τὸ πρότερον ῥεῦμα quod dicit est *secundum* incendium ex tribus iis, quae accide-

runt inde ab eo tempore, quo Sicilia a Graecis occupata est. Accidit autem, si Dodwello fides Ol. 76 $\frac{1}{2}$ ante Chr. N. 47$\frac{5}{4}$, 6 annis ante Hieronis victoriam, a Pindaro Pyth. I. celebratam, cuius versu 29. ss. mentionem Aetnae et eius incendii iniicit, unde Virgil. Aen. III. 572. colores dixit. V. Aul. Gell. Noctt. Att. XVII. 10. Dodwell. Annal. Thucyd. ad Ol. 76$\frac{1}{2}$ T. II. p. 621. Lips. et rursus ad Thucyd. h. l. T. II. p. 666. Eiusdem incendii aequalis fuit Aeschylus, quippe qui iuvenis pugnae ad Marathona (490) interfuerit, idemque ex eius Prometh. 351. ss. liquet. Quod si Gosselin. ad Strabo. T. I. p. 109. not. 2. argumentum petit Argonauticorum non ab Onomacrito scriptorum inde, quod *primum*, ut dicit, incendium, si non iuxta Marmor. Oxon. Epoch. 53. p. 169. 479 annis ante Chr. N. at auctore Thucydide annis 476 eiusd. aerae acciderit, in eo fallitur vir doctissimus, quod hoc primum esse vult incendium, de quibus Thucydides verba facit. Videlicet Onomacritus sexaginta ante annis floruit, quam hoc incendium accidit. Respicit Gosselin. Argonaut. 1256. Herm. αὐτὰρ ἐπεὶ Λιλύβαιον * * ἠχέτα ποσσὶν Τριγλωχινά τε νῆσον ἐπέσχομεν Ἐγκελάδοιο, Αἰτναίῃ τὸν φλόξ οἱ ἐρυτύει μεμαῶτα· Δὴ τόθ' κ. τ. λ. *Secundum* incendium est, quod vocat πρότερον ῥεῦμα, *tertium*, quod sexto belli Peloponesiaci anno accidisse narrat. Tertium quoddam mem-

ria hominum incendium accidisse, non quo anno acciderit, indicat. Mecum facit Heyn. Exc. XV. ad Virg. Aen. III. T. II. p. 502. s. „Pindari aetate Ol. 57. 4. *alterum* Aetnae incendium contigerat; tertium 50 annis post, Ol. 88. 2. (V. Thucyd. III. 5. leg. 116.) *At primum incendium (ab eo sc. tempore, quo Graeci in insulam immigraverant) temporis nota destituitur*". V. Iohannis Mülleri Opp. T. V. p. 152.

IV. 10. med.

Καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν, μὴ ΡΑΔΙΑΣ *αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως* .... Plerique libri tum. editi tum MSS. et in his duo Pariss. ΡΑΔΙΩΣ, quae scriptura exquisitior est, coll. II. 14. *χαλεπῶς αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο.* 47. *οὔτε φθορὰ οὕτως ἀνθρώπων γενέναι.* Cic. pr. Rosc. Am. c. 5. *Omnes hanc quaestionem te praetore de manifestis maleficiis, quotidianoque sanguine* REMISSIVS *sperant futuram.* Mox ad verba: *ὥστε τὰς τούτων ἀπορίας ἀντιπάλους ἡγοῦμαι τῷ ἡμετέρῳ πλήθει* v. Schol. coll. Heyn. ad Il. T. VII. p. 342. s.

IV. 25.

Καὶ οἱ Νάξιοι, ὡς εἶδον, θαρσήσαντες, καὶ παρακελευόμενοι ἐν ἑαυτοῖς ... ἐκδραμόντες ἄφνω ἐκ τῆς πόλεως, προσπίπτουσι τοῖς Μεσσηνίοις .... *Coray.* ad Heliodor. p. 7. *ταύτην τὴν*

χρῆσιν (πρὸς ἑαυτοὺς sc. pro πρὸς ἀλλήλους) Ἡσύχιος, Σουΐδας, Πρισκιανὸς καὶ ἄλλοι πλεῖστοι τῶν Ἀττικῶν εἶναί φασιν. Ὁ μέντοι Εὐστάθιος περὶ αὐτῆς ταῦτα λέγει (Ὀδυσσ. Ε. 481.) „τὸ μὲν γὰρ ἑαυτοὺς, ὡς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἐπὶ τῶν καθ' αὑτὸ λεγομένων τέθειται· οἷον, Αἴας καὶ Μενοικεύς, φασὶν, ὁ Κρέοντος, ἑαυτοὺς ἀνεῖλον, ἤγουν ἕκάτερος ἑαυτόν. τὸ δὲ Ἀλλήλους ἐπί τινων (γρ. ἐπὶ τῶν) συμπεπλεγμένων κεῖται· οἷον οἱ τοῦ Οἰδιπόδος παῖδες ἀλλήλους ἀπέκτειναν, ἤτοι ἕτερος τὸν ἕτερον. Μένανδρος οὖν, φασὶν, ἁμαρτάνει, Οὐκ ἠρκέσαμεν ἑαυτοῖς· ἔχρην γὰρ, Ἀλλήλοις, εἰπεῖν". conf. Etymol. M. s. v. Ἀλλήλους qui cum Eustathio consentit. Ἀλλ' εἰ, Coray. pergit, Μένανδρος ἁμαρτάνει, ἥμαρτε δήπου καὶ Θουκυδίδης (h. l.) laudat praeterea Sophocl. Antig. 145. 53. ubi pro αὐτοκτενοῦντι legere iubet αὐτοκτονοῦντε, analogia ductus, minus tamen recte ap. Nostr. ἑαυτοῖς παρεκελευόμενοι sine praepositione ἐν. Repugnant haec: V. 69. extr. VIII. 76. Καὶ παραινέσεις . . . ἐποιοῦντο ἐν σφίσιν ἀνιστάμενοι et: ἐν σφίσιν αὐτοῖς . . . , τὴν παρακέλευσιν . . . ἐποιοῦντο.

IV. 42.

Ὡς δὲ αὐτοὺς ἔλαθον νυκτὸς καταπλεύσαντες, καὶ τὰ σημεῖα αὐτοῖς ἤρθη . . . ἐβοήθουν κατὰ τάχος. Recte Schol. σημεῖα de ignibus accipit, hostis adventantis indicibus. Negant vero *ignifera* signa hic indicari Bredov. et Bauer. Quidni? conf.

mihi IV. 111. III. 22. ibiq. ipsum Bredov. VIII. 102. Hic ignis usus ut noctu unus omnium idoneus, et ita antiquissimus iam Homero memoratus est Il. Σ, 207. ss. et Aeschylo Agam. init. conf. Polyb. X, 38 — 44. Theogn. 561: *Ἄγγελος ἄφθογγος πόλεμον πολύδακρυν ἐγείρει, Κύρν', ἀπὸ τηλαυγοῦς φαινόμενος σκοπιῆς* κ. τ. λ.

IV. 135.

Τοῦ γὰρ Κώδωνος παρενεχθέντος, οὕτως εἰς τὸ διάκενον, πρὶν ἐπανελθεῖν τὸν παραδιδόντα αὐτόν, ἡ πρόσθεσις ἐγένετο. Vocabulo *κώδων* quid significetur h. l. nondum exploratum est. *Hesych. Κωδωνοφορῶν· οἱ περιπολάρχαι ἐπὶ τοὺς φύλακας ἐρχόμενοι κώδωνα διέσειον, καὶ οὕτως ἐξεπείραζον τὸν καθεύδοντα. ἀπὸ δὲ τῶν ὀρτύγων ἡ χρῆσις. τοὺς γὰρ ὑπομείναντας τὸν ἦχον τοῦ κώδωνος φασὶν ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς μάχην. φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοῖς κώδωσιν ἐξετάζεσθαι.* Conf. Photius s. ead. voc. qui habet: *καὶ ἐψόφουν πειράζοντες τὸν καθεύδοντα.* Non poterat tuba significari, sed tintinnabulo. Sophocl. tamen Aiac. 17. *χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς* ... ubi Lobeck. p. 223. s. interpretatur per *σάλπιγγα*, ut liquet ex locis Gregorii Nazianz. et Eustathii de Ism. ab eo allatis. Proprie tamen de parte anteriore et latiore *σάλπιγγος*, unde sonus exit, accipiendum est. V. Interpp. ad Hesych. s. v. *κώδων*. Hoc sensu etiam usurpatur ab Eustath. ad Il. Σ a Lobeckio lau-

dato, et a Pollux. On. VI. 110. (ubi de Κοττάβῳ ap. Arist. Pac. 1240. ss. loquitur. V. Schneider lex. gr. s. v. T. I. p. 695.) Forma orificii tubae latius patentis, quam tintinnabula, pocula, alia communem habent, fecit ut κώδων etiam tum tintinnabulum, tum eiusmodi formae poculum significaret. ut apr. Etym. M. fol. 137. ed. Flor. Ἀκρατοκώδωνες· οἱ χίοι οἱ πίνοντες ἄκρατον ἐκ τῶν κωδώνων κ. τ. λ. Nam quod alterum vocab. per θ, alterum per δ effertur, mihi quidem magis usu ita invaluisse videtur, quam ut derivationem differre putem. Item propter formam, vel quia ex sono vehemente cum tintinnabulo et tuba similitudo obtinet, alius instrumenta generis hac voce appellantur, ut ἠχεῖον, theatrale instrumentum ad sonum in theatro augendum, distribuendumque. V. Vitruv. V. 5. I. v. Schneid. ad eclogg. phys. p. 175. Porro ex forma vis huius vocis transiit in alia. Sic Hesychius: Κώδων· = μύκων (leg. μήκων, *papaver*) κάλυξ. Ex vehemente autem vel tintinnabuli vel tympani vel tubae sono garrulus homo κώδων audit, unde κωδωνίζειν est *divulgare*. V. Toup. ad Longin. XXIII. 4. Aristoph. Pac. 1078. ἡ κώδων ἀκαλανθὶς. Demosth. c. Aristog. I. p. 495., quem observante Ruhnkenio imitatur Longin. l. l. De tibiis, quae cum inflarentur, sonus reddebatur tibiarum sono similis, vox κώδων accipienda esse videtur ap. Polluc. T. II. p. 1213.

Vt summatim dicam: primitiva vis vocabuli κώδων videtur esse: *orificium* tubae, unde transiit in alias similis formae res, vel instrumenta musica, vel plantas similes. Iam cum a parte totum denominantes, poëtae opinor, primi κώδων pro σάλπιγξ usurpassent, instrumentum postea vehementis toni efficiens significare coepit, quale est κύμβαλον, τύμπανον etc. Hinc in homines garrulos transiit et verborum inanem strepitum Sophistarum. Hoc quidem l. malim de *tintinnabulo* cogitare, quocum et verbum παρενεχθέν et explicatio Hesychii convenit. — Ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν. Sic cum ν paragogico scriptum vult Hermann. d. rat. gr. gr. p. 23. Videtur Viro Cel. exploratum distributionem librorum historiae Thucydideae ab ipso auctore profectam esse. Alias enim fieri non potest, quin, quoties eadem verba: ὃν Θ. ξυνέγραψε, recurrunt, idem ν paragog. adhibendum sit. Atqui Diodor. Sic. XII. 37. scribit: Θουκυδίδης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὴν ἱστορίαν ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, ἔγραψε τὸν γενόμενον πόλεμον Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους, τὸν ὀνομασθέντα πελοποννησιακόν. Οὗτος μὲν οὖν ὁ πόλεμος διέμεινεν ἐπὶ ἔτη εἰκοσιεπτά. ὁ δὲ Θουκυδίδης ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι γέγραφεν, ἐν βίβλοις ὀκτώ, ὡς δέ τινες διαιροῦσιν ἐννέα, ut iure in dubium vocare possis, an alia ab ipso distributio facta sit, quam quae est se-

cundum aestates et hyemes, quod quidem ipse profitetur. V. omnino Wesseling. ad Diod. l. l.

V. 8.

Καὶ ἐπέξοδον μὲν ... οὐκ ἐποιήσατο (Βρασίδας) πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, δεδιὼς τὴν αὐτοῦ παρασκευήν, καὶ νομίζων ὑποδεεστέρους εἶναι, οὐ τῷ πλήθει (ἀντίπαλα γάρ πως ἦν) ἀλλὰ τῷ ἀξιώματι· (τῶν γὰρ Ἀθηναίων ὅπερ ἐστράτευε, καθαρὸν ἐξῆλθε ...) τέχνῃ δὲ παρεσκευάζετο ἐπιθησόμενος. εἰ γὰρ δείξειε τοῖς ἐναντίοις τό τε πλῆθος, καὶ τὴν ὅπλισιν ἀναγκαῖαν οὖσαν τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον περιγενέσθαι, ἢ ἄνευ προὔψεώς τε αὐτῶν, καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ ὄντος καταφρονήσεως. — Ὅπλισις ἀναγκαία est armatura vilis, vix necessitati suffectura, *nothdürftige Bewaffnung*, ut Vl., 37. παρασκευὴ ἀναγκ. *nothdürftiges* non *nothwendiges Geräthe*. Schol. οὐ τῆς ἐκ περιουσίας (παρασκευῆς) ἀλλὰ τῆς οὐδὲ αὐτάρκους. I. 2. τῆς καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς, ubi adduntur haec: γενόμενοι τὰ ἑαυτῶν ὅσον ἀποζῆν, καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες. Opponuntur ἀνάγκη et περιουσία sive ἐξουσία ut Vl. 31. vers. fin. ξυνέβη δὲ .... ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπίδειξιν μᾶλλον εἰκασθῆναι τῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας, ἢ ἐπὶ πολεμίους παρασκευήν. Postrema vox tamen habet notionem fastus et elati animi adiectam. Haec autem notio locum non

habet in VIII. 27., quare vulgatam retineo. *Καὶ τὴν πόλιν*, Phrynichus contendebat, *οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ περιπίπτειν, ἢ μόγις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαί μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν, ἢ πάνυ γε ἀνάγκη, προτέρα ποι ἐπιχειρεῖν, ποῦ δή, μὴ βιαζομένη γε, πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι*; (*ἐνδέχεται* sc.) Opponuntur *καθ' ἑκουσίαν* (i. e. *γνώμην*. conf. Sophocl. Trach. 727.) et *ἀνάγκη*. Qua oppositione quid est verius? Sunt qui praeferant quorundam codd. lectionem: *κατ' ἐξουσίαν, in rerum abundantia*. Quid quaeso tunc obstat, ut primi hostem adgrediantur, licet post insignem calamitatem? Valla recte interpretatus est: *Cui cum propter clades acceptas vix liceat cum firmo apparatu SUA SPONTE, vel etiam magna necessitate coactae aliquos aggredi, iam vero quomodo ei non coactae pericula sua sponte suscipere liceret?* Eodem loco supra posito VI. 37. in verbis: *ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, μόλις ἄν μοι δοκοῦσιν, εἰ, πόλιν ἑτέραν τοσαύτην, ὅσαι Συρακοῦσαί εἰσιν, ἔλθοιεν ἔχοντες ..... οὐκ ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι· ἤπου γε δὴ ἐν πάσῃ πολεμίᾳ Σικελίᾳ, (ξυστήσεται γάρ.) στρατοπέδῳ τε ἐκ νέων ἱδρυθέντι, καὶ ἐκ σκηνιδίων, καὶ ἀναγκαίας παρασκευῆς κ. τ. λ.* (ita enim h. l. est distinguendus) in his vero verbis quomodo *στρατόπεδον ἐκ νεῶν*

ἱδρυθέντι, καὶ ἐκ σκηνιδίων Bredovius potuit interpretari: *castra ex navibus etc. constructa?* Vbi tunc est, quo referatur genitivus ἀναγκαίας παρασκευῆς? Etenim praepositio ἐκ h. l. iungitur verbo sessionem quidem exprimenti, ita tamen ut actus pugnandi *e* navibus subaudiatur. Vid. Matth. Gr. gr. §. 596. c. p. 878. Redeo iam ad eum locum, unde huc declinavimus. Τὸ ὄν est *veritas, die Wirklichkeit,* καταφρόνησις ἀπὸ τοῦ ὄντος (infr. Vl. 34. prope fin. dixit: τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς δυνάμει, *die wirkliche Macht.*) *contemtus rei, dignae quae in contemtum veniat,* quae oppositum habet τὸ μὴ ἀπὸ τοῦ ὄντος καταπεφρονημένον. Audi ipsum scriptorem explicantem: δεδιὼς τὴν αὐτοῦ παρασκευήν Brasidas haesitabat, καὶ νομίζων ὑποδεεστέρους εἶναι, οὐ τῷ πλήθει (ἀντίπαλα γάρ πως ἦν) ἀλλὰ τῷ ἀξιώματι (τῶν γὰρ Ἀθηναίων ὅπερ ἐστράτευε, καθαρὸν ἐξῆλθε i. e. *lectissimum exercitus erat* λειφθέντος τοῦ ἀχρηΐου ut Herodoti verbis I. 211. utar, v. Dorv. ad Charit. p. 574) Mox in oratione ad milites habita idem Brasidas, τοὺς γὰρ ἐναντίους, ait, εἰκάζω καταφρονήσει τε ἡμῶν, καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας, ὡς ἂν ἐπεξέλθοι τις αὐτοῖς ἐς μάχην, ἀναβῆναί τε, πρὸς τὸ χωρίον, καὶ νῦν ἀτάκτως κατὰ θέαν (conf. Vl. 31. init. vid. Matthiae animadv. ad Homer. Hym. in Mercur. 65. Od. γ'. 106. λ'. 478.) τετραμμένους ὀλιγωρεῖν.

V. 10. paullo post init.

Ὁ δὲ ἀκούσας ἐπῆλθε. καὶ ...., οὐ βουλόμενος μάχῃ διαγωνίσασθαι .... καὶ οἰόμενος ΦΘΗΣΕΣΘΑΙ, ἀπελθὼν, σημαίνειν τε ἅμα ἐκέλευεν ἀναχώρησιν, καὶ παρήγγειλε τοῖς ἀπιοῦσιν, ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας, ὥσπερ μόνον οἷόν τ' ἦν, ὑπάγειν ἐπὶ τῆς Ἠιόνος. Ita h. l. refingendus est. *Φθήσεσθαι* pro *Ὀφθήσεσθαι* (quod codd. Monac. 228. et Paris. *G*, abrasa litera O, quam prima manus adpinxerat, offerunt) iam Valckenar. ad Thom. M. legi iusserat pone Ruhnken. et aliorum epist. ad Ernest. p. 181. coll. p. 454, 27. Duk. *τὰ μὲν λήσουσιν ὑμᾶς, τὰ δὲ φθήσονταί τε....* Postrema h. l. verba, prava distinctione laborabant. Bauer. repetebat ex *ἀπιοῦσι* infinit. *ἀπιέναι*, ita interpretatus: *er kommandirte sie auf den rechten Flügel. παρήγγελλε τοῖς ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας.* Perperam; Sensus est: *und er befahl den Abziehenden, sich auf den linken Flügel hinzuschwenken, nach der Richtung von Eion, so wie es denn auch nur allein thunlich war.* De scriptura *Ἠιών* v. interpp. ad l. 98.

EXPLICIT PARS PRIOR.

III.

ADDITAMENTA

AD

HERMANNI

EDITIONEM SECVNDAM

VIGERI,

NEC NON

AD

BOECKHII

NOTAS CRITICAS

IN

PINDARVM.

PARS POSTERIOR.

SCRIPSIT

FRIDERICVS THIERSCH.

Sequitur, ut agamus de rationibus, quibus Hermannus atque Boeckhius coniectnras Epimetri nostri impugnarunt. Ne tamen acta repetamus, omittentur omnia, quae ad sententiarum temporalium indolem et structuram pertinent. Singulorum enim locorum defensio ex universâ hâc doctrina pendet, ut qui eam teneat, sine negotio disiicere possit, quae contra afferantur. Ita in ipso disputationis initio p. 915. apertum est, confudisse Hermannnm sententias, quas ego temporales dixeram, cum iis, quae ad *relativarum* genus erant revocatae, ab Indicativo in re praesenti et futura indicanda nequaquam alienae. Quo facto longam exemplorum phalangem contra me explicat, in quibus de Coniunctivo inferendo ne cogitaveram quidem. Ad idem relativarum genus referendae sunt, quae Indicativos ἵσταται, τίθενται, μεμάασι habent, male a me excusatos, quippe qui nullâ excusatione indigeant, ut locus, quo primo utitur, Bio Europ. 2

Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἦκεν ὄνειρον
Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται ἐγγύθι δ' ἠώς

Si altera sententia eo nexu quo solent temporales cum praecedente cohaereret, ita se haberet:

Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵστατο, ἐγγύθι δ' ἠώς

Nec illud agam, ut Hermanni rationem cohibeam, in explicandis modis flexibilem atque ita patulam, ut vel *ὁπότ' ἂν ἥκοι* apud Xenophontem p. 922 Vig. et similia flagitia recipiat atque foveat. Non enim reperio, quo modo ei in singulis resistam, nisi omnem rem ab initio repetendo, ut eum dicit p. 923. esse

»*Nihil sincerius* hoc Hesiodi loco in O. et D. 131

ἀλλ' ὅτ' ἄν ἡβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο
παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες.

Ceterum iuvabit annotasse, veram lectionem *ὅτ' ἄρ*, quam p. 310 e libro Victoriano protuli, esse etiam in uno Vindobonensi et in Cod. Parisino n. 2771, qui Hesiodi codicum quotquot vidi et antiquissimus est et praestantissimus. —

Omnibus igitur, quae ad nostram utriusque de Modis doctrinam et structuras inde derivatas pertinent, eorum iudicio relictis, qui libero animo et attenti gravissimam hanc Grammaticae causam sequuti sunt, restat, ut occurramus argumentis, quibus emendationes data occasione a nobis factas et ab ipsâ doctrinâ plerumque alienas impugnatae sunt, non sane omnibus, saepius enim meliora docuit Hermannus, sed iis, quae ipse et Boeckhius improspero successu in hac re videntur disputasse.

P. 918 Vig. Pind. Ol. II. 60.

ἤτοι βροτῶν κέκριται
πεῖρας οὔ τι θανάτου,
οὐδ' ἀσύχιμον ἀμέραν ὁπότε, παῖδ' ἀλίου,
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν.

Sensus: Incertum *quando* morituri simus et num inconcussa felicitate. Hinc *ἀσύχιμος ἀμέρα* de mortis die dictum statuit vetus Scholiasta. Sunt autem ad h. l. duo scholia in unum conflata. Leg. post *ἡμέραν ἥσυχον*. — *ἄλλως· ἡ μέρα ἡσύχιμος ἡ τοῦ θανάτου, ἐπεὶ ἐν αὐτῇ θανόντες ἡσυχάζομεν.* Haec explicatio, quam reliqui deinde interpretes sequuti sunt, locum impeditum reddit. Si *ὁπότε* pro *εἰ* dictum statuas, sensus clarus. Si duplex constructio est, ea erit *οὔτε κέκριται ὁπότε ἀσύχιμον ἀμέραν τελευτάσομεν*, et *εἰ ἀσύχιμον ἀμέραν σὺν ἀτειρεῖ ἀγαθῷ τελεύτασομεν*, ita ut conflatâ utrâque ab *ὁπότε* inceperit atque ita finiverit ac si ab *εἰ* incepisset. — Qui cum Hermanno interpretatur *nec quando tranquillum diem nullo turbatum malo simus transacturi*, alterum sequutus scholiastam: *οὐδέποτε διατελέσομεν ἡμέραν ἥσυχον*, is sane

miserrimam sibi fingit poëtam, quippe qui profiteatur, se nullo die non aliquo laborasse malo. — Patet simul, quid valeant verba, quibus ille hic utitur, dicens, ita omnia plana esse, magis ut non possint. – Vig. p. 924. Solon. I. 1.

ἀλλ' εἴ μοι κἄν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο

De hoc Hermannus: »dicit, *nolle illum suam mutare sententiam, sed se optare, ut id certe nunc tandem faciat*«. — Scilicet particula *ἄν*, quae ipsa, si credimus Hermanno, nullum certum sensum habet, ita comparata est, ut quemvis alium sensum facile admittat. Ita nostro in loco hac voce docemur, Mimnermum sententiam suam mutare nolle. — Servet eam, cui talia probantur. Nos, ut fecimus, eximendum et nunc putamus et scrib.:

ἀλλ' εἴ μοι καὶ νῦν ἔτι πείσεαι.

si nunc quoque (*auch ietzt noch*) nempe versu divulgato et in hominum memoria haerente, audies, exime eum. —

Theocr. XXIX. v. 7. 8. Vig. p. 925 in carmine, quod Alcaei puto, (nam de eis, quae docte contra meam sententiam disseruit nuper Mathiae V. Cl. alias videbimus)

χὤταν μὲν τὺ θέλῃς, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
ἀμέραν· ὅπα δ' οὐκ ἐθέλῃς τύ, μάλ' ἐν σκότῳ.

Ὅπα δ' οὐκ ἐθέλῃς, i. e. *ὅταν οὐκ ἐθέλῃς* recte se habere, nec in manuscriptis quidem obvium, sed coniectura illatum, id quidem credat, qui de graeca grammatica desperaverit. — Quod ex Iliade affert Herman. *εἰ δέ τοι οὐ δώσει* absque Coniunctivo cum sit, nullam habet cum nostro similitudinem. Scripsi *ὅπα δ' αὖτε θέλῃς τύ* nec retracto sententiam. Patet enim nihil mutari nisi *οὐκ* in *αὖτ*. Syllabae *οὐκ*, *οὖν*, *αὖ*, *ἦν*, *ἄν*, cum in codicibus duodecimi praesertim seculi ductu simili scribantur, saepe confusae sunt. — Nec reliqua, quae in hoc carmine mutavi, ab Hermanno iure impugnata puto. Ita quod *προβλώσκοιμι* scripsi pro *προμόλοιμι*: *προβλώσκοιμί κε, πανσάμενος χαλεπῶ πόθω*, iniuria factum putabo, ubi certioribus argumentis, quam quae nunc af-

feruntur, demonstratum erit, aeolicis metris praeter spondeum, dactylum et iambum etiam duas breves fuisse praemissas. – P. 927 Σαλαμιναφέτας intulit Solonis elegis, vocem ab ipso procusam, ut qua in obiurgandis Atheniensibus usos putat istius aevi homines. Scilicet huiusmodi sesquipedalia vocabula a Cothurno populus in conviciis iaciendis mutuatur.

Hesiod. O. et D. 121.

Αὐτὰρ ἐπεί κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,

»Dubitari licet, an Brunckius non recte ἐπειδὴ ediderit« Herm. p. 929. Vult autem e sequentibus sumtum esse versum et huic loco illatum. Sed eo deleto hiat sententiarum nexus:

οἱ δ' ἐθελημοὶ
ἦσυχα ἔργα νέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.
τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς

Ceterum veram lectionem ἐπειδὴ Procli commentarius servat in codice illo Parisino, quem supra commemoravi, isque quantum scio, solus.

Bio. fragm. XIII.

μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον, ἐπὴν χὠ Φοῖβος ἀείδειν
μισθὸν ἔδωκε· τιμὰ δὲ τὰ πράγματα πρέσσονα ποιεῖ.

Scripsi

μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστρν, ἐπεὶ χὠ Φοῖβος ἀοιδῷ
μισθὸν ἔδωκε· γέρας δὲ τὰ πράγματα πρέσσονα ποιεῖ:

His non contentus Herm. p. 930 ait:

»*Vellem vero explicuisset miram illam sententiam, ἐπεὶ χὠ Φοῖβος ἀοιδῷ μισθὸν ἔδωκε, docuissetque, quae illa* MERCES *esset, quam dare poëtis soleret Phoebus; tum cur χὠ Φοῖβος dixerit Bio, non autem, quod exspectes, καὶ ἀοιδῷ; postremo quis nexus sit huius sententiae cum praecedentibus verbis. Illud vero nullo modo fieri potest, ut τιμὰ in γέρας mutetur: grammaticorum enim auctoritas γέρας per τιμὴ explicantium non habet aliam vim, quam ut, ubi conveniant utriusque vocabuli significationes, alterum pro*

altero poni possit, non etiam ubi non conveniant. Haec paullo curatius exagitabimus, ut pateat, quid perficiat Hermannus, cum fortius, ut solet, agit.

Iam primum *μισθός*, quod ille captiose vertit *mercedem*, omne significat, quod aliquis opera atque studio suo sibi parat. Pind. Isthm. I. 65.

Μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐπ' ἔργμασιν ἀνθρώποις γλυκὺς,
Μηλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιχολόχῳ τε καὶ ὃν πόντος τρέφει.

Remunerari autem inprimis poëtas creditos a diis, quorum gloriam celebrassent, tam vulgatum, ut in proverbium etiam abierit

θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς. —

Vt exemplo conspicuo utamur, Pausan. IX. c. XXIII. p. 755. Kuhn. de Pindaro refert: *Εὐδοκιμοῦντα δὲ αὐτὸν ἤδη ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἐς πλέον δόξης ἦρεν ἡ Πυθία ἀνειποῦσα Δελφοῖς ὁπόσων ἀπήρχοντο τῷ Ἀπόλλωνι μοῖραν καὶ Πινδάρῳ τὴν ἴσην ἁπάντων νέμειν.*

Eo utitur Pausanias vocabulo, ut Apollinem per Pythiam istud Pindaro praemium tribuisse creditum appareat. Sententiarum igitur in nostro loco nexus erit hic: *Ne tu me indonatum dimittas, cum et Apollo* praemio poëtam ornare soleat. Patet autem verba haec fieri ad patronum, cuius laudes munus aliquod expectans celebraverat, nec male Apollinis exemplum commemorari, ut hominem ad imitandum moveat. Conf. cum his e Theocriteis XVI v. 5. seqq. *Τίς γὰρ τῶν ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἠῶ Ἀμετέρας Χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ Ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτους ἀποπέμψει,* et V. 24. *Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δέ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν.* — Porro cur non *καὶ ἀοιδῷ* dixerit Bio, dicam, cum ab Hermanno audivero, quare ita dicturum poëtam exspectaverit. Postremo *γέρας* pro *τιμὴ* scribendum vel absque grammaticis duplici rationis et oppositionis vi evincitur:

Μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον· – γέρας δὲ τὰ πράγματα πρέσσονα ποιεῖ. Duo enim sunt, quibus ad munus offerendum hominem movere studet, exemplum Apollinis et, quod praemiis res augeri soleant. Nec obscurum, haec dici a poëta, ad Musas et carmina respiciente quae simul cum poëta augentur. Pind. Pyth. IV, 495 *Αὔξεται καὶ Μοῦσα δι' ἀγγελίας ὁρθᾶς.* Recte Heynius: *Auctoritatem quoque Musae affert, si ea perficit id, quod in se recepit.*

Theogn. v. 275.

Παῖδας, ἐπεὶ θρέψαιο, καὶ ἄρμενα πάντα παράσχῃς
χρήματα δ' ἐγκαταθῇς, πόλλ' ἀνιηρὰ παθών,
τὸν πατέρ' ἐχθαίρουσι, καταρῶνται δ' ἀπολέσθαι
καὶ στυγέουσ', ὥσπερ πτωχὸν ἐπερχόμενον.

Herm. »*Modos autem diversos ex una particula pendere posse iam supra ostendimus*«. Non patet, quomodo hoc conveniat cum altera ipsius Hermanni sententia, qua Modum, qui sequitur, cum praecedente particula non cohaerere statuit. Sane Optativus et Coniunctivus recte se habet, suo uterque sensu, hic quidem conditioni rem enarratam subiiciens, ut idem sit, ac si *εἴπερ καὶ* (*quamvis*) inferatur in orationem. Tali autem nexu iure Coniunctivus infertur sive posito *εἴπερ*, *εἴπερ καί*, sive omisso. Huc referendus locus Odyss. *α*, 168.

Νῦν δ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλωλε κακὸν μόρον, οὐδέ τις ἡμῖν
θαλπωρή, εἴπερ τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
φησὶν ἐλεύσεσθαι.

quem commemoravi quidem, sed intactum praetermisi cum T. I. p. 161 de *εἴπερ* agerem, quia tum copiae criticae in Odyss. nondum mihi aderant, quibus postea potitus sum. Eum hac occasione tractare liceat. *Θαλπωρή* quidem idem est, quod *ἐλπίς*, *ἐλπωρή*, quam variam lectionem commemorat Eustathius et codex Paris. 2403 *γρ. καὶ ἐλπωρὴ ἤτοι ἐλπίς.* Sensus igitur: Nihil iam speramus, quamvis aliquis *dicat*, Vlyssem rediturum esse. — *Φησίν*, hoc nexu suspectum est et turbant libri ms. Parisini duo: *Φήσει*, item Harleianus n. 6325 diversus a celeberrimo isto, quem

Porsonus contulit et Vindob. n. 50. Vulgatum in textu, sed in margine habent γρ. φῆσιν. Harl. 5637. Vindob. 56. — Eam lectionem φῆσιν in textu servant Vratisl. a Harleian. 5658 et distincte cum iota Par. 2769 φῆισιν. Hoc autem φῆσιν ipsum est, quod quaerimus, ut Modus cum sensu loci conveniat. Hanc lectionem stabiliunt praeterea gravissimae Scholiastarum auctoritates. Nam Scholiasta Venetus A haec habet ad explicanda δῶσιν, φέρῃσι in αἴ κέ ποθι Ζεὺς Δῶσι, Il. α, 129 τὸ γαρ δφσι φασι πληθυντικον, ἀγνοουσι δε. Ἐστι γαρ το δφσι ἑνικον ἐκτεταμενον ὡς το λεγῃ λεγῃσι, φερῃ φερῃσι. τοιουτον ἐστι και το ἐν Ὀδυσσειᾳ το φησιν ἐμε γενεσθαι. Haec si sana essent, referri deberent ad Od. α, 220: τοῦ μ' ἔπ φασι γενέσθαι· ἐπεὶ σύ με τοῦτ' ἐρεείνεις. Legisset igitur Scholiasta: Τοῦ μ' ἔπ φησι γενέσθαι κ. τ. λ. ut initio orationis illius v. 215. Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι· Sed offendit, quod verba non omnia neque eo ordine laudantur, quo sunt in Homeri versu. Deinde quomodo quisquam persuadere sibi poterit, formae tritissimae φησί exemplum afferri? Ad hanc lectori probandam opus scilicet habebat Scholiasta Odysseam laudare. Postremo nulla ratione fieri potest, ut ad λέγῃσι, φέρῃσι, δῶσι illustranda φησὶ adhibeatur, prorsus ab harum ratione alienum. Huic consilio nulla forma verbi φησὶ, nisi φῇσι conveniebat. Non igitur dubium, quin φῆσιν ex Odyssea nobis Scholiasta afferat, et quin legendum sit: τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν Ὀδησσείᾳ τὸ φῆσιν ἐλεύσεσθαι pro ἐμὲ γενέσθαι. Iam Scholion non nisi ad locum Odyss., a quo orta est disputatio, potest referri. Hoc autem, quod legendum statuimus, ultra omnem dubitationem effert Scholiasta Victorii MS. Bibl. nostrae n. 17 ad illum Iliadis locum: Δῶσι πόλιν ἐξ ὑποτακτικοῦ τοῦ δῶ τρίτου προσώπου κατὰ ἐπέκτασιν τῆς συλλαβῆς δῶσι ὡς φῇ (sic) ἐλεύσεσθαι, quod Scholion et Veneto adminiculum affert, et eius auxilio emendari potest. Scrib. et hic ὡς φῆσιν ἐλεύσεσθαι. Debet autem

Scholiorum Victorii magna censeri auctoritas. Nam quod iam Heynius credebat, ea ex codice Townleiano descripta esse, hoc mihi cum nuper in Angliâ permittente *Burneio* viro imprimis docto et humanissimo, qui suo sibi aere librum illum comparavit, Codicem accuratius examinarem, ita patuit, ut prorsus nihil dubii relinqueretur, nec iam de Victorianis scholiis sermo esse possit, sed de Victoriano Townleiani Scholiastae apographo, — Dicam de hoc alias. Nunc cum docuerimus, cum Manuscrr. etiam Scholiastas antiquissimos et praestantissimos illam lectionem tueri, non dubium, quin ea Homero debeat reddi. Scribendum igitur:

αὐδέ τις ἡμῖν
Σαλπωρὴ ἔϊπερ τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
φῇσιν ἐλεύσεσθαι.

Iam quid gemino faciamus loco Il. Θ, 154,

Εἴπερ γάρ σ' Ἕκτωρ γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φήσει,
Ἀλλ' οὐ πείσονται Τρῶες καὶ Δαρδανίωνες.

quo dudum offendebar, remedio comparato, non est quod moneamus. —

Tyrtaei pauca tantum attingam Fragm. I. 7.

ἐχθρὸς γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται
χρησμασύνῃ τ' εἴκων καὶ στυγερῇ πενίῃ.

Scripsi *Ἐχθρὸς γάρτ' ἀστοῖσι μετέσσεται*, correctione lenissima. Nam ubi syllabae *ΓΑΡΤΑΣ* coeunt, facile altera alterius similitudine obliterari potest. Commendatur insuper loco gemino fragm. III, 38 *γηράσκων ἀστοῖσι μετέσσεται*. Quid igitur Hermannus? »*Illud* (nempe *ἀστοῖσι*) inquit, *ne ferri quidem posse vides*«. Rationem addit, quia »*non civibus* (*hi enim sunt ἀστοί*)« sed peregrinis, ad quos accessurus sit, odiosum describat Tyrtaeus. — Haec scilicet nova sunt, quae docemur, *ἀστούς* esse cives. Sed patet Herm. putare *ἀστούς* esse, quod nos *Mitbürger* dicimus et scribere voluisse: »non civibus *suis*«, falsus et in hoc, nam *ἀστοί* omnino sunt urbis alicuius incolae, oppidani. Pindar. Ol. V, 27 *ἀπ' ἀμαχανίας ἄ-*

γων ἐς φάος τόνδε δᾶμον ἀστῶν. Nem. VIII, 22 Ἱπέτας Αἰακοῦ σεμνῶν γονάτων πόλιός Σ' ὑπὲρ φίλας Ἀστῶν Σ' ὑπὲρ τῶνδ' ἅπτομαι. Quae poëta Thebanus dicit de Aeginae incolis. — Nihil praeter haec contra nos Hermannus attulit, nisi ut fortius contendat »hanc coniecturam, quin missam facere oporteat, non posse dubium videri«. Vix autem est, quod ipsius inventum exagitemus: Ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσσεται οὓς κεν ἵκηται. Patet enim eum non attendisse, quam sibi repugnet in his articulus vi demonstrativa τοῖσι, quo *certi quidam* designantur et οὓς κεν, *quicunque*, quod incertos denotat.

Taceo de reliquis. Nam qua ratione quisquam, non dicam *Hermannus*, sed vel leviter graece doctus verba εἰς' οὕτως ἀνδρός τοι semel monitus defendere et poëtam id dicentem facere conetur, quod ille extricat, haec ne coniectura quidem assequor. — Eiusdem carminis v. 28. ἐρατῆς ἥβης quod legit pro ἄρα τῆς, occupatum iam erat a Valckenario in Diatr. p. 293. Iungi autem posse νέοισι — ἐκέοικεν ὄφρ' ἐχῃ omisso τις, idque in dictione epica, quam refert Tyrtaeus, nondum probatum video. Atticorum enim usus et in hoc ab Epicis diversus. — Illi enim multa negligentius in structuris ordinant, quae hi nunquam sibi indulserunt. – Praeclaram Grotii coniecturam Fragm. 2, 5, κῆρας ὁμῶς αὐγαῖς ἠελίοιο φίλας pro eo, quod in Stobaei Cod. est κῆρας ἐπ' αὐγαῖς veram esse haud ita facile sè credere dicit, *quum nimium ab ea scriptura recedat, quae est apud Stobaeum*«, — iniuria, ni fallor, Nam ὁμῶς cum esset in textu, id per ἐπ' ἴσον seu ἐπίσης explicatum fuit a glossatore, e cuius glossa ἐπ' in textum venit, ἴσον evanuit. Simili modo in Theogn. 686 Δασμὸς δ' οὐκ ἴσως γίγνεται ἐς τὸ μέσον, quod poëtae reddidimus, cum ἴσως per ἐπ' ἴσον fuisset explicatum, praepositio ἐπ' in ἔτ' abiit et lectionem peperit ἔτ' ἴσως et ἔτ' ἴσος. Hanc posteriorem pluribus nominibus falsam nollem retinuisset Bekkerus v. 678, quem nuper egregium editorem nactus est Theognis.

Venio ad Pindarica, in quibus mihi cum Hermanno atque Boeckhio simul agendum erit, unde, quod mirabuntur lectores, non leve nobis emolumentum nascitur. Nam cum in aliis mira concordia agerent Duumviri, in his, quae contra me scripserunt, memorabili aliquo casu factum est, ut plerumque diversa et inter se pugnantia proferrent. — Hic quid mihi agendum sit video. Recedo medius inter utrumque positus, in quem invehebantur, quo facto alter in alterum feretur, et spectaculum praebebunt non iniucundum, Boeckhius inprimis ad certamen ex inopinato cum Hermanno commissus, cuius vestigia summa cum religione legere et in rebus criticis exosculari decreta consueverat.

Pind. Ol. VI, 61 (Heyn. 105)

ἀντεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
Πατρία ὄσσα, μετάλλασεν τέ μιν.
ὄρσο τέκνον, κ. τ. λ.

Cum μεταλλάσω hic sensu careat, quia non interrogat Deus, sed excitat, μετάλλασσεν scripsi duplici σ i. e. *in aliam sedem transtulit*, μετῴκισεν, quod factum in seqq. narratur. De usu verbi addam nunc Plat. in Timaeo p. 19. A. Μεμνήμεθα — τοὺς παρὰ σφίσιν ἀναξίους τὶς τὴν τῶν ἐναντίων χώραν μεταλλάττειν. — Hermannus »Non sane interrogat Neptunus. At quod quaerat, id vero habet. Quaerit enim filium. Quaerimus autem eum, quem volumus ad faciendum *quid* adhibere. Atqui Neptunus Iamum abducturus erat, ut ei futurorum scientiam impertiret«. Hic nova quaedam docemur, Iamum Neptuni esse filium, et a Neptuno futurorum scientiam impertiri, quod utrumque ante hanc diem inauditum in posterum puto a Mythographis in libros suos referetur. — Accidere autem solet Hermanno, qui me festinantiae incusat, ut ipse eius vitii exempla non contemnenda in se exhibeat. Sed quaesivit Apollo filium suum. Itane? At ipse Iamus eum advocaverat Ἐκάλεσσε — τοξοφόρος Λάλου θεοδμάτου σπο-

κόν. — An fortasse vocatus non audiverat iuvenem? Sed quae narratio! alter vocat, alter non audit, quaerit autem vocantem. Et haec tam absona ne dari quidem possunt. Nam vocanti filio respondet Apollo versu 105 *ἀντεφθέγξατο δ' ἀρτιέπὴς Πατρία ὄσσα*. – Qui autem respondet alteri, is ei adsit necesse est. — An igitur Iamo adest et tamen Iamum quaerit: *ἀντεφθέγξατο μεταλλασέν τε*? Horum alterum ab altero tolli patet. Dicit de nostro *μεταλλασσεν*: »*omnia facilius, quam μεταλλαξεν, in mentem cuiquam ventura credidissem*«, ego vero nihil cuiquam prius quam *μεταλλασσεν*. Non enim neque propius quidquam ad vulgatam accedit, neque sensui magis est aptum. Sed Boeckhium audiamus. »*Hoc* (nempe *μεταλλασσεν*) *commode dixisset Pindarus post allocutionem, ante alloçutionem non placet. Vide modo totius loci tenorem, substituto verbo μετωπισεν: ἀντεφθ. — ὄπισθεν. Numquid ingratius, immo perversius proferri potest*«? — Quis vero Boeckhium docuit glossas interpretationis causa factas poëtae substituere, ut eius orationem ingratam pronunciet? aut quis ingratam poëtae orationem statuit, quod ea per metaphrastas et glossatores soluta langueat? — Quod ad perversitatem attinet, videat quid dixerit. Si in hyperbato perversitas, quo *μεταλλασσεν*, post orationem Apollinis ponendum, ei praemittitur, non me eius incusat, sed ipsum Pindarum, qui Ol. XIII, 90 (*B.* 61) haec habet de Bellerophonte in Pegaso capiendo occupato: *ἦ πόλλ' – ἔπαθεν. Ἠρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κούρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγκ'. ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ· φώνασε δ' εὖδεις, Αἰολίδα βασιλεῦ κ. τ. λ.* ubi eodem prorsus modo orationi praemittuntur, quae eam sequi deberent. Non enim nisi finitis Minervae verbis *ἐξ ὀνείρου αὐτίκα ἦν ὕπαρ*. — His contra me expositis Boeckhius suam se dicturum sententiam promittit, nec dicit, sed tantummodo inchoat. Incipit ita: »*Potest Pindarus verbum μεταλλᾶν singulari significatione usurpasse*«. – Quid vero? Non *usurpavit*? sed *usur-*

pare potuit? Praemonstrant, ita putat, Scholiastae, alter *ἐν φροντίδι ἔσχεν*, alter *ἐφιλοφρονήσατο* explicantes. Boeckhius »*qui enim quaerit, aliquid curat, cordi habet, amplectitur*«. Inde colligere licet, Boeckhio *μεταλλᾶν* fovere, amplecti esse, et sensum: *Respondit ei et fovit eum. Age, o fili, et* quae s. r. quae scilicet neque ingrata neque perversa sunt. Iam igitur alteri Duumvirorum Apollo respondet filio et quaerit eum, alteri, dato responso, iuvenem amplectitur et fovet ac deinde respondet: *ὄρσο κ. τ. λ.* Postremo, quae argumenta habet, quibus usum vocis *μεταλλᾶν* novum sane et inauditum firmet? Nulla. Quae exempla? Nulla. »*Potest Pindarus usurpasse*«. — Videat Boeckhius, quam in huiusmodi disputationibus crebris in hoc eius commentario, personam agat, non sane neque ingenio neque doctrina sua dignam.

Ol. XI, 16.

Ἔνθα συγκωμάξαι', ἐγγυάσομαι,
μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατὸν
μηδ' ἀπείρατον καλῶν,
ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν, ἀφίξεσθαι.

Scripsi *τιν'* pro *μίν*, quia solent quidem *μίν* obiecto praemittere; *μιν — Ἕκτορα, μιν — Ἀχιλλῆα*, sed ita ubivis, ut ipsa persona subiiciatur. Contra affert Hermannus Apollon. IV, 1316:

αὐταὶ δέ μιν ἀμφάδὸν οἷον
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀτυζόμενον προσέειπον.

Sermo est de heroinis Libyae, quae laboranti Iasoni solatium afferunt: *Ἡρῶσσαι Λιβύης τιμήοροι — αἳ δὲ σχεδὸν Ἰασονίδαο ἔσταν* reliq. v. 1309 — 14. Iam videas, haec quomodo cum nostris coeant. Ego dixi de locis, in quibus *μιν* ante personam ponitur, persona ipsa subiicitur, usum poëtarum in ea re aperui. Hermannus contra: *regula falsissima est, et nec rationem habet ullam, neque exemplis refutari nequit.* Audis quae minae. Exemplum promitur (»*unum enim exemplum in tali re satis*

est«) et hoc ipsum, quod Adversario, qui hucusque nostris copiis nobis bellum fecit, *seu ratio dederat seu fors obiecerat*, non pronomen ante personam habet, sed versa vice personam pronomini praemissam, ut ad illam, quae iam haereat in mente lectoris *μιν οἷον ἀνζόμενον* usu tritissimo referatur. Sed cavillari se nolle ait. Mos est hominum quorundam, ut quae facere velint, ea se facere nolle in ipso facto obtestentur. Idem in hac re Hermanno accidit. Nam vix cavillationis culpam a se removit, cum ei obsequutus subiicit, hoc, quod dixi, me noluisse dicere. »Ex quo intelligitur, quam nimium festinanter *concepit* regulam«. Sane vero festinanter nimium iste, qui ne tantum quidem temporis in scribendo insumat, ut *latine* scribat. — Sed unde tamen probabit, me non dixisse, quae volui? In verbis *μιν — φυγόξενον στρατὸν* pronomen populum Locrorum primum indicat, eiusque praedicatum est *φυγόξενον στρατὸν*, hoc dixi et hoc dicere volui, Scholiastae rationem impugnans, qui cum *μιν* per *ἔνθα* a *γενεά* separatum esset, ob hoc ipsum videtur id ad *φυγόξενον* retulisse. Caeterum Hermannus *μιν* ad *γενεάν* refert, Boeckhius ad victorem Agesidamum. Videant, quomodo haec inter se concilient. Non enim mea hic res agitur. Quod vero Hermannus alterum exemplum affert ex Callimachi hymno in Iovem, in quo et ipso *μιν* ad aliquid, quod praecedit, refertur, novo erit documento, eum, quid voluerim, aut non perspexisse, aut respicere noluisse. — Pyth. I. 29.

ὅς τ' ἐν εὐνᾷ Ταρτάρῳ κεῖται — Τυφώς

Ita scripsi pro *ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ*, motus duabus rationibus, quarum neutram labefactatam vidi, nempe homerico *εἰν Ἀρίμοις ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνὰς* et genere foemineo Tartari, quod aeque portentosum credo, ac si *Οὐρανὸς*, *Ὠκεανὸς*, *Ἄδης*, *Ἄτλας* foemineo genere afferrentur. Quid enim quod *Τάρταρος* eodem quo Dii isti modo et animatus et parens, quin Typhoei pater est?

Hesiod. Theog. 822.

Ὀλλύατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη,
Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην

Iam. persuadeat sibi, cui animus, Typhoeum esse *Tartari* filium et in *dira* Tartaro latere, aut voces *ἠαϑήρ*, *ἡ ἰασμός*, similes afferat, ut eis tanquam Medeae herbis Tiphoei parentem in feminam transformet. Porro si statuas, antiquitus iam corruptum i. e. priusquàm scholia vetera scriberentur, neque eorum scriptores, neque, qui post eos fuerunt, Etymologus Magnus, Hesychius, Eustathius contra afferri poterunt, quippe exemplaribus iam corruptis usi, neque Nicander, qui ex more Alexandrinorum poëtarum ea sibi licere putabat, quorum veterem aliquem auctorem idoneum sibi reperisse videretur. Sed quod dixi, Pindari scholia textu iam corrupto esse superstructa, id cum negare non posset, indignatus est Hermannus. Si ob id solum, quia scholiastae auctoritatem non agnosco, videat, quid sibi ipsi, quid Boeckhio faciat, qui in eodem carmine v. 94 *εὑρίσκοντο*, v. 101 *μεταλλάσσοντας* scholiastae veteri agnita et explicata contemserit, ne reliquos locos commemorem (tot enim fere sunt, quot scholiorum paginae) ubi idem ab utroque factum. An hoc in obscurioribus licebit, non vero ubi insigne aliquod vitium latet, quod ob id ipsum, quia omnium oculos incurrebat et mentibus haerebat, per grammaticorum libros in triumpho ductum et multis modis ad posterorum memoriam propagatum est?

Vnum est, quod ad dubitandum movere possit, nempe Hesiod. Theog. 119

Τάρταρα τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης

Sed ut *Τάρταρος* unum est ex priscis numinibus, quae ex remotissima antiquitate innotuerant, ita *τάρταρα*, ab hoc diversa, sunt *speluncae*. Cf. v. 841.

Πόντ' οὐδ' Ὠκεανοῦ τε ῥοαὶ καὶ τάρταρα γαίης,

nec quidquam inde ad *Τάρταρος* foeminino genere defendendum redundare poterit. — Denique *Ταρτάρου* etiam-

nunc scribo, quia in hac Genitivi forma Pindaro eripienda neque Hermannus de Dial. Pind. XIII neque Boeckhius nott. crit. p. 384. ulla idonea ratione usi sunt.

Pyth. I. 91.

Ἦ κεν ἀμνάσειεν, οἷαις ἐν πολέμοισι μάχαις
πλάμονι ψυχᾷ παρέμειν' ἀνίχ' εὑρίσκοντο θεῶν παλάμαις τιμὰν
οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει
πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον.

Quod offenderat transitus e singulari in pluralem, scripserat nonnemo, criticorum fere infimus, *εὑρίσκοιτο*, receperat Boeckhius, ut nunc discimus etiam in Codice uno repertum. Haec autem seu coniectura seu unius libri lectio primum non est necessaria, quia tam erat notum inter Graecos, illustrissimam istam familiam quatuor fratrum concordia atque studiis ad tantas opes pervenisse, ut nemini obscurum esse posset, quid sibi vellet poëta, qui Hieronem tum gnaviter egisse caneret, cum Deorum auxilio ad tantam dignitatem ascenderent. Facit huc et Elegeum donariis eorum inscriptum, quod ad quatuor fratres res praeclare gestas refert servatum a scholiasta et inter Simonidis Epigrammata:

φημὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον
Παῖδας Δεινομένους τοὺς τρίποδας θέμεναι
Βάρβαρα νικήσαντας ἔθνη, πολλὴν δὲ παρασχεῖν
Σύμμαχον Ἕλλησιν χεῖρ' ἐπ' ἐλευθερίην.

Quin ipse Pindarus non ad solum Hieronem, ut faciunt, qui *εὑρίσκοιτο* scribunt, sed ad fratres omnes laudis istius gloriam refert v. 79

Παρὰ δὲ τὰν εὔνδρον ἀκτὰν Ἰμέρα παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένους τελέσαις,
Τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

Inde patet, quare p. 219 dixerim me causam non videre, cur vulgatae *ἀνίχ' εὑρίσκοντο* interpretationem a Scholiasta datam relinquamus. — Addidi, me ignorare quid sibi

hic velit Optativus — ac Boeckhio *falsus eximie* videor. Hanc autem eximiam falsitatem ut ante hominum oculos poneret, ex Grammatica docemur, ὁπότε et ἐπειδή cum Optativo iungi in re saepius facta indicanda. — Id scilicet latebat et exemplis erat demonstrandum. Quid vero nunc? Nempe »ἀνίκα εὑρίσκοιτο est pro vulgari ἡνίκα εὕρισκεν ἑκάστοτε. »*Vides, quam aptum sit: saepius enim factum, pluribus bellis, pluribus proeliis*«. — Si Boeckhii in aliorum explicationibus impugnandis rationem imitari vellem, ita inciperem: *Ineptum hoc*, aut *numquid perversius?* aut *quam pingui Minerva!* – Sed abhorret animus ab huiusmodi facetiis, quae ex obsoleto militantium criticorum situ promuntur, neque eos dehonestant, in quos dicuntur, sed — Interim, quae a Pindaro commemoratur

τιμά, οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει
πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον,

apertum est spectare ad omnem istius familiae dignitatem multarum urbium imperio magnisque opibus nixam. Conferendus cum hoc loco alter Pyth. II, 106 geminus

Πρύτανι, κύριε πολλᾶν
μὰν ἐϋστεφάνων ἀγυιᾶν
καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις
ἤδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ
λέγει ἕτερόν τιν' ἀν'
Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρτερον,
χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ, —

in quibus et ipsis dignitas illa opibus et honore niti ac multarum urbium imperio contineri dicitur. Haec omnia autem non Hiero solus, sed imprimis Gelon, magnus vir nec cuiquam inter Graecos secundus, adiutus fratrum auxilio paraverat, ac id ipsum non subito, sed diuturno atque felici temporum rerumque successu.

Iam si in δρέπει, οἵαν οὔτις Ἑλλάνων τιμά de toto dignitatis Hieronis statu Pindarus loquitur, equidem a Boeckhio audire velim, quoties hoc Hiero exciderit, ut *toties* eum

recuperaverit. Apertum enim est, id significare *ἀνίκα εὕρισκεν ἑκάστοτε*, seu potius, ut graece dicamus, quod ille graecis verbis dixit, *ἑκάστοτε ἀνίχ' εὗρεν ἑαυτῷ*, *quoties illam dignitatem sibi paraverit.*

Pyth. II, 32 *Ἄγει δε χάρις φίλων*
ποίνιμος ἀντὶ ἔργων ὀπιζομένα

Nihil est quo referatur *ἄγει*. Nam quae praecedunt, haec sunt: *κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὁ χρυσοχαῖτα προφρόνως ἐφίλασ' Ἀπόλλων ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας.* (In nostris p. 212 l. 19 pro *de Cinyra* nescio quo errore *de lingua* impressum est.) Ante has sententias agitur de hymno regibus cani solito. Iam vocem *ὕμνος* dixeram tam longe ab *ἄγει* recedere, »ut vel in lyrico de ea repetenda non iam cogitare possemus«. Fecerat hoc Heynius, fecit et Boeckhius. »Sensus, ait, perspicuus et dudum intellectus ab interpp. Vnus non perspexit Thierschius«. Noveram istam interpretationem, quippe vulgatam fere et in omnibus commentariis expositam. Sed reieceram, addita causa, quare non admittendam putassem. Quis vero vel fando unquam audivit, interpretum aliquem non intellexisse sensum, quem cum vocabulum repetendum nimium distaret, tantum non admittendum iudicaverat? Ita vero iniquitas cuique quem occupat, mentem occaecare iudiciumque solet corrumpere. Nec ego unus sum, qui istam rationem non sequutus sim, neutri veterum interpretum probatam, quippe qui ad *ἄγει* aut *χάριν* aut *ποινήν* intelligunt, nec denique, qui quartus nuper accessit, Hermanno p. 938. »*Sane qui hoc verbum ad ὕμνον referret, falleretur. Nam istuc referri non posse nexus loci monstrat*«. Quid vero nunc Boeckhius? An fortasse motus hoc, cuius plurimum apud eum, ut par est, valere solet auctoritas, quintus expositae sententiae accedet et mutato nomine se unum non perspexisse locum, quem perspicuum dixerat, fatebitur? — Pergit Hermannus: »*Nexus loci tam est planus, ut mirum sit, quomodo*

quis non statim videre possit, referendum esse ad Cyprios. Hoc enim poëta dicit: »Aliorum alii regum virtutem laudant: Cinyram Cyprii celebrant: movet eos enim gratia debita beneficiis: te autem, Hiero, Locrensis virgo canit«.

Novo hic exemplo patet, quid sit veteres scriptores intelligere. Perspicua praedicat ille, plana hic, ille obiurgans, quod unus non perspexerim, hic mirabundus, quod non statim viderim, et uterque tamen ea tradit, quae et inter se penitus diversa sunt et a veterum interpretum ratione recedunt.

His igitur sub iudice relictis nostra ulterius persequamur. Vt tricas loci evaderem, unius literae mutatione scripseram ἀχεῖ pro ἄγει. Quid Boeckhius? »*Coniecturâ supervacaneâ*, ait, *dictionem elegantissimam oneravit*«. Neque supervacanea, ut vidimus, coniectura, neque dictio elegantissima potest dici, de cuius ne sensu quidem constat. Scripto autem ἀχεῖ locus patebat veterum lectioni τότε δ' αὖ, quam ob metrum in τότ' αὖ truncaverunt. Ad haec Boeckhius: »*Errores erroribus cumulat*«. Nempe metrum huius odae ita disposueram, ut primi duo Epodi versus essent

$$\text{vvv} \perp \text{vv} - \text{v} -, \perp - \perp \text{vv} - \text{v} - \overset{\text{v}}{\underset{\text{vv}}{\perp}}$$

$$\perp \text{vv} - \text{v} -, \perp \text{v} \perp \text{vv} -$$

et in priore primus alterius partis pes pro dactylo spondeum reciperet, quae res ita erat vulgata, ut ad eum usque diem istam nemo in dubium vocasset. Herm. Comment. de metris Pindari p. 220 »Accedimus, ait, ad versus dactylicos, in quibus *frequenter spondeum*, nonnunquam etiam proceleusmaticum Pindarus adhibuit«. At quibus tragoediis nunc miser ille spondeus in versu dactylico excipitur, postquam Boeckhius docuit, apud Pindarum eum non nisi quibusdam in locis versuum dactylicorum poni posse! — Simili modo omnes solet salutare, quos in his rebus sibi adversos aut videt aut se videre arbitratur. Hi enim aut

rustici sunt, aut pinguem habent Minervam, aut desultoriam Pindaro operam dederunt. Postremum hoc de me ob spondeos istos praedicat et non sine irrisu, retractanda quae de Pindaro scripserim, contendit. Nempe Boeckhius thesaurum, ollam auri plenam, reperit. Eius enim studio (serio id dico) factum est, ut Pindarus rhythmis loquatur, qui grandiloquum poëtam deceant. Iam in hac olla custodienda idem metrico nostro solet accidere, quod Euclioni apud Plautum: simulatque aliquid crepuit quasi ferrum in proximo, pectus id ei peracuit; fustem capit et invadit omnes, qui forte irato obviam erant facti.

Leve est sed non praetermittendum, quod carmine v. 138 *αἴτ' ὦν* in *εἴτ' ὦν* mutaveram. Nunquam enim *αἴ*, *αἴκεν*, *εἴκε*, *εἰ ἄν*, *ἤν* apud Pindarum deprehendes, nuda particula *εἰ* contentum. Nec si *αἴ* nosset, id cum *τὲ* in *αἴτε* iungeret, quod nemo, ne Homerus quidem fecit, cui vocula *αἴ* familiaris est. Hoc est, quod dixi *αἴτε* omni analogia destitutum esse. Contra haec Boeckh. *Αἴτ' ὦν libri omnes, nec vidéo cur tollendum sit. Εἴτ' ὦν corrigit Thierschius, quum tamen αἰ pro εἰ sit in dialectis.* Hoc nempe non respondere est, sed verba facere ne tacuisse videaris.

Ibid. v. 118 *ἵκοιμ' ἄν* nunc ipse Hermanniano *ἱκοίμαν* posthabeo, non quod Optativus istâ particulâ non indigeat; nam si quae loca a regulis alioquin firmissimis recedant, eorum numerum, nisi necessitas sit, coniecturis augendum non existimo: sed quod iure videtur Boeckh. formas *ἵκοιμι*, *ἵκων*, *ἵκω* ad solum praesens revocare. — V. 155 nihil attulit ad formam *ἀναστήῃ* defendendam. Quaerebatur autem, num formae, quas apud Homerum versus pepererat, Pindaro reluctanti deberent inferri. Fecit aliquoties Boeckhius. Dimittentur, puto, hospites eo quo immigrarunt. Ceterum docendus, ut video, Boeckhius, *αὐτοῦ*, *αὐτῷ* reliquosque casus poni pro *αὐτοῦ*, *αὐτῷ* apud poëtas, qui haec composita, *ἑαυτοῦ*, *σεαυτοῦ*,

ἐμαυτοῦ rell. ignorant. Hoc si tenuisset, non *inepte* dictum pronuntiasset *μὴ ταῦτα (τὸ σκῆπτρον καὶ ὁ θρόνος) ἐξ αὐτῶν τι νεώτερον ἀναστήσῃ κακόν.* Scio, quid facturus sit. Quaeret ista composita in Pindaricis. Cum ne unum quidem invenerit, sed ubique disiuncta, iam ad spiritus compulsus excitabit *ψᾶφον περ' αὐτᾶς* Pyth. IV, 470 (263 *B*) et *καὶ δ' ἐπιγουνίδιον καταθηκάμεναι βρέφος αὐταῖς* ac, ut iam in *αἴτε* excusando fecit, talia in dialectis esse dicet. Sed videat, quibus fidat,

μή τι νεώτερον ἐξ αὐτῶν ἀναστήσῃ κακόν. —

Pyth. 249 (445) *Κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις ποικιλόνωτον ὄφιν*
Ἀρκεσίλα, κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐτᾷ τὰν Πελίαο φόνον.

Non est, quod de difficultatibus loci moneam, multis iam disputationibus agitati. Ac Hermannus repudiata coniectura, quam olim fecerat, non sane optima, novam eius explicandi rationem iniit, quam secutus est Boeckhius. Nempe *σὺν αὐτᾷ* esse ait *iuvante* ipsâ, coll. Il. 8, 439 *Νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ.* At cui tandem praeter Boeckhium persuadebit Hermannus *κλέπτειν τινὰ σὺν αὐτῷ* esse surripere aliquem ipsius auxilio sive ipso iuvante? *Ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ* intelligimus omnes nec opus est monitore. Nostro autem loco defendendo, ut alter ille idoneus esset, habere deberet *Ἐνίκησεν Ἀθήνην σὺν αὐτῇ*: *Vicit Minervam ipsa iuvante.* Hoc autem tam absonum ab omni usu, ut nulla ratione admitti possit, nisi simillimis et firmissimis exemplis defendatur, quod numquam futurum praedico. Vt nunc locus se habet, *σὺν αὐτᾷ* aut ad praecedens foemininum, quod nullum adest, referretur, aut ad sequentem aliquam rem, quam Iason cum Medea (*σὺν αὐτᾷ*) perpetrasse diceretur. Neutrum cum fieri possit, locum etiamnum corruptum statuo. Iam quod ad coniecturam nostram attinet, qua iunctis tribus vocibus scribitur:

Κλέψε τε Μήδειαν συνευνατὰν Πελίαο φόνον,

eam silentio praetermisit Hermannus, impugnavit Boeckhius, sed quibus argumentis? Fictitia est forma *συνευνατός*, inquit. Nempe servat illa priscam analogiam vocabulorum, quae e radice in *α* exeunte formantur, qualia sunt *κυβερνητής*, *αἰχμητής*, *τιμητής*, *εὐνήτωρ* al.; quibuscum si nostrum comparetur, *εὐνητής* seu *εὐνατής* priscum et genuinum esse patet, quod non nisi successu temporis usus in *ἐυνέτης* fregerit. Neque haec ipsa quamvis certissima a nobis ponuntur, sed nixa sunt Hesychii testimonio, qui voces *εὐνητής* et *ἐπευνατής* in priscis libris lectas servavit. Fictitia igitur forma, quae et firmissima analogia et dupliei Hesychii auctoritate defendatur? Non ignorabat haec Boeckhius, sed eadem ubique fide in nostris tractandis versatus est. — V. 468 (258)

εἰ γάρ τις ὄξους ὀξυτόμῳ πελέκει
ἐξερείψαι κεν μεγάλας δρυός, αἰσχύνοι δέ οἱ ϑαητὸν εἶδος·
Καὶ φϑινόκαρπος ἐοῖσα διδοῖ ψᾶφον περ αὐτᾶς

Scripsi *ἐξερείψειεν*. Ipse Boeckhius »*Structura εἰ ἐξερείψαι κεν diu offendebar, at consolabar tamen me verbis Homeri Il. ψ*, 592«. — Nempe Homerus habet l. c. *εἰ καί νύ κεν — ἀπαιτήσειας*. Si nihil aliud opus habuit Boeckhius, nisi *εἰ κεν* cum Optativo positum, largam in Homeri dictione, qualis nunc est, solatii messem colligere potuisset. Mittamus nunc quo iure ita se ista habeant. Sed opus erat loco, in quo vocabula *εἰ κεν* per Optativum essent separata, ut in Pindarico *εἰ ἐρείψαι κεν*. Hu us generis exemplum ap. Hom. et poëtas qui homerica sectantur, inveniet nullum. Ast vero ipse Pindarus *ἐν καὶ ϑαλάσσᾳ* dixit pro *καὶ ἐν ϑαλάσσᾳ*. Itaque eodem hyperbato poterat *εἰ ἐρείψαι κεν*. Non urgeam, quam diversa haec inter se et quam parum commode, quod in vocula *καί* sibi permittit, id ad particulam potentialem transferatur.

Iam vero nostro iure postulamus exempla, quibus pateat, Pindarum εἴ κεν iunxisse, non dicam cum Optativo, sed omnino iunxisse, quicunque Modus sequatur, ut deinde concedere possimus *εἰ ἐρείψαι κεν* per hyperbaton dici pro *εἴ κεν ἐρείψαι*. Hoc idem postulo ab Hermanno, qui *εἴ κεν* apud Pindarum defendit. An igitur invenietur tale exemplum? Nullum sane, et ne vestigium quidem rei, non – denuo id dicimus, – *εἴ κεν*, *εἰ ἄν*, *ἐὰν*, *ἤν*, *αἴ κεν*, nihil nisi simplex et nudum *εἰ* eius carmina ostendunt. Ad talia Boeckhius cum commentarios in Pindarum scriberet, animum non modo non advertit, sed, quo pertineant et quam vim habeant ne suspicatus quidem videtur. Ait enim: »*Hoc argumentum parum idoneum. Hoc namque loco cur parcus non fuerit*, (nempe Pindarus in Particularum usu) *videre mihi videor. Quippe εἴ κεν cum Optativo, sive adiecto καὶ, sive omisso, est quamvis; hinc poëta εἴ κεν dixit, non εἰ*«. — Subit hic mirari, si *quamvis* graece dicere voluisset poëta, quare tunc a vulgato usu vocularum *εἰ καὶ* recessisset, quae id significant. Has enim eodem hyperbato separare et *εἰ ἐρείψαι καὶ* dicere potuisset. Rationem id haberet insuper ad *ἐν καὶ θαλάσσᾳ* pro *καὶ ἐν θαλάσσᾳ* dictum. Sed quis tandem Boeckhium docuit, *εἴ κεν* esse *quamvis*? Scilicet miserae hae voces *κέν* et *ἄν* postquam ex sua vi et velut dominio ab Hermanno eiectae, et certa significatione spoliatae sunt, errant fugitivae per grammaticorum libros, nec quo consistant, inveniunt. Itaque iam initium fecerunt quidam, eas ad omne aliud opus, in quo ipsi haerent, profligandum conducere. —

Isthm. III, 63 (IV, 76 Il.)

τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς

θυμὸν ἐμβρεμετᾶν θηρῶν λεόντεσσιν ἐν πόνῳ:

Offendit *εἰκώς* non nisi apud Atticos pro *ἐοικώς* obvium, eoque in Pindarica dictione vitiosum. Herm. »*Ne illud quidem persuaderi nobis patiamur, si Homero dicere licuit γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν, Pindaro non licuisse εἰκὼς pro ἐοικώς ponere*«. —

Non sane homericum εἰκυῖα quidquam valet ad εἰκώς Pindaro vindicandum. An fortasse, si Homero dicere licuit ἰδυίῃσιν πραπίδεσσι, alii cuiquam ἰδώς licebit? Huiusmodi proprietates dialectorum suis sunt finibus continendae, ne aut aetates atque genera misceas aut analogiae specie deceptus dicentes facias scriptores, quod nunquam dixerunt. Nec audiendus Boeckhius dicens »Εἰκώς autem quod semel tantum apud Pindarum reperitur eo minorem vim habet (voluit ni fallor: eo minus reiiciendum est) quod ἐοικώς ipso notante Thierschio apud Nostrum non simile designat, sed id quod convenit«. — Igitur quia ἐοικώς una tantum significatione est apud Pindarum, statuamus, ad alteram adhibitum fuisse εἰκώς. Priusquam id demus doceatur necesse est, quinam poëta praeter Atticos εἰκώς pro ἐοικώς dixerit. Nullus si reperitur, quod ita fore spondemus, satius erit statuere, Pindarum, si quidem opus fuisset, ἐοικώς ad Homeri exemplum utraque vi adhibiturum fuisse.

Alterum quod offenderat est εἰκὼς τόλμᾳ λεόντων. Potest aliquis esse similis λέουσι, λεοῖσι sed, qui nobis commemoraverit ἐοικότα τόλμᾳ, ἐοικότα πάλλει, nisi si τόλμα et πάλλος tanquam personae cogitantur, novi neminem, nedum ἐοικότα τόλμᾳ λεόντων. Sed demus εἰκὼς τόλμᾳ λεόντων esse graecum, esse Pindaricum, quid sibi vult θυμὸν εἰκὼς τόλμᾳ? An quis audaciae similis alio modo esse potest, quam animo seu θυμόν? Non urgeo, qui sit sit vocabulorum τόλμᾳ εἰκὼς θυμὸν λεόντων, qui sane peior esse non potest. Has ob causas hirsutam dictionem appellaveram et mutavit eam Hermannus. Contra Boeckhius: »Hirsuti nihil video« nec ego video, qua ratione, qui videre aut nolunt, aut non possunt, ad videndum possint impelli. — Iam vero succedunt ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων, in quibus appositionem inaudito more ipsi substantivo λεόντων praemissam dixeram. — Contra Boeckhius appellationes quasdam in re publica solemnes

ἀνὴρ δικαστὴς, ἀνὴρ πολίτης affert ut ἐριβρεμέτας θῆρας λέοντας defendat, ea minus aptas, quod semper nudae sine adiectivis dicuntur. Donec igitur aliquis δεινοὺς ἄνδρας δικαστάς aut καλοκἀγαθοὺς ἄνδρας πολίτας invenerit, quos in iudicium ducat, nos, ut fecimus, inauditum putabimus, quod ipsi »vulgare est vel in pedestri oratione«. — Sed paene oblitus essem, monere, feras istas in voce θηρῶν ne esse quidem in MSS. Pindari, sed coniecturâ nescio cuius in eius editiones immissas. Antiquae lectiones sunt θηρᾶν et θηρᾶ quibus cum uti nesciret Boeckhius, neutram commodam pronunciare conatus est.

His moti argumentis locum ita constituueramus

τολμᾷ γὰρ εἰδὼς
θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θήρα λεόντων ἐν πόνῳ

»Qualis autem emendatio, quam omni parte laborans«! Audiamus igitur. — »Primum enim τόλμα absolute positum alio debebat exemplo confirmari, quam Pyth. V. 116.« — Satisfaciamus viro, qui non nisi sibi facilis est. Il. 12, 251

Ἤθελε δ' ὁ τλήμων Ὀδυσεὺς καταδῦναι ὅμιλον
Τρώων. αἰεὶ γάρ οἱ ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἐτόλα.

»Quid vero est θυμὸν εἰδὼς? Quis unquam Graecorum tam portentosa dictione usus est«? — Δόλους εἰδέναι, quo exemplo usus sum ad portentum hoc, quale nunquam in graecis literis apparuit, expiarem, est *nosse* dolos atque *exercere*, *cum dolo agere*. Haec enim vis est verbi illius, ut non solum notitiam rei, sed etiam actionem, quae ex cognitione oritur i. e. γνῶσιν καὶ πρᾶξιν significet. Hoc ut ostenderem e Sophocleis laudaveram

παγκουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώπους ἔχειν
Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι

ubi πανουργίαι quae praecedunt et πᾶν ἔργον quod adiunctum est, clare docent, istud εἰδέναι non solum *nosse* sed et *facere impia* significare. Quid porro ἀπηνέα εἰ-

δέναι

Odyss. T, 329.

ὅς μὲν ἀπηνὴς τ' αὐτὸς ἔῃ, καὶ ἀπηνέα εἰδῇ,
Τῷδε καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε' ὀπίσσω

et v. 332

ὅς δ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔῃ, καὶ ἀμύμονα εἰδῇ κ. τ. λ.

quid tandem Od. o, 417

Καλή τε μεγάλη τε καὶ ἀγλαὰ ἔργ' εἰδυῖα

quid haec nisi nosse et exercere quae noris simul indicant? Ad haec si conferatur *Θυμὸν λεόντων εἰδέναι*, erit animum leonis, i. e. animum magnum et indomitum nosse, *μεμαθηκέναι*, et simul tali animo agere. Hoc est quod dixeram animum leonis in se relatum habere. His puto expulsae penitus sunt larvae, quae et Boeckhio in ipso scribendo videntur effluxisse. — Nam ab istis, quae vidimus exclamationibus in haec verba desinit »*Quare exemplum dictionis Θυμὸν εἰδὼς vereor, ut inveniasc*. Quin ab animi vehementia ad iocos evagatur, subiungens: *Tu vide an θήρᾳ ita simpliciter prolatum de alia explicari venatione queat, quam de instituta a leone ipso*«, ne scilicet ignoremus, quam lepida, hilaris cum sit, proferre didicerit. — Postremo re ut vidimus bene gesta epilogum subiungit hunc: »*Omitto alia a Thierschio prolata, quae et debiliora sunt*«. — Nihil autem amplius protuleram, de quo non iam dictum sit, quam haec verba: »*Non est, quod moneam, quam apte sibi θήρᾳ et ἐν πόνῳ opponantur*«. — Haec facile silentio transmittere possem, tauquam quae nulla ratione impugnari videam, nisi mihi propositum esset, omnibus adversarium e latebris excutere, et talem in medio constituere, qualem se ipse conspiciendum exhibuit. — Iam primum hoc nexu, in quo *animum leonis* Melissus in labore seu *opere* referre dicitur, *πόνος*, nihil aliud esse potest, nisi labor belli, atque ipsa in pugnis contentio, *πόνος μάχης*. Sumtum hoc est ex Homericis: Il. λ. 601.

εἰσορόων πόνον αἰπὺν, ἰδρώ τε δακρυόεσσαν

Ξ, 428. — τὸν δ' ἄρ' ἑταῖροι
χερσὶν ἀείραντες φέρον ἐκ πόνου, ὄφρ' ἵκεθ' ἵππους ὠκέας, οἳ οἱ ὄπισθε μάχης καὶ δηϊότητος ἔστασαν.

Coll. ρ, 718. π, 568 μάχης ὀλοὸς πόνος.

Neque Pindarus, quamvis voce ea de aliis plerumque laboribus utatur, ab homerico eius usu alienus Isthm. VI. 79. H.

κέκλετ' ἐπώνυμον εὐρυβίαν Αἴαντα, λαῶν
Ἐν πόνοις ἔκπαγλον — Ἐνυαλίου

Iam igitur habemus animum leonis in venatione, habemus item animum Melissi in pugna, id est, apertam oppositionem, qualis in comparatione esse debet. Eam in coniiciendo θηρῶν qui obfuscatur, Pindaricae dictionis indolem corrumpit; qui vero sequutus veterem scripturam, et, quod maius in hâc re, sententiae nexum, illam oppositionem salvam constituit atque eius aptitudinem monstrat, is corruptelam solvit et suam dictioni vim reddit, quod nos nobis videmur fecisse. Adversarii autem erit docere, quaenam in his debilitas, et in quo contineatur. Quod ni fecerit, fateatur se et inconsiderate scripsisse et meis detraxisse ut animo quacunque ratione moto satisfaceret. Nullus alius hic evadendi locus datus est. Boeckhium igitur relinquentes hac νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ ad locum ipsum Hermanno praemonstrante retractandum accedamus. Quamvis enim id egerimus, ut rationem, qua antea usi eramus, vitio vacuam esse appareret, multum tamen abest, ut meliora proferri posse negemus. Scripsit enim Hermannus:

Τολμᾷ γὰρ εἰκὼς
θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρᾷ λεόντων
ἐν πόνῳ.

recepta e Scholiastae lectione θηρᾷ, quod egregie factum iudicamus. Scholiasta: οἰκεῖος ὢν τόλμῃ, τὸν τῶν λεόντων θυμὸν ἐν τοῖς πόνοις θηρᾷ. — Sed haeret interpretatio ad initium. Cui persuadebit Scholiasta, τόλμᾳ εἰκὼς

esse οἰκεῖος ὢν τολμῇ, cui Hermannus, sensum esse *audacia in laboribus animum sectatur leonum, ita, ut his similis sit?* Ceterum videre licet, eum τόλμᾳ servare voluisse; τολμᾷ autem eo invito esse editum. Ita enim iunxit: τόλμᾳ γὰρ θηρᾳ θυμὸν ἐριβρεμετᾶν λεόντων ἐν πόνῳ, εἰκὼς nempe αὐτοῖς. Satis notum est, pronomen hoc omitti, ubi res vel persona, ad quam referatur, praecessit; at vero istud omissum ubi de persona nihildum adfuerat, tam omnem usum excedit, ut, nisi exemplis firmetur, ad soloecismos referam. Nec huc faciunt, ad quae provocat Herm. p. 897 ad Vig. ab ipso disputata. In his enim voces vi ultra fines suos extensa conspicuae illustrantur, nihil vero de tali ellipsi. Ipsam autem vocem εἰκὼς nequaquam absolutam culpa scimus. Servato igitur θηρᾷ ita scribendum existimo:

Τολμᾷν γὰρ εἰδὼς
θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρᾷ λεόντων
ἐν πόνῳ

quae διόρθωσις, ni fallor, disputationes de hoc loco motas componet.

Superest locus vitio aeque insigni (nam Isth. VI. 8. nihil moror, erravi, dum hiatum in ἀνίκα ὀρθῷ defendi, dum ἀνίκα ab Aldo, qui οὔνεκα habet, profectum dixi, quod sibi, ut Boeckhius observat, vindicat Erasmus Smidius *Delitianus;* locum tamen nondum restitutum censeo)

Isthm. VI. 28 (VII, 40)

πρὸ φίλας πάτρας ἀμύνεται
λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ πρατῷ

In his ἀμύνων vitiosum esse patet. Quis enim feret πρὸ πάτρας ἀμύνεται, ἀμύνων. Porro λοιγὸν ἀμύνων ἐναντ. sp. contrarium eius quod poëta voluit, declarat. Accedit metrum, quod in situ vocis suspectae ἀμύνων choriambum requirit. Ob hanc causam Hermannus ἀντιτίνων scripsit. At vero ἀντιτίνων nimium recedit ab ἀμύνων, quam ut coniecturae nomine commendari possit. Idem fiet in alio

quovis vocabulo, siquidem *ἀμύνων* ex corruptione vocis a Pindaro scriptae natum existimas. Superest igitur, ut circumspiciamus, si forte *ἀμύνων* glossam deprehendamus quae genuino vocabulo expulso locum eius occupaverit. Hoc ita factum esse clarissime cerni potest in verbis, quibus Scholiasta locum explicat. Ita enim ille:

ὅστις, φησίν, ἐν τῇ τοῦ Ἄρεος νεφέλῃ, τουτέστιν ἐν τῷ πολέμῳ τὴν τοῦ αἵματος χάλαζαν ἀμύνεται, ἐναντίον φέρων ὄλεθρον τοῖς πολεμίοις κ. τ. λ. Patet Scholiastam accurate sequi poëtae orationem. Quid igitur magis perspicuum quam in textu fuisse, quod per *ἐναντίον φέρων* explicaretur. Id vero nulla ratione poterat esse *ἀντιτίνων*. Quis enim unquam ad *τίνειν* explicendum verbo *φέρειν* usus est? Ex his convincitur, falsam esse Hermanni coniecturam, licet Boeckhius suo more *eximiam* eam praedicaverit. Boeckhius Scholiastae ista verba *speciosa* dicit, nunquam vero dicere poterit, quae requirat, ut *aperta* et *perspicua* fiant. Sunt enim tam certa, ut prorsus nihil ad viam monstrandam desit. Iam lectio, quae fuerit, patet:

λοιγὸν ἄντα φέρων ἐναντίῳ στρατῷ

Ad *ἄντα* explicandum *ἐναντίον* adhiberi iam monui. Adde quod Ol. IX, 44 *ἔναντ'* pro *ἀντία* in textu erat, haud dubie ex glossa *ἐναντίον* relictum. Nec dubium *φέρων* e genuinis poëtae vocibus transscriptum, quippe quas presse scholiasta sequatur. Ita *τὴν τοῦ αἵματος χάλαζαν ἀμύνεται*, transpositis tantum vocabulis e Pindaricis repetiit. Denique quod dictionem attinet cf. Demagetus in Anthol. palat. VII, 438. *Ὦλεο —*

Δριμὺν ἐπ' Αἰτωλοῖς ἀντιφέρων πόλεμον.

Boeckhius autem: *si modo, qui ἄντα φέρων in ἀμύνων transiisset, posset intelligi.* — Fac inter lineam fuisse *ἄντα καὶ ἐναντίον φέρων ὄλεθρον τοῖς πολεμίοις ἤτοι ἀμύνων αὐτούς*, et sumas glossâ *ἀμύνων* expulsum quod in textu erat, nec quidquam, quod te dubium teneat, deprehendes. —

Ceterum pluribus fortasse verbis usus sum, quam in rebus plerumque perspicuis necesse erat. Sed ad hoc me coactum videbam, quod brevibus cum transigendum in Epimetro existimassem, minus me intellectum videbam. Simul in Boeckhii notis accuratius expendendis volui pessimam istam criticae factitandae rationem in notitiam hominum adducere, et, si possem, de scena eiicere, qua non paucos nostra aetate uti video. Hi enim simulatque de aliquâ re ab ipsorum placitis diversâ iudicium ferre coguntur, quaestionis momenta nequaquam libero animo pensitant, neque quae res et verum postulat, ingenue profitentur, sed aut festinando quaestionem levi pede tangunt, et argumenta adversarii truncata atque debilitata reddunt, aut, suis ipsorum opinionibus praeoccupati iudicioque impediti, quicquid primum arripuerint, ad refutandum sufficere putant. Eo utcunque exposito adversam sententiam causticis quibusdam formulis transfigunt, ut genio suo gratificentur et alienis detrahendo suorum pretium atque gloriam augeant. Huius rationis non aliud exemplar novi insignius, quam Boeckhii commentarios in Pindarum: de quibus si quis iudicium ferre vellet, ea sequutus, quae contra aliorum placita in rebus criticis disputata continent, is Boeckhium esse aliquem e vulgo criticorum statueret,

οὔτε πότ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιον οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

Sed iniquitatis reum me facerem, ni expositis quae reprobanda duxi, in laudes viri desinerem ceteroquin egregii, qualem se etiam in Pindaro ad metra sua revocando et pristino splendori restituendo exhibuit. Detractis enim, quae cupide, festinanter, inconsiderate scripta eius commentariis insunt, non sane neque paucis neque levibus, multa remanent, quae magnam cum iudicii vim tum doctrinae copiam, et ingenium Pindaricae magnitudinis capax conspicienda exhibent, quibus factum est, ut, si Hermannum excipias, vates Thebanus nemini tantum, quantum nuperrimo editori, debeat.

Postremo lubet addere, quod uterque meorum Adversariorum me sibi amicissimum dicit; nec sane falluntur. Vtriusque enim et doctrinam maximi facio et amicitiam amplector. Quodsi autem, ut fieri solet, mutua voluntate ducuntur, optandum erit, ut quo animo in me sunt, eum in mea quoque transferant. Hoc enim ubi factum erit, aequiores se eorum iudices in posterum praebituros confido.

IV.

OBSERVATIONES ANONYMI

IN

IVLIVM OBSEQVENTEM

DE

PRODIGIIS

E

MARGINE EDITIONIS OUDENDORPII.

EDIDIT

IOH. CHRISTO. SCHMID

TH. D. ECCLESIARVM IN DIOECESI VLMENSI

PRAELATVS etc.

Friderico Thierschio
S. P. D.
Io. Christo. Schmid.

Quum nuper ex libris viri cuiusdam, qui plures annos in Batavia vixerat, iure emtionis libros nonnullos mihi parassem, in illorum copia *Iulii Obsequentis librum de prodigiis* cura Franc. Oudendorpii a. 1720 editum, prae aliis magni faciendum censui, non quidem ob editionis raritatem, quam sane parvam esse scio, sed ob notulas margini adscriptas, quae grammaticum disciplinae Batavae non parvi habendum indicare videntur. Quare operae pretium facturus mihi visus sum, si observationes istas non in scriniis latere sinerem, sed usui publico proponi curarem. Quo ductus consilio illas ad Te mitto Tuo ceteroqui iudicio commissurus, utrum reponendas vel omnino reiiciendas esse censeas, an Commentariis a Te procuratis inserendas. Videant, si locum illis concedere Tibi placuerit, viri in hoc studiorum genere exercitati, num hae plagulae afferant quaedam, quae aut ad Obsequentem illustrandum, aut ad emendandos librariorum errores facere possint. Nullo in illustrandis Lycosthenis, quae in fronte libri posita sunt,

fragmentis studio posito, quum sequioribus temporibus scripta interpretem veterum auctorum haud sollicitent, vir eruditus notas addere a capite quinquasimo quinto incipit. Quis vero auctor animadversionum fuerit, prorsus nescio: literae enim H. F. B. fronti libri adscriptae, quemcunque sane denotent, aeque illum, qui librum possederat, ac illum, cui notulas debemus; indicare queunt; virum certe doctum et in harum literarum genere versatum fuisse facile intelligitur. Ter quaterve alias suas in alios auctores, Aelianum scilicet et Phaedrum, annotationes, et *specimen* observationum quoddam citat. Scriptane vero tantum sit, quae laudat, an edita, me perinde fugit ac scriptoris nomen. Quare relinquenda mihi esse videtur inquisitio nominis auctoris incerti iis, quos optimos harum rerum iudices esse scimus librisque, quorum perscrutatio ad nomen detegendum perducere possit, bene instructos. Ad Te autem, Thierschi carissime, hasce pagellas eam ob causam misi, ut testimonium exstaret, quanti Te semper fecerim. Daham Vlmae Mense Martio MDCCCXVI.

C. 55. valvaeque. f. *Aquilaeque*, v. Schol. Pind. Olymp. XIII. p. 113.

icta. Nursiae sereno nimbi orti, et homines duo exanimati. L. *icta*,

et homines duo exanimati. Nursiae sereno nimbi orti. Tusculi etc.

C. 56. levi. f. *leni;* sic enim Serv. ad Virg. Ecl. b v. 17.

natus. f. *nactus.* Sed Noster semper vel *natus* vel *inventus* dicit. Malim itaque transpositis vocibus legere: *in Vmbria semimas natus, aruspicumque iussu duodecim ferme annorum necatus.* Voce *nactus* passive usus est Hyginus. a)

transierunt. f. *transierant.*

C. 60. abrupta. f. *abrepta*, V. c. 124.

pestilentiae. L. (lege) *pestilentia*, id est, quum pestilentia esset. Sic c. 65.

C. 61. Deorum capita. Vid. *Festum* in *Capita Deorum.* b)

decidit. De mensa oleas. L. *decidit de mensa. Oleas* etc. Et fortasse vera est *Cuperi* emendatio. *Lanx* (pro *lana*) *cum* etc. V. Ovid. Fast. I. 453.

Not. 5. ad finem: nec mirum. Est enim inepta, (scil. Cuperi emendatio) In *lances* non imponebantur cocta, aut assa, aut elixa, sed cruda. V. Herodotum I. 59.

---

a) *occasione nacta*, Fab. I. 8. et 120. quod verò in participiis deponentium saepius occurrit, e. gr. *adepta libertate* Sallust. Catil. c. 7. Nec in obscuro posita est ratio usus deponentis pro passivo. S.

b) *Capita deorum appellabantur fasciculi facti de verbenis.* S.

in extr. cap. auctor citat Vales. ad Harpocratio-
aem p. 61. in primis Notas ad Phaedrum.

c. 64. rediens, membris captus ad. Distingue: *rediens membris captus, ad* etc. Sic c. 76. *Aeger Romam relatus, expiravit.*

ad not. 5. In Sicilia hic *Petitius* periit, si fides Sarisberiensi, p. 38.

c. 73. trigemini. f. *trimani.*

sine manu. L. *una manu*, vel *unimana*. Neque enim latinum est *puella sine manu* pro *puella, quae altera manu caret.* Videtur tamen *Cebes* vulgatae lectioni favere pag. XI. Ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος Δαίμων καλεῖται. Vbi ἐν τῇ χειρὶ est una manu, sive altera manu. Forte manus dextra κατ' ἐξοχὴν *manus* dicta. V. Aelian. II. 17. v. Gron. ad Herod. p. 994.

ad not. 8. et quidem ad *Heinsii* lectionem tuba pro *furta*: Non putem tamen, latinum esse *tuba cantat*, quum id non faciat *tuba*, sed tubicen.

agrorum. f. *agro Rom.*, id est, Romano, pro *in agro Romano.* Quid sit *strages agrorum*, nemo facile dixerit. Sic infr. c. 125. *Pompeius Macedonia* pro *in Macedonia.* Et sic passim Graeci. Vid. Me ad Aelianum.

c. 75. inter. f. *intra*. c)

ob haec ipsa. Haec verba, quibus nullum adesse sensum Oudendorpio visum est, noster sic interpretatur: *propter haec ipsa aedificia, quorum ruinis taurum libere progredi impedientibus tandem cadere coactus est.* d)

c. 76 volare. f. *bellare*. v. cap. 103.

c. 77. pluerat, ita supplicatio. f. *pluerat in tecta, supplicatio* etc. Scriptum erat *i tta*.

ad not. 2. post verba: *non temere alibi reperies*: Vid. Strabonem L. V. ubi agit de urbe Roma.

c. 82. not. 3. ad locum ex cap. 101. allegatum: Atqui ibi (sub vocabulo *pila*) intelligitur *globus ignis*, de quo cap. 114. Vide et Senec. Quaest. Nat. L. I. c. 1. Neque tamen assentior *Perizonio*, (qui *cecinisse* legit pro *cecidisse*) nisi pro *de coelo* insuper legendum sit *in coelo*.

c. 83. auspicarentur. f. *auspicaretur*, nempe Mancinus. Etenim si binis prodigium illud consulibus apparuisset, utique sequi etiam debuerat, quid mali Aemilio acciderit. V. c. 64. — Postea vero Anonymus lectionem *auspicaretur* reiecit addita ratione: sed tum praeterea Mançini nomen exprimendum fuerit. V. c. 76.

---

c) *Moserus* noster, Nonni editor, lectionem vulgatam praefert. S.

d) Quare vero τὸ *ob* tantum *propter* significare dicas, cum et *ad*, *adversus*, *prope*, *circa* significet? S.

ad not. 1. p. 80. post verba *Lavinium autem mari propior:* sed quid negotii ibi erat ipsius collegae M. Aemilii?

vox improviso audita. Vide Me in Specimine Observationum.

c. 84. Ab Achaeis exercitus Romanus caesus. V. Polybium p. 1352. sqq.

c. 88. exitium. f. *exitum*, id est, instare finem imperii Graecorum. *Petronius* c. 2. *pictura non alium exitum fecit, postquam Aegyptiorum audacia tam magnae artis compendiariam invenit.* Contrario sensu *Ovidius* Fast. I. 597. *Et mortem et nomen Druso Germania fecit.*

in princ. cap. 90. Hoc etiam anno Androgynus natus, *Phlegon Trallianus* c. 10. V. *Meursium*, qui toto coelo aberrat.

lapideus imber. f. *ravidus fiber*. V. *Horatium*. e)

c. 95. not. 5. Vide et Sarisber. p. 40.

c. 97. Veneri. f. *Veneris*,

facta. f. *tacta*. f)

c. 100. Bis. In hac voce urbis nomen latere videtur. An Veiis? An Bovillis? Vid. *Ovid.* Fast. III. 667.

---

e) Od. III. 27. 3. *rava lupa*? S.

f) *Mosero* retinenda videtur vulgata. Plerumque enim in fine capitum historicum quoddam factum enarratur. S.

conspiceretur et *idem* Anonymus vult commate disiungi.

c. 101. fastigio. *Nonius* duobus locis g) notat, fastigium etiam pro imis altitudinibus sumi.

c. 102. circumdederunt. f. *circumsederunt.*

adapertis. f. *adopertis.* Vid. cap. 86.

c. 103. utroque. f. *nocturno.* Vel potius intelligitur tempus medium inter diem et noctem. v. *Zachar.* XIV. 7, *Ovid.* Met. IV, 400.

turrem. L. *turturem.*

c. 104. not. 16. ad verba *Matri Idaeae:* Sic citat Perizonius ad Aelian. L. VII. c. 1. n. 1.

c. 107. pila. L. *pilam*, id est ordines, ubi milites sedebant. Existimo enim in Circo aeque ac in aliis locis fuisse pilas diversas, quibus spectatores discernebantur. Romae in foro plurimae fuere. V. *Holstenium* de pila staffilari.

ad exit. cap. V. *Servium* p. 537.

c. 109. ad fin. not. 6. Atqui ea exempla plane sunt dissimilia. Nam *urbe lustrata, pax domi forisque fuit*, significat, *quia urbs lustrata est* etc. Vid. c. 112. Vel certe *postquam*

---

g) p. 391 et 460 edit. Paris. 1586, in 8. locis, quae probent, sumtis ex *Virgilii* Georgicis II, 288. *Varrone* de R. R. l. 14, (cui addas cap. 6.) et *Cicerone* de Offic. III, 7. (quo autem loco supremam aedificii extruendi partem indicare *Ciceronem* arbitror.) S.

etc. Iam vero nemo non videt, absurdam oriri sententiam, si dicas, *postquam* vel *quia urbs lustrata est, Ptolemaeus* etc. Lege igitur cum Scheffero *Vrbs lustrata.*

c. 110. occisj ab aliis et comesi vulturibus. Id est *καταβρωθέντες ἀπέθνησκον.* Cebes p. 9.

c. 111. rebellabant. f. *rebellarant.*

c. 112. not. 13. post verba *gladii apparuit:* Idem vulgatae lectionis sensus esse potest. Vid. me in Specimine.

descendere. Vid. *Empedoclem* ap. Aristot. de respirat. c. 7. pag. 17. *Ciceronem* Divin. L. I. c. 20. *praecipites coeli partes* etc. *Coeli* scil. *orientis.* V. infr. c. 122. *Coelum ruere visum* occurrit infr. c. 116. Ex quo loco putem apud *Petronium* c. 122. pro *Armorum strepitu coelum farit* legendum *coelum ruit.*

c. 113. In Macedonia. Nihil muta. *Provincia in Macedonia* est *provincia Macedoniae* vel *Macedonia*, sicut *regiones in Thurinis* sunt regiones Thurinorum, supr. c. 103.

c. 116. not. 18. ad fin. Patet etiam ex *Appiano* p. 668. *Pompeium* fulmine exanimatum fuisse.

c. 118. miraculo considerantibus. Nihil muta. Sic *curare rebus*, *Apuleius* in Apol., vid. Casaub. p. 134.

not. 3. ad verba *rei miraculo intenti*: Val. Flacc. IV, 351.

not. 6. ad verba *Vtrumque probum est*: Immo vero sola vulgata lectio proba est. Neque enim *considerantibus* aliquid portendebatur, sed certo cuidam populo.

in fronte cap. 120. Aliud prodigium sub his consulibus memorat *Plinius* II. 35.

discussa. f. *excussa.*

not. 2. post verba *fuisse exesas*: Neutrum hic locum habet. Subintelligitur enim *terrae motu.*

c. 122. not. 7. pag. 131. post verba *locum non habent*: Vid. *Gellium* XIX. 1.

alia. f. *acta.*

repositum. f. ~~*depositum.*~~ Sed et compositum potest pro simplici positum esse, ut *redire* pro *ire*, *recipere* pro *capere*, *reddere* pro *dare.*

not. 12. post verba *litterae liquefactae*: supra tamen c. 60. eodem modo locutus videtur. Vid. et *Phaedrum.* Et sic interdum solent Graeci. Vid. Alciphr. Epist. 1. princ.

c. 123. p. 136. ibi. f. *ubi.*

p. 137. Tulerit. *Attulerit.* Turneb. Adv. XXII, 11. quem tamen etiam vide XXVII, 2.

c. 124. arreptum. f. *abruptum.* Vid. c. 60. An potius *signifero signum abreptum* est signum a signifero arreptum? h)

h) *Moserus* praefert Oudendorpii *abreptum.* S.

c. 125. not. 23. ad fin. *Ovid.* Fast. I. 569:
Prima movet Cacus collata praelia dextra,
Remque ferox saxis stipitibusque gerit.

c. 128. adscivit. Nihil muta. Vid. Gronov. ad *Statium* in principio.

c. 129. Qui. L. *quia.* Sed vid. c. 100.
Verire. *Nivere.*
excita. vid. *Heinsium* ad Val. Flacc. IV. 63.

c. 130. p. 208. linea textus ultima: et. L. *at* cum *Scheffero.*

V.

ANNOTATIONES CRITICAE

IN

CICERONIS LIBROS

DE

NATVRA DEORVM.

SCRIPSIT

MICHAEL WIRTH,

LOVINGA DILLINGANVS.

ANNOTATIONES CRITICAE
IN
CICERONIS LIBROS DE NATVRA DEORVM.

Lib. I. Cap. I.

Davisius pag. 7. ita edidit: *Quod vero maxime rem causamque continet, utrum nihil agant — an contra ab his — omnia facta sint — atque moveantur, in primis quoque magna distensio est; eaque nisi etc.*

In praecedd. dixerat Cicero: varias esse at in vicem discrepantes philosophorum de natura Deorum sententias, multasque ab iisdem moveri lites. Iam pergit: *summam*, quam moverent, *litem*, esse *eam*, qua disputarent: Num Dii nihil omnino agerent, an contra mundum confecerint atque gubernarent. Hanc ipsam litem *ita magnam* esse, ut eâ vel neglectâ vel minus compositâ, universum genus humanum in maximo versetur errore. — Videamus iam, qua ratione Davisius hunc auctoris sensum exhibuerit. — Verborum constructio haec est: *Deque his — certatur: quod vero maxume rem causamque continet, utrum — an contra — — in primis*

quoque — est. — Sensus igitur est: Philosophi multis de rebus acriter certant; caput vero rei *in primis quoque* magna dissensio est. — Quid, quaeso, novi affert auctor; cum nobis dicat, summam omnium litem praeter ceteras *in primis quoque* magnam esse? Quis demum hoc ignoraverit? — Adde, Relativum *quod* non habere, quo referatur, nisi inepto prorsus modo ad verba ista remotissima: *in primis — dissensio est.* Vt taceam de neglecta omnino antithesi, quae per particulam *vero* infertur, et cui *quoque* pessime respondet.

Patet igitur, Davisii lectionem ferri non posse. Atque malo huic Codex Monacensis, cuius lectionibus in his notis scribendis usi sumus, egregie sucurrit, legendo: *Quod vero maxume rem causamque continet, est, utrum — an contra — inprimisque magna —*. Iam vocula *quod* habet, quo referatur; deinde antithesis controversiae primariae cum reliquis omnium oculis incurrit. —

Sed nondum absolutus est locus. Nam si nobiscum *inprimisque* scribis, sequens *eaque* nequaquam quadrat. Sensus enim est: Atque dissensio haec de actione vel otio Deorum ita magna est, ut nisi componatur, omnes homines errore capi necesse sit. Hunc vero sensum verba: *inprimisque — eaque* nullo modo prae se ferunt. Praeterea autem nexum sententiarum dup-

lex istud *que* solvit. Itaque sequentem in modum huic loco mederi conor: *in primisque magna dissensio est ea: quae nisi diiudicatur* — Notum est *quae* et *que* passim in Codd. confundi, utpote qui *ae* plerumque ignorent. Vnde facile *eaque* pro *ea: quae* scribi potuit. Ne vero pronom *ea* in ultimum locum reiectum offendat, vide sis seqq. loca:

De Lg. I. 23, 62. *Quam pro nihilo putabit ea, quae vulgo dicuntur amplissima.* — Fin. I, 17, 56. *Etiam si voluptas ea, quae sensum moveat, nulla successerit.* — Pro Sulla 2, 4. *Non enim una est ratio defensionis ea, quae est posita in oratione.*

Cap. IV. p. 13. l. 8. Davis. edidit: *Vt aliae ex aliis nexae.* — Posset arridere cuidam nostri Cod. lectio, quam in textu reliquit *Ernest.: ut alia ex alia nexa.* — At vero praeterquam quod pluralis numerus suavius longe sonet singulari, aliis quoque locis ita locutus est Cicero: v. c.

Tusc. Quaest. V, 25, 70. *Causae aliae ex aliis aptae, et necessitate nexae.* — Offic. I, 7. *Vt ipsi inter se aliis alii prodesse possint.*

Cap. V. pag. 15. l. 1. *Quod facere iis necesse est, quibus* etc. Edit. Davis. habet. — Cod. poster in huiusmodi structuris constanter *his* pro *iis* praebet. — Conf. Goerenzius, vir doctiss. de Lg. III, 13, 31. ubi docet, hunc dicendi modum ex Ciceronis more esse; atque *his* pro *huiusmodi*

hominibus ab eo dici. Lg. I, 17, 42. *Qui vero* HIS *et* HORVM *scelerum principes fuerunt.* Lg. III, 13, 31. *Quod his, qui tenuioris ordinis essent.* Nat. Deor. II, 46. *Hunc* HORVM *nihil unquam reputavisse certo scio.* —

Cap. IX, pag. 25. l. 4. Davis. habet: *Spatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi potest.* — In cod. nostro *ea* non exstat. Ne voculâ opus esse credas cf. Nat. Deor. II, 44. *Sed intelligi,* QVALIA SINT, *sine* summa ratione non possunt. — ibid. 58. *ex quo scientia intelligitur, quam vim habeat,* QVALIS *sit.* Acad. Quaest. II, 23, 72. *Et primum, quod initio dixisti, videamus, quale sit.*

Cap. XVIII. p. 55. l. 1. *Et ad Deos affluat.* — Hanc vulgatam lectionem ipse Davis. in notis reiicit, et *a Deis* reponit. Quod quidem admittendum esset, cum saltem ex Epicuri sententia sit, qui docebat, nos et videre et cogitare per imagines Atomorum, ad nos adcurrentes. At vero Codd. alii, et noster habet *ad eos*, quod si conferas cum seqq., ubi de *mente nostra* in imagines intenta loquitur Cicero, facili manu corrigas, *ad nos*, cuius corruptionem in *ad eos* quivis intelligit fuisse pronam.

Cap. XX. p. 57. l. 1. *Nisi quietum autem, nihil beatum est.* Ita Davis. — In nostro Cod. *est* non apparet; nec eo opus est. Cf.

Orat. I, 12, 54: *Atque totus hic locus philosophorum proprius.* — Lg. I, 23, 59. *Haec laudabilia, et locupletibus fere cum plebe communia.*

Cap. XXI. p. 60. l. 2. *Qualem Deorum naturam esse ducam.* Equidem Cod. noster longe melius, ni fallor, *dicam* reponit. Id quod et Ernest. Praefat. et not. p. 457. probat; quia *esse* cum *duco* non conveniat. Accedit viri doctiss. Goerenz. auctoritas, qui in notis ad Lib. I. et III. de Lg. pag. 57. 74. et 268. docet, *dicere* philosophis, adeoque inprimis Ciceróni, idem esse, ac *statuere*, *iudicare*.

Cap. XXII. p. 62. l. 8. *Cetera quoque doctus* — hoc quoque loco Cod. noster variat, et *ceteroque* exhibet. Facile hinc *ceteroqui* effingas, cui invidiae maculam inhaerere cum Davisio vix credo. Saltem loca seqq. eam vix ac ne vix quidem prae se ferunt. Fam. VI. Epist. 19. *Ceteroqui mihi locus non displicet.* — Fam. IX. Epist. 10. *Ego ceteroqui animo aequo fero.* — Orat. XXV. *Quem, nisi quod solum, ceteroquin recte quidem vocant Atticum.* — Iure igitur Forcellin. tot. Latinit. Lex. in hoc v. docet, *ceteroqui* et *ceteroquin* idem significare, quod *ceterum*, i. é. quod reliquum est, quantum ad reliqua.

Cap. XL. p. 111, l. 13. *At has leviores ducis voluptates.* Etiam h. l. Cod. noster *dicis* pro

ducis exhibet; quod aeque, ut supra, probandum erit.

Cap. XLI. p. 112. l. 16 — 17. *Cogitat, inquiunt, assidue beatum esse se: habet enim nihil aliud, quod agitet in mente.* — Cod. noster *cogitant — beatos esse se: habent — agitent* infert. Atque haec legendi ratio mihi quidem praeplacet. Etenim in praecedd. dixerat auctor: *Sed doceo, deos vestros esse voluptatis expertes: ita vestro iudicio ne beatos quidem. At dolore vacant!* Ex his patet, pluralem numerum adhiberi non solum in sententiis remotioribus, sed in ea etiam, quae proxime ad h. l. spectat — in difficultate dico, quam adversarius e dolorum absentia movet. Haec vero, quam nos tractamus, sententia eiusdem difficultatis est continuatio quaedam, qua haec ipsa augeatur. Itaque absonum videtur, in sententias tam arcte cohaerentes diversas numeri species inferre. Neque huc facit, quod in seqq. singularis adhibetur. Cicero enim novum argumenti genus orditur; ideoque nonnisi absurdum in modum subiectum in sententiam praecedentem retrahi potest.

Cap. XLIII. p. 118. l. 16. *inesse universitati.* Hanc lectionem cum Cod. nostro et *Victorius*, et *Eliensis uterque* Cod., et usus loquendi Ciceronis frequentissimus impugnant. Cf. Nat. Deor. I. 5. *ut in iis nulla insit certa iudicandi*

— *nota.* — cap. 15. *ut in eo vis divina inesse videatur.* Cap. 18. *Nec ratio usquam inesse, nisi in hominis figura.* Cap. 42, *in qua inest timor inanis deorum.* — Nat. Deor. II. 35. *inesse aliquem — habitatorem — in hac caelesti — domo.* Cap. 38. *neget in his ullam inesse rationem.*

Cap. XLIII, p. 120. l. 2. *Qua cum carere Deum vultis* — In nostro Cod. *dicatis* pro *vultis* scriptum video, atque plane probo, ut iteratae eiusdem vocis repetitioni occurratur.

Lib. II. cap. LVII. p. 272. l. 14. *Sudorem a capite et a fronte defluentem repellunt.* Noster *depellunt.* Quod admittendum esse puto, cum infra pag. 274. l. 3. idem verbum simillima structura occurrat. *humorem semper habent ad pulverem multaque alia depellenda.*

Cap. LIX. p. 277. l. 2. *Quae primum efficit, ut ea, quae ignoramus, discere, et ea, quae scimus, alios docere possimus.* H. l. noster *efficit, ut* ET *ea* etc. exhibet, quo vix aliud loquendi genus Ciceroni usitatius, ita ut exemplis illud confirmari superfluum plane foret. Vbique enim repetitam voculam *et* infert, si de rebus invicem sibi respondentibus arcteque cohaerentibus loquitur.

Cap. LXVI. p. 291. l. 19. post *nocuit* Cod. noster addit: *aut si quid e vitae commodis ca-*

sus abstulit. Num admittenda haec, an reiicienda sint, iudicare nolim.

Lib. III. Cap. VII. p. 306. l. 2. *Quarum una est de commodorum* etc. In nostro Cod. *quidem* adiectum video post *est;* quam vocem, si voculae *una* iungeres, commode apteque prorsus *distributioni* inserviret, ut alibi, v. C.

Ad Attic. VIII. Epist. 11. *Atque haec nostra gravior est causa, quam illorum, quod illi quidem alterum metuant, nos utrumque.* — Acad. Quaest. L. IV. Cap. 5. *P. Crassum et P. Scaevolam aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse, alterum quidem, ut videmus, palam, alterum, ut suspicamur, obscurius.*

Cap. X. p. 312. l. penult. *distinguitur.* — Quod cum Cod. nostro etiam Ernest. praef. et not. p. 476. in *distinguit* mutandum censet. Atque haec legendi ratio sequentibus verbis *negat — censet* multum sane confirmatur.

EXPLICIT PARS PRIOR.

ACTA

PHILOLOGORVM MONACENSIVM

AVCTORITATE REGIA

EDIDIT

FRIDERICVS THIERSCH.

TOM. II. FASC. III.

MONACHII IN LIBRARIA SCHOLARVM REGIA,
NORIMBERGAE APVD STEINIVM, IN COMMISSIS
MDCCCXVII.

1068

Continentur in hoc fasciculo:

I. Addenda ad Observationum in *Thucydidem* partem priorem. Scripsit Franc. Goeller, Bambergensis. Pag. 315 — 338.

II. Observationes in *Thucydidem*. Scripsit Franc. Goeller, Bambergensis. Pars posterior. Pag. 341 — 362.

III. Emendationes et Observationes in *Taciti Agricolam*. Scripsit Ludovicus Dorderlein, Dr. Philos. et Prof. Philol. in Academia Bernensi. Pag. 365 — 383.

IV. De Formulis χρῆσθαι τῷ θυμῷ et χρῆσθαι θυμῷ apud *Pausaniam*. Scripsit C. G. Sikkelis. Pag. 387 — 391.

V. De Epitaphio in *Athenienses*, qui in pugna ad Potidaeam ceciderunt. Scripsit Fridericus Thiersch. Pag. 395 — 415.

VI. Notae criticae in Libanii *Apologiam Socratis*. Scripsit Fridericus Iacobs. Pars prior. Pag. 419 — 468.

I.

ADDENDA

AD

OBSERVATIONVM

IN

THVCYDIDEM

PARTEM PRIOREM.

Pag. 205. Actt. Tom. II. fasc. 2. ad Libr. I. 2.

Gail. in Obss. h. l. laudans scribit: *βιαζόμενοι ὑπὸ τῶν ἀεὶ πλ.* Sed nihil, neque hic, neque in var. lectt. praeterea adnotavit. Vid. laudatos a *Toupio*, qui eundem loc. tangit ad Longin. d. subl. p. 487. *Weisk.* Ap. Plutarch. V. Marcell. c. 13. Marcellus *αἰτούμενος ἐκ τούτων* (e Romanis Marcelli supplicibus) *τῆς στρατιᾶς τὸ ὑπολεῖπον ἀναπληροῦν*, (*ἔγραψε πρὸς τὴν σύγκλητον.*) *Ἀεὶ* post *ἐκ τούτων* omittunt quidam, plane otiosum putantes. Rectius *Reiske* tuetur tanquam dictum pro: *τὸ ἀεὶ ὑπολεῖπον.* Ante eundem *Reiskium* in V. Eumen. c. 9. sic legebatur: *φεύγων δὲ* (*Σερτώριος* sc.) *τὴν ἐναντίαν ὁδὸν τοῖς διώκουσι μετέβαλε. λαθὼν δὲ καὶ παραλλάξας, ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, οὗ τὴν μάχην συνέβη γενέσθαι, κατεστρατοπέδευσε, καὶ συναγαγὼν τοὺς νεκροὺς . . . ἔκαυσε.* *Reiske* mutata distinctione verborum sic scripsit: *μετέβαλε λαθών· καὶ παραλλάξας κ. τ. λ.* Probatur haec emendatio libri *monac.* 85. auctoritate. — P. 206. *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον.* (sic enim scr.) *Gail.* mém. p. 25. n. 39. *J'aime mieux l' entendre avec Gottleber de L' ESPACE DE TEMS*

mais au lieu de traduire avec lui: A VETVSTISSIMIS VSQVE TEMPORIBVS *et de sous entendre* χρόνου ἀ ἐκ τοῦ, *je traduirois:* AB HAC AETATE AD VETVSTISSIMA VSQVE TEMPORA... *pour* Ἐκ τούτου του χρόνου ἐπὶ πλεῖστον χρόνον. Haec mihi quidem recte disputasse videtur *Gailius*. Idem usus articuli sexcentis locis obtinet: (v. *Hermann.* ad Viger. p. 700, 9.) ut VII. 71. πάντων γὰρ δὴ ἀνακειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς, ὅ τε φόβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐδενὶ ἐοικώς, καὶ διὰ ΤΟ ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν τῆς ναυμαχίας ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν. *Iacobs* not. ad h. l. in Attic. p. 202. ed. 3tiae et *Benedict.* ad h. l. ἀνώμαλον his cogitatione ponunt, referuntque ad inaequalitatem certaminis et inaequalem de litore adspectum. Sic quoque *Valla* interpretatur: *et propter inaequalitatem loci etiam inaequaliter proelium ex terra spectare cogebantur.* Διὰ ΤΟ *Reizius* de accent. inclin. p. 9. *Wolf.* explicuit per Διὰ ΤΟΥΤΟ, et iam ante eum *Aem. Portus* in var. lectt. conf. VI. 66. τῇ μὲν γὰρ τειχία τε καὶ οἰκίαι εἶργον καὶ δίνδρα καὶ λίμνη. παρὰ δὲ ΤΟ, κρημνοί. Hi viri docti verum vidisse videntur; minus tamen placet, quod ita distinguunt: καὶ διὰ τὸ· ἀνώμαλον Καὶ..... Haec distinctio ex meo quidem sensu orationem reddit asperam et abruptam. Neque Scholiastae adsentior; ita interpretanti: καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον) καὶ διὰ τὸ, ἐν ναυσὶ μό-

ναις δηλονότι πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἀνωμάλως ἐκ τῆς γῆς ἐθεῶντο τὴν ναυμαχίαν. Verba: καὶ διὰ τοῦτο (sive τὸ) ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν εἶχον habent suam explicationem in sequentibus: δι' ὀλίγου γὰρ οὔσης τῆς θέας, καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, εἰ μέν τινες ἴδοιέν πη τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρρησάν τε ἄν, καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν ... ἐτρέποντο. Referendum est itaque τὸ ad sequentia ut monui Actt. T. II. p. 206. s. Eodem loco (VII. 71. init.) malim: ὅ τε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύντασιν τῆς γνώμης εἶχε ...., ξύστασιν enim est vocabulum h. l. sensu cassum. ξύντασιν legit Schol., ut ex hac eius interpretatione apparet: πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύστασιν τῆς γνώμης εἶχε) ἀντὶ τοῦ ἰσχυρῶς ἠγωνίων, καὶ τὰς διανοίας συνετέταντο, vide *Schaefer.* ad Dionys. Hal. d. C. V. p. 190. — P. 207. Quod in extr. adnotatione ad h. cap. articulum οἱ ante πολίμῳ .... a *Dorvillio* nescio qua auctoritate scriptum esse dixi, monuit *Poppo*, vir doct. mihique amicissimus in libr. optimae frugis pleno p. 183. errore operarum factum esse, ut in quibusdam editionibus omitteretur. — Totam Thucydidis de populorum in Atticam commigratione narrationem apte locis Pausaniae et Herodoti explicat *Marx* Ephori fragmm. p. 120. s. not.

P. 210. ad Libr. I. 3. *Causam, qua universis Graecis nomen* Ἕλληνες etc.

Hanc rem explicat Pausan. T. I. p. 422. *Fac.* his verbis: ἐπὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ἕλος ἦν, οὗ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐμνημόνευσεν ἐν καταλόγῳ Λακεδαιμονίων .... τοῦτο ᾤκισε μὲν Ἕλιος .... Δωριεῖς δὲ παρεστήσαντο ὕστερον πολιορκίᾳ. καὶ πρῶτοί γε ἐγένοντο οὗτοι Λακεδαιμονίων δοῦλοι τοῦ κοινοῦ, καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι, καθάπερ γε καὶ ἦσαν. τὸ δὲ οἰκετικὸν τὸ ἐπιπηθὲν ὕστερον Δωριᾶσι Μεσσηνίους ὄντας, ὀνομασθῆναι καὶ τούτους ἐξενίκησεν (conf. Thucyd. I. 3. οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. Et Pausan. T. I. p. 14. 474. 582. T. II. p. 217.) Εἵλωτας, καθότι καὶ Ἕλληνας τὸ σύμπαν γένος ἀπὸ τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ ποτὲ καλουμένης Ἑλλάδος.

Pag. 211. ad Libr. I. 6.

De Orsippo vid. Pausan. T. I. p. 168. *Fac. Millin* Magasin Encycloped. T. III. an. 6. p. 536. ubi memoratur Inscriptio, quam Schol. profert, gemmae (pierre gravée) insculpta. V. *Gail.* Obss. p. 13. conferri iubet *Rochefort* ad Il. XXIII. p. 685. ed. in 4to. Add. *St. Croix* refutation d'un paradoxe de Mr. Wolf. p. 76. et *Hug.* Erfind. d. Buchstabenschr. p. 148. s. Aliam causam, quare nudi in certamen descenderint, adfert Pausan. T. II. p. 26. cap. 6. extr.

P. 212. ad Libr. I. 8.

χρόνῳ ὕστερον legitur etiam ap. Pausan. T. I. p. 80. 190. pass. v. *Poppo* Obss. p. 87. not.

P. 214. ad Libr. I. 22.

Conf. I. 20. quem locum respexit Pausan. T. I. p. 12. *Fac.* λέγεται μὲν δὴ καὶ ἄλλα οὐκ ἀληθῆ παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἷα ἱστορίας ἀνηκόοις οὖσι καὶ ὁπόσα ἤκουον εὐθὺς ἐκ παίδων ἔν τε χοροῖς καὶ τραγωδίαις πιστὰ ἡγουμένοις· λέγεται δὲ καὶ τὸν Θησέα .... Noster: οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως (fort. ὅμως) ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται: .... οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται. Initium hui. sect. *Gail.* mém. p. 26. n. 58., rectius quam alii, ita interpretatur: *Telles j' ai trouvé les antiquités de la Grèce, lesquelles sont difficiles à croire, même avec les conjectures suivies que j' en ai presentées.* Verba Thucydidis postremo loco posita, adnotante *Lipsio* expressit *Tacit.* III. Annal. 19. *adeo maxima quaeque ambigua sunt, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent; alii vera in contrarium vertunt, et gliscit utrumque posteritate.* Cum eodem loco Thucydidis *Marx* Ephor. fragmm. p. 64. contulit *Ephorum* apud Harpocrat. s. v. Ἀρχαίως (hic enim pro nomine Thucydidis reponendum est nomen historici Cumaei): περὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς

γεγενημένων, φησὶ, τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς οὕτω διεξιόντας ἀπιθανοτάτους εἶναί νομίζομεν. ὑπολαμβάνοντες οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἶναι μνημονεύεσθαι διὰ τοσούτωὐ. Videsne, ait *Marxius*, subactum viri et distinguendi sensum et iudicandi acumen? Plane ut Thucydides intellexit, res suae aetatis nisi explicate traditas, fidem non facere; antiqui autem aevi memoriam, nisi commentitiam, copiose enarrari nequire.

Pag. 216. De cohorte Pitanate vid. *Larcher.* ad Herodot. T. VI. p. 117. ed. pr. Interprr. ad Herodot. T. VI. p. 267. *Schw.* et *Wesseling.* cum *Valckenar.* ad VII. 57. Tom. VI. p. 191. *Schw.**) Errore operarum p. 216. expressum est: Herodot. VI. 37. IX. 52. pro VI. 57. IX. 53.

Pag. 219. ad Libr. I. 50.

In adnotat. ad h. l. corrige: καταδύσεια πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους et mox: ita malim interpretari, ut Καταδύειν accipiatur pro etc.

Pag. 220. ad Libr. I. 70. Οἱ μὲν γε νεωτεροποιοί κ. τ. λ.

Homer. Il. XIX, 242. ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον. Hoc vulgare illud, ait *Heyne*,

---

*) De recitatione Musarum Herodoti conf. *Wesseling.* praef. ad Herodot. p. XXIII. *Schw.* *Scaliger.* ad Euseb. p. 102. *Corsin.* Fast. Att. T. III. p. 157. *Creuzer.* fragmm. hist. ant. gr. p. 91. not. *Brédow.* V. Thuc. p. 6.

reputanti nihil probare apparebit. In Trach. 366, melius, videtur, ex MSS. Schaefer. edidit: ἥκει δόμους ἐς τοὺς δὲ πέμπων κ. τ. λ. conf. Censor speciminis nov. ed. Soph. in Annal. Heidelberg. N. 41. 1815. Interdum ὡς εἰς iungenda erant, unde alterutro omisso, sive ὡς sive εἰς relictum est. Ap. Xenoph. Comm. Socr. II., 7, 2. pro ὡς τὸν Πειραιᾶ trium Codd. Pariss. lectio a *Schneidero* erat admittenda, *Matthiae*, Gr. Gr. p. 446. „Raro rebus iungitur ὡς, ut ὡς Ἄβυδον Thucyd. VIII. 103. Verisimile est, hoc loquendi genus inde originem traxisse, quod saepe ὡς εἰς coniunctum est, ut a Xenoph, Ages. I. 4." Imo hic erat fons corruptelae. Nisi discrimen habitum voluissent inter ὡς et εἰς, non tam accurati in earum usu particularum fuissent, ut *Aristophan*. Pac. 104. ὡς τὸν Δι' εἰς τὸν οὐρανόν. et *Lucian*. Icaromenipp. T. VII. p. 45. ἐς τὸν Τάρταρον ὡς τοὺς γίγαντας. Pausan. T. I. p. 331. *Fac*. Μεσσηνίων δέ ἐστιν ἐς αὐτὸν λόγος, Τυνδάρεων φύγοντα ἐλθεῖν ὡς Ἀφαρέα ἐς τὴν Μεσσηνίαν. Nost. V. 80. ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης καὶ ὡς Περδίκκαν. VIII. 31. ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην ὡς Περδίκκαν. 59. ἐς τὸν ἑλλήσποντον ὡς Φαρνάβαζον. vid. *Brunck*. indic. Aristoph. s. v. ὡς. Ap. Nostr. VIII. 5. non est ferendum ὡς ἐς Εὔβοιαν, sed simpliciter ἐς Εὐβ. Iubent ita legi libri MSS. longe plurimi, in iisque Pariss. duo et *Monac*. 228. In VIII. 36 ex tribus codd. Pariss. leg. ἐς Μίλητον. In-

terest enim aliquid inter ὡς ἐς et simplex ἐς. Primus significat, quod nos dicimus: *auf dem Wege nach*, hoc simpliciter: *nach*. V. *Valckenar.* ad Thom. M. in *Ruhnkenii* et alior. epistt. ad Ernest. p. 106. ubi laudantur ex Thucydideis haec: IV. 79. ὡς Περδίκκαν καὶ ἐς τὴν Χαλκιδικήν, conf. *Bauer.* *Valckenarius*: „male Abreschius ἐς eiicit". Ap. Heliodorum IX. p. 428, 32. *Bourd. Coray.* dedit εἰς τὴν πόλιν. Εἰς pro πρὸς restituendum est Xenophonti H. Gr. II, 2, 9. ἀφικόμενος εἰς Αἴγιναν. Ita adnotatum est in marg. *Victor.* Idem mox offert verissimam scripturam: ὡς δ' αὖτως καὶ Μηλίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι ΤΗΣ αὐτῶν ἐστέροντο. Vulg. ὅσοι ΤΩΝ αὐτῶν ἐστέροντο. Ita etiam cum *Valckenar.* ad Herod. p. 602, 62. ap. Nostr. V, 65. ἐς pro πρὸς ex libris MSS. admittendum puto. ὕδωρ ἐξέπεμπεν ἐς τὴν Μαντινικήν. Eandem scripturam fert liber meus *Monac.* 228. In VIII. 87. in verbis καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἤμελλε χρήσεσθαι, Gregor. Cor. pro ὡς abundare ἀττικῶς. Inepte! Muta accentus notationem: καὶ γὰρ ὡς ... *vel sic enim* .... De ὡς pro ἕως posito vid. *Duker.* ad VIII. 1. *Abresch.* ap. Albert. ad Hesych. T. I. c. 565. et *Iens.* T. II. c. 1601. s.

TANTVM.

III.

EMENDATIONES

ET

OBSERVATIONES

IN

TACITI AGRICOLAM.

SCRIPSIT

LVDOVICVS DOEDERLEIN,

DR. PHILOS. ET PROF. PHILOL. IN ACADEMIA BERNENSI.

CAPVT I.

Clarorum virorum . . . . . quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est *vitium*, parvis magnisque civitatibus commune, *ignorantiam recti et invidiam*.

Recte a Barclaio quaesitum est „Cur non potius: *vicit ac supergressa est vitia*“? perperam responsum ab ipso, tacita aspernatione a caeteris. Neque hoc unum quaererc debebat. Invidia pro summo rerumpublicarum, donec liberae sunt, vitio haberi solet; tunc temporis alia omnia potius poterant inculpari. Denique post ingens crimen *ignorantiae recti*, quod singula vitia fere omnia complectitur, non frigere non potest *invidia*. Quid multa? Genitivus *recti* ad utrumque accusativum pertinet, et *invidia* est pro *odio*. Qua in re quanquam exemplis vel locis similibus nihil opus est, tamen ad verborum ordinem apposite comparaveris Ann. I, 44. *Nec Caesar arcebat, quando nullo ipsius iussu penes eosdem* saevitia facti et invidia *erat*.

CAPVT V.

Nihil appetere *iactatione*, nihil ob formidinem recusare.

Sic Rhenanus edidit pro vulgato *iactationem* quanquam Venetus et Putcolanus et unus Vaticanus praepositionem *in* addunt, probantibus Vrsino et Acidalio. Hoc verissimum. Etenim res fortes appetuntur *ambitione*, non *iactatione*; sed *in iactationem*, ut cap. 18.. *Nec Agricola prosperitate rerum* in vanitatem *usus expeditionem aut victoriam vocabat*, *victos continuisse*. Adde cap. 24. Acidalio laudatum.

CAPVT X.

Tristitiam et arrogantiam et *avaritiam* exuerat.

Triplex huius loci explicandi conatus male cessit; sed nota dignum est Oberlini commentum, *exuisse aliquid* poni pro *vacuum esse aliqua re*. Quis tandem hanc excusaverit pii generis ambiguitatem, quam tot tantique viri per tot saecula maluerunt in peiorem partem interpretari? Quod quis *exuit*, necesse est eatenus gestaverit. Et profecto *integritatem et abstinentiam* (hoc enim esset *avaritiam exuisse* ex Oberlini sententia) *in tali viro referre iniuria virtutum fuerit*. Revera *induere* Agricola dicitur *tristitiam et arrogantiam et avaritiam*, nec vero nisi *cum potestatis persona*. Indoles et mores his verbis adumbrantur boni praetoris aut praefecti, qualem ista aetate et respublica et imperatores sole-

bant requirere. Per *tristitiam* significatur antiqua ista Romanorum morositas; per *arrogantiam* ex Taciti usu non tam *impudentia* quam importuna quaedam vultus maiestas, *ein vornehmes Wesen*. Sic cap. 42. *Domitianus paratus simulationi*, in arrogantiam *compositus*, *audiit preces excusantis*. Eadem est Ann. I, 8. Tiberii *arrogans* moderatio. Ann. XIII, 2. ita distinguendum: *Pallas* tristi arrogantia, *modum liberti egressus*, *taedium sui moverat*. Denique *avaritia* est severitas in exigendis tributis; imo omnis imperii Romani species non semel per *avaritiam* describitur a Tacito.

CAPVT XVI.

Ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem. Haec seditio sine sanguine stetit.

Abruptas esse has sententias non ea brevitatis lege, quam Tacitus venari recte creditur, facile quivis sentit. Talia ab interpunctione laborant. Scribe: *Ac, velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem, haec seditio sine sanguine stetit* *). Olim pacti mihi videbatur esse

*) Hac eadem distinctione usum video Strombeckium; unde auguror, idem Seebodio repertum esse, cuius editionem, quia haec in ipsis Germanicarum literarum terminis scribo, nondum mihi licuit adire. Itaque venia mihi obtingat velim, si forte quid inscius post Seebodium monuerim. Caeterum ex rebus minoris momenti in universum aestimanti neuter eam re-

nominativus absolutus, graeco more. Sed cum aliud huius constructionis exemplum frustra quaesivissem in Tacito, malui *velut* accipere pro *velut si*, et *pacti* pro coniunctivo, suppleto *essent*. In Liv. I, 12. *Haec precatur*, veluti si *sensisset auditas preces*, *inquit*, ab aliis omittitur *si*. Horat. Carm. III, 28, 6.

Inclinare meridiem
Sentis, ac *) *veluti stet* volucris dies,
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli consulis amphoram.

---

ligionem, quam vel editio vel interpretatio tanti viri desiderat, videtur adhibuisse.

*) Lambinus modeste coniicit *at*, textu vero abstinet. Maiori fiducia Taciti interpretes *at* intruserunt Agric. 39. Sic ibi restituendum: *Inerat conscientia, derisui nuper fuisse falsum e Germania triumphum . . . . . in captivorum speciem formarentur; ac nunc — veram magnamque victoriam tot millibus hostium caesis, ingenti fama celebrari!* Perinde cap. 33. ex hac animadversione minime nova ita scribendum: *Veniunt e latebris suis extrusi, et vota virtusque in aperto; omniaque* etc. ut bene careamus Mureti mutatione *en*. De Graeco usu vid. Actt. Monasc. I, 1, p. 47. Similia congessi in spec. Sophocl. p. 25. quae nunc hisce exemplis auxerim: Thucyd. II, 89. τὸ πλῆθος τῶν νεῶν, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου παρεσκευάσαντο, quae sic explico: Multo labore et contra morem *hanc navium copiam sibi paraverunt*, et tamen *nostram non nequant*. Vid. Schaef. ad Apoll. Rhod. T. II. p. 218. Vindicandus igitur Plat. Protag. §. 68 (p. 337. Steph.) Ὑμεῖς τε γὰρ οἱ λέγοντες . . . . εὐδοκιμοῖτε καὶ εὖτ

Adde Serm. II, 8, 94. Velut *illis Canidia afflasset*, ubi *veluti si* intulit Bentleii coniectura.

CAPVT XVIII.

Eoque initio erecta provincia; *et*, *quibus* bellum volentibus erat, probare exemplum aut recentis legati animum opperiri.

Ante Brotterium *) vulgabatur *ut quibus*, ex illius editione nunc *et quibus*. Sed multo magis a sensu commendatur Lipsii correctio *ut quibusque;* facile enim apparet, consilia rebellantium non aequari a Tacito; qui ardentius cupiebant bellum, *probabant* et sequebantur exemplum; qui minus, opperiri malebant. Cuncti *erecti* sunt (quod non est: *arma* ceperunt, sed *animum* potius et *spem*) nec vero pari omnes vigore. Quam ob rem desideratur *ut*, maximeque favet Lipsio locus laudatus ex Ann. I, 59.

ἐπαινοῖσθε, ad quem locum Heindorfius: »Non καὶ οὐ, sed ἀλλ' οὐ scribi oportuit vel potius utroque omisso εὐδοκιμοῖτε, οὐκ ἐπαινοῖσθε«. Non minus recte in Tac. Ann. I, 13. legitur: *Asinium auidum* et *minorem*, non *sed*, quod placuit Mureto.

*) Ex MS. Vatic. 3429 munit hanc suam lectionem Brotterius. At vero, siquidem religio critica excusare valet temerariam suspicionem, tam saepe MSS. ab hoc editore consulti concordant cum ipsius opinionibus haud raro futilibus, ut mihi quidem aut fides eius, qui consuluit, aut Codicum ipsorum aetas et auctoritas recenti Taciti editori satis accurate examinanda videatur.

CAPVT XVIII.

Sed ut in *dubiis* consiliis, naves deerant.

Tacita Oberlini auctoritas non sufficit reiiciendis Pichenae, Acidalii, Ernestii sententiis. Atqui vulgata salva est. *Dubia consilia* non tam de maris impedimento, quam de universae expeditionis ratione dicuntur. Ne milites ad securitatem verterentur, simul atque advenerat, nullo expeditionum ad subigendam reliquam Brittanniae partem ordine et consilio constituto, sed *dubius*, quonam Ordovicibus punitis pergendum foret, dummodo occuparet et suos et hostes, Agricola bellum susceperat.

CAPVT XIX.

Frumenti et tributorum *exactionem* aequalitate munerum mollire.

Primus Rhenanus vulgatam *auctionem* detrusit, et miro successu omnes in suas partes traxit, quanquam optime norant Suetonii locum in Vespas. 16. *Non enim contentus, omissa sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidisse*, auxisse *tributa provinciis, nonnulla et duplicasse.* Et *tributa* ipsa, non tributorum *exactio*, aequalitate munerum mollitur.

CAPVT XX.

Quibus rebus multae civitates . . . iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae . . . *ut nulla* ante Britanniae nova pars illacessita transierit.

Neque a lenitate neque a sensu coniecturae hactenus de hoc loco propo itae satis commendantur, praeter Ernestianum *ita* post *pars* insertum. In re adhuc incerta opiniones cumulare satius duco, quam per segnitiam incertum pro certo accipere. Quid si legas: *et praesidiis castellisque circumdatae, tanta ratione curaque*, ut ea, ut nulla *ante Britanniae nova pars, illacessita transierit.*

CAPVT XXV.

Ac modo alvarum et montium profunda, modo tempestatum ac fluctuum adversa, hinc terra et hostis, hinc *auctus Oceanus* militari iactantia compararentur.

Quid sit *auctus Oceanus*, nuperrime in dubitationem vocavit Strombeckius, quin etiam corruptelam suspicatus est. Id quod Lipsio probatum et unice verum est: *der neugewonnene*, seu potius: *der erweiterte Ocean*, parum ei videtur satisfacere. At nullo pacto aut de *fluctuante mari* aut de militum *hyperbole* cogitari potest; nam terrestres et nautae disceptantes casus casibus, facta factis opponunt. Itaque quin *terra* (subacta) et *hostis* (caesus) utpote facta iactantur a terrestribus, non possunt nautae *Oceani pericula* denuo memorare.

CAPVT XXVI.

Romanis redit animus, ac securi de salute, pro gloria certabant; ultro quin etiam *erupere*.

Idem Acidalius, qui modo praepositiones *de* et *pro* scribarum confusione transpositas esse optime viderat, de eadem sententia, cum antiquam lectionem *irrupere* abiiceret, pessime meruit. Scilicet *eruperunt* e castris? Sed sequentia *clamant*, Britannos nondum exiisse castris; memoratur enim *atrox in ipsis portarum angustiis praelium*. Non igitur potuerunt *erumpere* Romani. Imo hic sensus est: Romani, qui prius *defendere se* vix potuerant, tunc, cum auxilium adesse sentirent, ultro in Britannos *irruperunt* eosque castris expulerunt.

CAPVT XXVIII.

Initio aestatis Agricola, domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit.

Nemo Latine doctus haec intelligere, nedum probare potest. An amisit filium, postquam vulnere ictus est? Rescribe sine haesitatione: *Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus; anno ante natum filium amisit*. Sic *ictus* haud secus est verbum finitum atque *amisit*. Satis mirari non possum, quo iure viri doctissimi tam perversum temporum ordinem tribuant Tacito; etenim idem error occurrit cap. 33. *Simul instruebantur acies, cum Agricola, quan-*

quam tactum et vix munimentis coercitum militem adhortatur *ita disseruit.* Ne *adhortans* quidem libenter legerem; debebat *adhortaturus* *).

CAPVT XXX.

Sed nulla iam ultra gens; nihil nisi fluctus et saxa *et infestiores* Romani.

Rhenani emendationem *infestiores*, a Brotterio munitam, iure recepit Oberlinus; sed distinctio post saxa delenda est, unde maior etiam sententiae conciliatur nervus. *Infestiores* epitheton est, non praedicatum. Romanos Calgacus pro *gente* non habet, sed ultra una cum fluctibus et saxis inhospitalitatem augent; ut paulo supra legimus: *ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romana*, et cap. 25. *Britannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat*, tanquam aperto maris sui se-

*) Quid verum sit, ex vulgata lectione *adhuc ratus* elicere nequeo. Est aliquid, monuisse, quid aperte falsum sit. Caeterum notatu dignum futuro Taciti interpreti, in uno Agricola duos praeter hunc locos iusta explicatione carere ob verbum *reri* vel simile. Alter est cap. 27.: *At Britanni non virtute sed occasione et arte ducis* rati. Ibi donec vulgata vindicem invenerit, triplicem accusativum restituere malo quam unum ex reliquis commentis probare. Alter cap. 6. *Ludos et inania honoris modo rationis atque abundantiae duxit*, quod verbum cum *ludis* coniungi non posse verissime monuit Ernestius.

creto, ultimum victis perfugium *elauderetur*. — In hac eadem oratione quorundam locorum distinctio leviter emendanda: cap. 31. scribe: *Sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles, in excidium petimur.* cap. 32: divisim scribendum est: *ignota omnia* circum *spectantes*, ut pertineat *circum* ad *omnia*. Mox *aegra* cum antecedentibus arctissime coniungendum.

CAPVT XXXI.

Bona fortunasque in tributum egerunt, in annonam frumentum.

Praeclare et qui rem confecisse facile videatur, hunc locum hactenus in corruptissimis habitum, leni correctione sanavit Walchius meus in Emend. Liv. p. 106. sq. *). Quanquam rem minutiorem reliquit amico successori. Quippe *egerat* vulgo legitur, non, quod Walchius ait, *egerunt*, quae est mera Rhenani coniectura. Quin Beroaldi editio praefert *agerant*, qua lectione nisus ita hunc locum restituo: *Bona fortunasque in tributum* aggerant, annos *in frumentum*.

*) Ea *anni* significatio, quam Walchius requirit, ut sit pro *messe*, legitur in ipsa Tac. Germ. 14. *Nec arare terram aut exspectare* annum *tam facile persuaseris*. Strombeckio magis placuit, *annus* in *canum* commutare. Dissensio ipsa minoris momenti; iudicium penes palaeographos.

CAPVT XXXI.

Neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reservemur.

Caledoniam tunc fuisse omnino sterilem, non constat, neque a Tacito credi verisimile est, quandoquidem Calgacus milites suos metu frumenti a Romanis exigi soliti incendere studet. Quodsi ne coniectura quidem omni difficultate caret, suo iure unusquisque ad veterem lectionem recurret. Ac recte legebatur olim *arma*, quae vox Tacito significat *bellum*. Ann. I, 59. *Arminius volitabat per Cheruscos*, arma *in Segestem*, arma *in Caesarem poscens*. Ibid. III, 55. *A fine Actiaci belli* ad ea arma, *quibus Ser. Galba rem adeptus est*. Ibid. IV, 46. *Antequam* arma *inciperent, misere legatos*. Add. I, 27. Tangit igitur morem Romanorum, quo subactis populis utebantur ad subigendos horum ipsorum vicinos; etenim Britannos conspici in Romanorum acie paulo post sat clare significat. Vniversi loci sententia haec est: In nullam suam utilitatem servitium nostrum capiunt Romani, sed solummodo ut excidamur, mero malitiae et ludibrii studio. Quis enim nostrum usus? *Nos terrarum ac libertatis extremi sumus*, quos quando *veteri suo famulatui* addere contigerit, nullis porro bellis locus vel occasio erit. Igitur avaritia Romana neque armis exercendis nos nec partibus nec metallis reservare satius habebit, sed modo excidet.

CAPVT XXXI.

Nos integri et indomiti, et libertatem non *in praesentia* laturi, primo statim congressu *nonne ostendemus*, quos sibi Caledonia viros seposuerit.

Nunquam hic locus mendo vacare visus est, sed nunc minus etiam vacat quam olim, cum ex vulgata legeretur: *et libertatem non* in praesentiam *laturi, primo statim congressu* unde ostendamus, *quos sibi* etc. Suppresso de Lipsii, Rhenani, caeterorum coniecturis indicio statim ex nostra sententia locum tentabimus: *Nos integri et indomiti et libertatem non* inpraesentiarum *laturi, primo statim congressu*, uno die ostendamus, *quos sibi Caledonia viros seposuerit!* Vno nisu, pari emphasi pronuncianda sunt verba *inpraesentiarum laturi;* id quod recte auguratur Lipsius. Suppressa enim est duplex oppositio: non *inpraesentiarum*, (ut Trinobantes, qui modo sub iugum redierunt) sed *in aeternam;* non *laturi* (ut ii qui eatenus paruerant) sed servaturi. Vsurpatur autem *ferre* pro *auferre, reportare, accipere.* Hist. III, 19. *Quod si lucem opperiantur, iam pacem, iam preces et pro labore et vulneribus* clementiam et gloriam, *inania*, laturos. Liv. II, 12. *Quandoquidem est apud vos virtuti honos, ut beneficio* tuleris *a me, quod minis nequivisti.* Ac fieri potest, ut vulgata lectio *in praesentiam* vindicetur eodem sensu, quem nos requirimus,

in proximum tempus, *für den Augenblick*. Sed proprie in hanc significationem usurpatur adverbium *impraesentiarum*. Tac. Ann. IV, 59. de hoc verbo monuit. Bremi ad Corn. Nep. Hannib. cap. 6. Posterior autem coniectura, *uno die*, ex iis esse mihi videtur, quae patrono et argumento aut non egent aut non digna sunt. Nec minus dubia est necessitas coniunctivi *ostendamus* restituendi.

CAPVT XXXII.

Nullae Romanos coniuges incendunt.

Praefero *accendunt*, non tam quia sensu praestat, quam quia deserendae antiquae lectionis causa nulla est. Sat nota ex bello Cimbrico mulierum consuetudo apud gentes septentrionales, praesertim adhortatione stimulare pugnantes, Caledoniis quoque mulieres adstitisse coniecteris vel ex cap. 38. *Britanni palantes, mixtoque virorum* mulierumque *ploratu, trahere vulneratos*, vel ex cap. 11 ubi Caledoniorum originem esse Germanicam asseverat scriptor. Sed multo dissertius Brittannorum eundem morem refert in Ann. XIV, 30. *Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque*, intercursantibus feminis.

CAPVT XXXIV.

Novissime *res* et extremo metu corpora defixere in his vestigiis,

Gravissimum Taciti locum misere laceravit editorum socordia. Nihil corruptum erat pra

ter *id*, quam voculam in *res* commutare facilius erat, quam commutationis probabilitatem insinuare. Multo melius dudum Pichena proposuerat *ideo*; nec deterius credo fore *inde*, i. e. postquam se a nobis deprehensos esse senserunt. Integrum locum ita ex MSS. restituo: *Novissime* inde *et extremo metu corpora defixere* aciem *in his vestigiis*. Corpora mera deprehensa sunt, non animi iussu restiterunt, ut quorum animos *extremus* (i. e. *summus*, non *ultimus*) metus abstulerit. Quae quanquam de Britannis aperte dicuntur, tamen malim *corpora* (quod est subiectum) per σώματα, quam per τὰ σώματα scil. αὐτῶν interpretari. *Novissime* saepius Tacito dicitur pro *ultimum*; *zum letzten Male* ut cap. 45. *et* novissima *in luce desideravere aliquid oculi tui*. Ann. XII, 33. *Caractacus* novissimum *casum experitur*. Sententiae nervum bene videtur intellexisse Pichena, unde magis etiam miror, quod Strombeckio verba lacunosa et magnopere laborare visa sunt.

CAPVT XXXIX.

Hunc rerum cursum, quanquam nulla verborum iactantia ab Agricola *auctum*, ut Domitianus erat, fronte laetus, pectore anxius excepit.

Facile speciosa potest videri lectio *auctum* pro vulgato actum; at vero si quis Taciti mentem bene perpenderit, vix, sat scio, tolerabit *auc-*

tum. Eiusmodi enim erant res ab Agricola gestae, ut iactabunda *auctione* non opus esset ad excitandam Caesaris invidiam et suspicionem. Lanqueret itaque ista Agricolae laus, quod verum non *auxerit.* Quin imo *agere* verbum primitivum Tacitus h. l. eo sensu usurpat, quo supra frequentativum *agitare*, cap. 15. *Britanni* agitare *inter se mala servitutis*; et in Horat. Serm. I, 4, 137 *).

Haec ego mecum
Compressis *agito* labris.

An *agere* hanc potestatem admittat, discere licet ex nota Heind. ad Hor. Serm. II, 2, 13, qui et nostro loco; si veram lectionem posset firmare poterat Cic. Arch. 7: *Haec studia adolescentiam* agunt, *senectutem oblectant*, ubi ab aliis *alunt* substitutum. Sic igitur per epistolas retulerat Agricola res gestas, ut sui ipsius meriti quam minima memoratio esset. Egregia haec interpretatio firmatur loco vere gemino; cap. 18: *Ne laureatis quidem* prosecutus *est:*

*) Obiter monere libet, in iis, quae praecedunt; *Numquid ego illi Imprudens* olim faciam *simile?* sensu optativo accipiendum esse *faciam*, ἢ δρῶμί ἄν; et *olim* pro *interdum*, quem usum illustravit Heind. ad I, 1. 25.

CAPVT XLIV.

Obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eodem laudis excedere, quo plerique per abrupta; sed *in nullum reipublicae usum*, ambitiosa morte inclaruerunt.

Iterum restituenda prisca loci gravitas: *sed in nullum* rei post *usum*. Quodsi respublica h. l. accipitur pro imperio Romano (id quod ab Oberlino significatum per literam maiusculam) sententia minus mihi videtur ex ingenio Taciti saeculique, quod eum vidit imperii statum, ut optimo cuique, longe secus quam Catonum aetate fuerat, absque claritate vivere probarique facile concederetur. Sin autem emendator ille per *rempublicam* malebat *publicam salutem* indicari, propterea operam perdidit, quod vulgata ipsa nihil aliud valet. Per *rem* intelligitur *libertas*, quam plerique revocare simulabant. Auguste mihi quidem videtur dictum. Qui contumacia libertatem venantur, ii cultorem quidem libertati conciliant, sed *postea* (post ipsorum necem) nullam utilitatem; nihil inde lucrantur, nisi sibi ambitiosam mortem, *rei* ipsi inutilem. Idem igitur est, quod prius dixerat *inanem libertatis iactationem*, et Ann. XIV, 12. *Thrasea Paetus sibi causam periculi fecit, caeteris* libertatis initium *non praebuit.*

CAPVT XLIV.

Nam sicuti durare in hac beatissimi saeculi luce ac principem Traianum videre *quodam* augurio votisque apud nostras aures ominabatur: ita festinatae mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus.

Ita corruptus et sine sensu legitur in ed. Bipontina et Oberliniana. Etenim *quemnam* durare in hac luce ominabatur Agricola? Dummodo *quod* revocaveris pro *quodam*, locus mihi videtur sanus. Quippe omnis sententia *in universum*, non de *Agricola*, concipienda. Si, quae cogitatione addenda sunt, omnia scripsisset Tacitus, ita fere legeremus: *Nam sicuti* nunc grande prioris miseriae solatium fert *durare in hac beatissimi saeculi luce ac principem Traianum videre, quod augurio votisque* Agricola *apud nostras aures ominabatur: ita* tunc *festinatae* coniunctissimi cuiusque *mortis grande solatium tulit* superstitibus, *evasisse postremum illud tempus*. Pro subiectis igitur sunt infinitivi, id quod recte, licet obscurius, innuit Pichena.

Paucula haecce, quicunque Tacitum aut edere aut accuratius legere volet, benigno excipiat animo, memor, pro coniectaneis, non pro commentario scripta esse. Libens igitur venia, quod locos difficillimos (e. gr. cap. 1. *ni cursaturus tam saeva et infesta virtutibus tempora*. cap.

10. *dispecta est et Thule, quam hactenus nix et hiems appetebat.* cap. 36. *minimeque equestris ea enim pugnae facies*, aliosque multos) sicco pede praeterierim; ita ut hae pagellae accurationis potius et diligentiae exercitatio, quam ingenii intimaeque cum scriptore familiaritatis videantur. Quo magis optamus, ut, quem animus ingeniumque ad Tacitum edendum vocaverit, ne res minutiores ingeniis minutioribus cordi esse velit, vel crisin et grammaticam et interpretationem dividat. Quanta exercendae curae materies in Sophocle lateat, nuper plerisque visi sumus probare; idem cupiamus de Tacito. Quo tandem iure cap. 6. praeteritum *transiit* pro praesenti historico *transit* intrusum? Quidni cap. 16. *proprius ex legato timor* (i. e. de propria salute timor) eodem pacto tolerari debebat, quo *proprius metus* in Ann. III, 67? Cur denique cap. 42. non poterat Tacitus *tam obscuri* scribere, suppressa sententia relativa, *quam eatenus egerant?* Nonnulla restituta esse a Seebodio bene novi, valdeqae mihi probatur cap. 3. *facilitatem imperii.* Sed *facilitas imperio* tribuitur non *comitatem* (id quod opinatur Strombeckius), sed cum ironia quadam, quia illi aetati *facilius* videbatur parere quam regere. Optime hanc vocem commentatur Fiesco Schillerianus Act. I. Scen. 7. extr. *Ist es denn eine Wollust, der Fuss des trügen vielbeinigen Thieres Republik zu seyn?*

Dank es dem, der ihm Flügel giebt und die Füsse ihrer Aemter entsetzt. Giannettino Doria wird Herzog. Staatsgeschäfte werden uns keine grauen Haare mehr machen.

Scripsi Bernae VIII. Kalend. Sept.
MDCCCXVI.

IV.

DE

FORMVLIS

χρῆσθαι τῷ θυμῷ et χρῆσθαι θυμῷ

APVD

PAVSANIAM.

SCRIPSIT

C. G. SIEBELIS.

DE

FORMVLIS

χρῆσθαι τῷ θυμῷ et χρῆσθαι θυμῷ

APVD PAVSANIAM.

Χρῆσθαι cum Dativo θυμῷ frequenter adhibet Pausanias, sed neque sensu neque modo eodem, quum nunc addat nunc omittat Articulum; neque vero hoc, ut nobis quidem videtur, sine discrimine; putamus enim χρῆσθαι τῷ θυμῷ et χρῆσθαι θυμῷ apud Pausaniam ita differre, ut *illud* in ira praesente, quae nunc maxime aestuat, stimulat in certos quosdam, et certa quadam re commota est, *hoc* in ira, ad quam quis sua natura proclivior est, et quacunque re se facile concitari patitur, nec in certos quosdam sed in quoscunque, veluti in totam aliquam nationem, quae lacessivit, incitatur, seu quam quis diutius servans animo tempus aucupatur, ubi ei satisfaciat; *illud* de modo quo quis nunc afficiatur, *hoc* de modo, quo quis affici soleat, seu aliquamdiu iam affectus sit, ponatur. Vtriusque rationis adiugamus exempla. IV, 4, 4 ὡς δέ οἱ συνε-

χῶς ἰόντι ἐπὶ τὰς ἀρχάς οὐδεμία ἐγίγνετο τιμωρία, ἐνταῦθα παρετράπη τε ὁ Πολυχάρης ἐκ τοῦ νοῦ, καὶ τῷ θυμῷ χρώμενος, ἅτε ἔχων ἀφειδῶς ἤδη καὶ αὐτοῦ, πάντα τινά, ὃν λάβοι Λακεδαιμονίων, ἐτόλμα φονεύειν. *id quod nunc ira suadebat faciens.* IV, 7, 2 Εὐφαὴς τῷ θυμῷ χρήσασθαι τῷ Μεσσηνίων προθυμούμενος ἀκμαζόντων ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς ὀργαῖς. *uti cupiens praesente Messeniorum ira, in Lacedaemonios nunc maxima indignatione incensorum* *). IX, 7, 4 Thebani a partibus Mithridatis stabant; sed quum Sylla in Boeotiam ingressus esset, mutata sententia ad Romanorum se verterunt amicitiam: Σύλλας δὲ ἐς αὐτοὺς ἐχρῆτο ὁμοίως τῷ θυμῷ, *obsequebatur, qua nunc incensus in eos erat, irae.* X, 23, 3 Aetoli quum audivissent, quam immani crudelitate in Callienses eorumque mulieres usi essent Galatae, profecti sunt in eos· συνεστρατεύοντο δὲ σφισὶ καὶ αἱ γυναῖκες ἑκουσίως, πλέον ἐς τοὺς Γαλάτας καὶ τῶν ἀνδρῶν τῷ θυμῷ χρώμεναι *quas hoc tempore maior etiam quam viros ira in Galatas stimulabat.* I, 44, 11 de Athamante, quum comperisset Inus scelera: λέγεται ὡς εἰς τὴν Ἰνὼ

*) Similiter Plutarch. Themist. 4 τῇ πρὸς Αἰγινήτας ὀργῇ τῶν πολιτῶν ἀποχρησάμενος εὐκαίρως ἐπὶ τὴν παρασκευήν scil. τριήρων. et paulo ante dictum erat, illo tempore maxime viguisse bellum adversus Aeginetas.

καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας Χρήσαιτο ἀκρατεῖ τῷ θυμῷ impotente, qua nunc teneretur, ira grassatus esse in eam. Quibus quae similia deprehendimus, addenda existimamus. X, 1, 2 Thessali Phocensium dolo victi μείζονι ἢ τὰ πρότερα ἐς τοὺς Φωκέας χρώμενοι τῇ ὀργῇ ἐς τὴν Φωκίδα ἐστρατεύοντο. IV, 16, 2 Aristomenes in pugna adversus Lacedaemonios frustra a vate monitus, ne pirum quandam sylvestrem in campo transiret εἴκων τῷ θυμῷ, καὶ οὐκ ἀπροώμενος, ὡς κατὰ τὴν ἀχράδα ἐγίνετο, ἀπόλλυσι τὴν ἀσπίδα. III, 6, 4 Leonidas regno privatus εἰ ἐπέτρεψε τῷ θυμῷ, καὶ ἀπεχώρησεν, — ὁ δὲ καὶ μεταγνόντων ἂν Σπαρτιατῶν ὤνατο οὐδέν. III, 6, 2 Κλεωνύμῳ ἀπελαθέντι τῆς βασιλείας περισσῶς δή τι ὁ θυμὸς εἶλε. (ubi scribendum arbitramur Κλεώνυμον ἀπελαθέντα.) VII, 21, 1 Coresus, a Calliroe spretus, quum Baccho implorato iussus esset oraculo ad aram mactare Calliroen, τῷ ἔρωτι εἴξας καὶ οὐ τῷ θρμῷ ἑαυτὸν ἀντὶ Καλλιρόης διεργάζεται, iam ad aram ductae. VIII, 25, 4 Ceres vim a Neptuno factam illico quidem indignata postea tamen τοῦ θυμοῦ ἐπαύσατο. II, 20, 1 plebs iniuriam illatam sibi continuo ulciscens οὐδένα ὑπὸ τοῦ θυμοῦ τῶν ἐναντίων ἔλιπον: ita enim correxeramus, antequam nobis contigit Pausaniae volumen primum a Clavierio editum videre. Caeterum eodem, quo Pausanias, modo Herodotus I. 137 dixit: τῷ θυμῷ χρέεται.

Alterius generis, Articulo carentis, haec sunt: VI, 10, 2 Alexander Magnus dicitur οὐ τὰ πάντα ἤπιος, ἀλλὰ καὶ τὰ μάλιστα θυμῷ χρώμενος *maxime proclivis ad iram* seu *iracundiam* *). II, 9, 4 οὐ γὰρ Φίλιππον Ἄρατος θυμῷ πολλὰ ἐς τοὺς ἀρχομένους χρώμενον ἐπῄνει: *multa agentem*, seu *agere solitum iracundius in eos, quibus praeerat.* VI, 7, 2 de Dorieo, diu Atheniensibus inimico et tandem ab iis capto: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὶν μὲν ἢ Δωριέα παρὰ σφᾶς ἀναχθῆναι, θυμῷ τε ἐς αὐτὸν καὶ ἀπειλαῖς ἐχρῶντο· *per omne illud tempus, quo iis nocebat, in eum irati erant, et minis utebantur.* V, 2, 4 narrat Corinthios ὀργῇ ἐς τοὺς Ἠλείους χρῆσθαι, quia ab Eleis non impetraverant petita, καὶ προεῖπεῖν σφισιν Ἰσθμίων εἴργεσθαι. In notissimo autem loco VIII, 25, 4 τῷ θυμῷ χρῆσθαί καλοῦσιν ἐριννύειν οἱ Ἀρκάδες forsan scribendum est τὸ θυμῷ χρῆσθαι κ. λ. ut IX, 17, 2 τὸ δὲ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα ἐπάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι. Sin autem τῷ θυμῷ χρῆσθαι hic tueris, interpretandum erit: *prae ira, quae nunc est, furere.* Rursus in illis I, 23, 1 ἐς ὃ διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον Ἱππίας ἄλλα τε ἐχρήσατο θυμῷ,

*) Similis ingenii homo apud Paus. I, 11, 5 ἀκρατὴς θυμοῦ, apud Herod. III, 131 ὀργὴν χαλεπὸς appellatur. Opposita puncta sunt apud Paus. VIII, 49 Ἐπαμινώνδᾳ ἡ ψυχὴ πρᾴως εἶχε τὰ ἐς ὀργήν; τῷ δὲ Φιλοποίμενι μετῆν θυμοῦ.

καὶ ἐς γυναῖκα ὄνομα Λέαινα suspiceris legendum esse ἐχρήσατο τῷ θυμῷ· sed vulgata habet, quo se satis tueatur; indicat enim Hippiam inde a fratris sui morte et propter eam tum in aliis suae irae indulgere consuevisse *), tum in Leaena ei obsequutum esse. His addamus locum X, 21, 2 de Galatis, qui vaga ira et incerto coecoque animi impetu ferebantur in hostes, ἐν ὀργῇ τε ἐπὶ τοὺς ἐναντίους καὶ θυμῷ μετὰ οὐδενὸς λογισμοῦ, καθάπερ τὰ θηρία, ἐχώρουν. Aristomenes autem in loco ex IV, 16, 2 laudato dicebatur εἴκειν τῷ θυμῷ, quia hic animi iniuriarum acceptarum memoris impetum certo eas ulciscendi consilio sequebatur. Desinamus in VI, 15, 3 ubi Clitomachus quidem pancratio victus dicitur ὅμως χρήσασθαι ἐς τοὺς πύκτας θυμῷ τε ἐρρωμένῳ καὶ ἀκμῇτι τῷ σώματι *probavisse in pugiles et animi robur et corpus suum indefessum.* Conspiciebatur ergo in hoc homine, adversus pugiles pugnante, praeter corpus quod habebat indefessum, et animi quoddam robur.

C. G. Siebelis.

Scrib. Budissae in Lusatia Saxonica d. XVIII. Sept. MDCCCXVI.

---

*) Ἱππίεω τυραννεύοντος, καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον Herod. V, 62.

V.

DE

EPITAPHIO

IN

ATHENIENSES,

QVI

IN PVGNA AD POTIDAEAM CECIDERVNT.

SCRIPSIT

FRIDERICVS THIERSCHIVS.

AD

ENNIVM QVINCTIVM VISCONTVM

INTER ARTIVM VETERVM SCRVTATORES

INGENIO DOCTRINA ATQVE MERITIS PRINCIPEM,

Cum anno proxime praeterlapso, Visconte vir summe, multa Tecum Parisiis de veterum artibus et literis agerem, neque minus doctrinae tuae copia erudirer quam humanitate delectarer, incidit sermo in epitaphium illud nobile, quod Athenienses civibus suis posuerant ad Potidaeam belli Peloponnesii temporibus in proelio interemtis. Aderat tunc mecum *Immanuel Bekkerus*, quem virum accurata linguae graecae scientia nulli secundum facile cognoveras. Vtrique nostrum et apographum istius epitaphii, quod ipse Londini ex marmore duxeras, ostendebas et de ratione agebas, qua Tibi versuum lacunae inde a quinto supplendae viderentur; reliquorum enim restituendorum consilium, utpote qui nimium laceri essent, abieceras. Multa in ea re erant, quae nos tenerent, inprimis autem priscae neque ignobilis victoriae memoria hoc marmore testata, remotaeque antiquitatis in carminis orthographia et compositione documenta.

Itaque cum Londinum Parisiis profectus essem, unde Tu modo redieras, et in Museo Elginiano pretiosissima marmora et inscriptiones, quibus multa eorum obducta sunt, oculis perlustrarem, prae reliquis istud ipsum epitaphium quaesivi, cuius notitiam a Te acceperam. Repertum in lapide fracto et vetustate exeso descripsi, eâ diligentiâ, quâ uti decet in re tam gravi atque memorabili, ita quidem, ut singulos literarum ductus et fragmenta repetitis vicibus examinarem, et quae in charta signassem, cum eis conferrem. Simul in ipso opere redibat plurium coniecturarum, quas a Te audiveram, memoria. Eas igitur tanquam operae meae in hoc carmine restituendo collocatae origines ulterius persequutus, nec non ab amicis aut monitus aut adiutus eo tandem perveni, ut integrum ἔλεγειον, quantum fieri posset, restituerem. Reversus Londino Parisios cum denuo Te adiissem, meamque cum Tua operam contulissem, plura, ut par erat, quae convenirent, plura vero etiam, quae discreparent, deprehendimus.

Quae igitur inter utrumque conveniunt, haec tua iudico Tibique adscribo, quae minus, horum causam et rationes in his paginis exposui eâ libertate usus, quâ decet hominem Germanum et in his terris genitum atque educatum, in quibus a magnis viris libere dissentire e commodis literarum iudicatur.

Sed ex itineribus Monachium redux, Academiae nostrae Dissertationem de isto epitaphio recitavi germanice scriptam, eiusque carminis exemplaria arte lithographicâ exarata cum auditoribus communicavi, ut commode rerum exponendarum ordinem sequerentur. Inde divulgatum folium [1] et in libros aliorum traductum. — Eodem fere tempore et prius etiam a Te, Visconte, recitati erant de hoc carmine commentarii in consessu Instituti literarum Gallici, quorum notitiam iam dudum acceperam, ipso tamen libro non nisi mense Octobri potitus sum et eo quidem anglice verso [2]. Itaque consilium cepi disserta-

1) Sub titulo: Epitaphium in Athenienses, qui Olymp. LXXVI, anno IV, ante Christ. 432 ad Potidaeam in proelio ceciderunt, repertum inter Eleusina atque Athenas et in Angliam delatum. Descriptum est Londini ex marmore Musei Elginiani et nunc primum editum. Monachii Bavarorum anno MDCCCXVI mense Ianuario. — Ex hac editione commemoratum est cum laude operae nostrae viris egregiis, a quibus laudari honorificum est, *Eichstadio* atque *Boeckhio* in Commentariis, quibus Indices lectionum Ienae et Berolini hoc anno habitarum ornarunt. — Sed censor libelli Eichstadiani in Ephemeridibus Lipsiensibus istud epitaphium et recentioris aetatis esse, et aliis quae iam cognita sunt, posthabendum statuit, punctus, ni fallor, suspicione aliqua, non esse e marmore prisco derivatum, sed a nonnemine, ut nonnunquam in his rebus factum, fallendi consilio compositum.

2) A letter from the Chevalier Antonio Canova and two memoirs read to the royal Institute of France on the

tionem meam latine vertendi et commemorandi ex tuâ, quae ad rem absolvendam facere viderentur. Tuo autem illustrissimo nomini hanc operàm inscripsi, quia primae sunt Tuae partes in hoc antiquitatis monumento restituendo atque explicando, simul ut documentum, quamvis tenue, extaret in nostris Actis, me summa cum veneratione magnum tuum nomen, Enni Quincti, prosequi, et illorum temporum, quibus Tecum esse et tuis colloquii eruditi licuit, tuaeque humanitatis memoriam grato animo repetere. Vale mihique, ut facis, favere perge.

Fr. Thiersch.

Scrib. Monachii Bavarorum die XI. Novembris anno MDCCCXVI.

Sculptures in the collection of the Earl of Elgin; by the Chevalier E. Q. *Visconti*. Translated from the French and Italian London 1816. — Ipsi de carmine nostro commentarii titulum habent: Memoir on a greek epigram which served for an epitaph on the tomb of the Athenian warriors killed af Potidaea. Red to the class of history and ancient literatur of the royal institute of France, in the month of September 1815.

Ad paginam 399)

ΕΜΟΜ

ΥΧΑΣΥΠΕΔΕΧΣΑΤΟΣΟ

ΙΑΙΑΣΑΑΜΦΙΓΥΛΑΣΕΛ

ΕΝΕΧΟΣΙΤΑΦΟΜΕΡΟΣΗΟ

ΟΤΑΤΕΝΗΕΛΓΙΔΕΘΕΝΤΟ

ΟΛΙΣΗΕΔΕΓΟΘΕΙΚΑΙΔΙ

ΓΔΑΙΑΣΗΟΙΘΑΝΟΝΕΜΓΡ

ΙΟΝΦΣΥΧΑΣΔΑ.....ΡΡΟ

ΡΕΤΕΝΚΑΙΓΑΤ.....ΥΚΛ

DISSERTATIO

RECITATA

IN CONSESSV

ACADEMIAE LITT. MONACENSIS.

Cum Londini in Museo Elginiano versarer, et praeter marmora, quae illustrissima artis Phidiacae documenta ostendunt etiam lapides literarum versibus obductos curiose inspicerem, inter alios me detinuit cassus unus et truncatus, cuius notitiam iam Parisiis acceperam, quippe qui duodecim versuum elegiacorum fragmentis memoriam Atheniensium ad Potidaeam caesorum celebrabat.

Eos tunc temporis descriptos vestro, socii honoratissimi, consessui exponere placuit.

(Vid. folium separatum in fine huius dissertationis.)

Vtar autem hac opportunitate, primum ut de consilio, quo marmor hoc inscriptum fuit, de aetate, quam prae se fert, de loco, quo inventum, de formâ, quâ fuit, priusquam frangeretur, denique de orthographia eius agam, post vero ut rationem ineam, qua versus truncatos atque laceros restituendos existimem. — Ac de consilio quidem, quod in lapide inscribendo sequuti sunt, ipsum epigramma clare loquitur. Habemus versu 6 portas Potidaeae *ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣ ΛΑΜΦΙ ΠΥΛΑΣ* id est *Ποτειδαίας γ'ἀμφὶ πύλας*, et v. 10. et 11 filios Atheniensium, qui ad Potidaeam mortui sunt. *ΠΡΟΣΘΕ ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣ ΗΟΙ ΘΑΝΟΝ ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΕΝΑΙΟΝ* i. e. *πρόσθε Ποτειδαίας ὅι θάνον Παῖδες Ἀθηναίων*. Adde, quod v. 4. victoria virtute parta *ΝΙΚΕΝ ΕΥ ΠΟLEMOM* i. e. *Νίκην εὐπολέμου*, quod v. 7. hostes sepultura conditi *ΕΧΘΡΟΝ ΔΟΙΜΕΝ ΕΧΟΣΙΤΑΦΟ ΜΕΡΟΣ* i. e. *Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος*, denique quod luctus Athenarum de illis viris commemoratur *ΑΝΔΡΑΣ ΜΕΜ ΠΟΛΙΣ ΗΕΔΕ ΠΟΘΕΙ* i. e. *Ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ*, nec quicquam erit, quod te incertum teneat. Nimirum hoc marmor positum fuit Atheniensibus, qui partâ victoriâ ad Potidaeam ceciderant.

Potidaea, a Corinthiis in litoribus Macedoniae fundata cum reliquis eius tractus coloniis Atheniensibus tributo obstricta tenebatur, et prima e sociis cum defecisset, signum dedit belli illius Peloponnesii, qua tota Graecia conflagravit. Athenienses enim, postquam audiverant, Corinthiorum duo millia auxilio Potidaeatis missa, ipsi quoque copias auxerunt, quibus Macedoniae motibus invigilabant. Quo facto Callias, praetor eorum, exercitum infesto agmine contra iunctam Corinthiorum et Potidaeatarum manum sub ipsam urbem adduxit. Sequutum est proelium, quod descripsit Diodorus Sic. XII, c. 34, multo vero accuratius Thucydides I, 62 et 63. In eo Athenienses quamvis impetu hostium pressi, hos fugâ inter urbis munimenta compellunt et victoria potiti tropaeum constituunt. Haec pugna si numerum hominum, qui occubuerunt, spectas, minoris quidem momenti est. Atheniensium enim centum et quinquaginta cum ipso duce Callià occubuerant, hostium vero trecenti. Fuit tamen illa inprimis celebrata, propterea quod utrimque magnis animis pugnatum est, et Athenienses bono augurio sub ipsius belli initium victores exstitere, unde eam pugnam illustrem Diodorus dixit l. l. c. 37. *Ἀθηναῖοι δὲ περὶ Ποτίδαιαν νενικηκότες περιφανεῖ μάχῃ.* Nec leve eius memoriae momentum adtulit, quod inter Athenienses tum Socrates fortissime pugnasse iudicatus oblatum de-

eas ἀριστείας sibi haud vindicavit, sed in Alcibiadem a se hostium manibus ereptum detulit. Cf. Diog. Laert. II. cap. V. §. 7. ibique interpp.

Ceterum hac victoria potiti partem exercitus Athenienses ad urbem relinquunt, eamque obsidione cingunt. Iam magna utrimque contentio, donec Potidaeatae, fame hostibusque pressi Olymp. 87. anno 4. facta deditione patriam cum uxoribus et liberis relinquunt, eamque Atheniensibus habitandam tradunt. Ipsi a Chalcidensibus in societatem urbis recipiuntur, Athenis autem missi mille coloni, qui Potidaeam tenerent, Thucyd. II. 70. Diod. Sic. XII. c. 46. p. 509. Wess. unde a Pseudoaristotele in Oeconomicis §. 5. Ἀθηναῖοι οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ οἰκοῦντες commemorantur. Mos autem erat Atheniensium, civium in bello defunctorum ossa legere et in patriam deportare, ut ea publica sepultura cum honore conderent; idque nec in his, qui ad Potidaeam ceciderunt, neglectum est. Nam Thucydides II p. 34. memorat, hyeme prima illius belli Athenienses patrio instituto usos publicam sepulturam instituisse τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανόντων, qua occasione Pericles celeberrima oratione funus eorum nobilitavit. — Hac ipsa autem celebritate nostrum epitaphium sepulcro eorum publico, qui ad Potidaeam ceciderant, fuisse impositum, tum e v. 9 apparet ΑΝΔΡΑΣ ΜΕΜ ΠΟΛΙΣ ΗΕΔΕ ΠΟΘΕΙ i. e. ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ, quo

luctus populi de eis tanquam praesens commemoratur, tum ex loco, in quo marmor iuventum est. Iacebat enim in campis Academiae extra viam sacram, quae Athenis Eleusina ducit. Eam viam Pausanias in Attic. p. 28 Sylb. c. 36 seq. Kuhn. describit repletam sepulcris et monumentis heroum atque clarorum virorum, qui inde a remotissimis temporibus virtute, sapientia, vel quod in litteris artibusve excelluissent, patriae gloriam illustraverant. Erant tumuli, et ad eos arae, statuae, nemora atque cippi. Eadem regione, Academiam versus, sepulti erant, quibus contigerat terrâ marique pro patria pugnantibus mori. P. 28. l. 6. *Ἔστι δὲ καὶ πᾶσι μνῆμα Ἀθηναίοις ὁπόσοις ἀποθανεῖν συνέπεσεν ἔν τε ναυμαχίαις καὶ ἐν μάχαις πεζαῖς, πλὴν ὅσοι Μαραθῶνι αὐτῶν ἠγωνίσαντο. τούτοις γὰρ κατὰ χώραν εἰσὶν οἱ τάφοι δι' ἀνδραγαθίαν. οἱ δὲ ἄλλοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν εἰς Ἀκαδημίαν. Καὶ σφῶν ἑστᾶσι ἐπὶ τὰς τάφας στῆλαι, τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι.* Nec vero sola defunctorum nomina, sed laudem quoque virtutisque memoriam his cippis, saltem pluribus eorum inscriptam fuisse, id quidem, quamvis in loco, quem exscripsimus, non commemoretur, cerni tamen potest ex his, quae deinceps Pausanias commemorat. Nam servorum, qui pro dominis pugnantes occubuerant, cippum indicasse dicit *ἀγαθοὺς σφᾶς ἐν τῷ πολέμῳ γενέσθαι περὶ τοὺς*

δεσπότας et in sepulcro eorum, quos ad Corinthum pugna contra Agesilaum absumserat, describendo ipsa ἐλεγεῖα commemorat p. 29. l. 7. *Μετὰ δὲ τοὺς ἀποθανόντας ἐν Κορίνθῳ, στήλην ἐπὶ τοῖσδε ἑστάναι τὴν αὐτὴν σημαίνει τὰ ἐλεγεῖα, τοῖς μὲν ἐν Εὐβοίᾳ τε καὶ Χίῳ τελευτήσασι, τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἀσιανῆς διαφθαρῆναι δηλοῖ, τοὺς δὲ ἐν Σικελίᾳ.* Post haec multorum tumulos, et pugnas, in quibus occubuerant, recenset, nullâ tamen, quod inprimis exoptatum nobis accidisset, eorum mentione, qui ad Potidaeam ceciderant. Horum autem sepulcrum in eodem loco fuisse, praeter epitaphium ibi inventum docet etiam Thucydides, qui funebria, quae supra diximus, et honores iis habitos, qui in primo belli Peloponnesii anno ceciderant, describens l. c. haec habet: *Τιθέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. Καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλὴν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι. ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες, αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν.* Vides caesos ad Potidaeam eodem illo loco conditos, quem monumentis et sepulcris plenum describit Pausanias. Nam Scholiasta Thucyd. ad v. δημόσιον σῆμα observat, id esse *τὸ καλούμενον κεραμεικόν.* Fuit autem hic idem cum Academia, alter ille Ceramicus extra urbem, de quo cf. Meursius *Ceramicus Geminus*

c. XX. in Sronov. Thes. Antiqq. Err. T. IV. p. 1003 ed. Venet.

His ita expositis coniicere licet, qua forma marmor nostrum fuerit, priusquam frangeretur. Erat nimirum ad rationem cipporum, quorum satis multi integri ad nostram memoriam pervenerunt, columna, στήλη, quadrata, eo quidem ambitu, ut nomina centum et quinquaginta Atheniensium, quorum honori erecta erat, in plures ordines disposita, nec non et Calliae commemorationem caperet. — Huic defunctorum indici subiunctum erat epigramma, quod virtutem eorum commemoraret. Ac pars quidem superior, quae nomina continebat, tota interiit, nisi quod in fractura anguli sinistri ductus nonnulli eius nominis, quod extremo loco positum erat, emineant, ita tamen dissoluti, ut nihil inde efficias *).

Ceterum cuius generis catalogus hic interiit, eius ex eodem aevo servati sunt duo, alter quem

---

*) Viscontus putat, ductus illos ex literis ΕΛΟΙ pro ... ηγῷ superesse, unde titulum coniecit fuisse:
ΕΙΣΤΟΣ ΕΝΤΕΙ ΜΑΧΕΙΤΕΙΠΕΡΙ
ΠΟΤΕΙΔΑΙ ΑΝΣΤΓΚΑΔΔΙΑΙ ΣΤΡΑΤ
ΕΛΟΙΠΕΠΤ ΟΚΟΤΑΣ,
falsus omnino, siquidem, ut monuimus, nomina defunctorum ex usu solemni in huiusmodi monumentis praecedere debuerunt. Accedit, quod nullus omnino titulus eius generis ab εἰς τοὺς, εἰς τήν al. incipiens unquam sepulcro alicui apud Graecos fuit impositus.

Nointelius Athenis Parisios detulit, de quo conferas Iosephi Rimardi dissertat. in Muratorii Novo Thesaur. Inscriptt. graec. T. I. p. 42 Montfauc. Palaeogr. gr. lib. II. p. 42 et Maffei Museum Veronens. p. CCCCVI, inscriptus honori eorum, qui in Cypro Aegypto, Phoenice, in Haliensibus, in Aegina atque Magaris ceciderunt, omnes eodem anno *), qui secundum Bimardi computationem est tertius Olymp. LXXX, ante aer. nostram 457. Servatur nunc in vestibulo Musei Parisiensis. Alter est Elginianus, inter Inscriptiones Elgini n. 23, quem singulari commentario se illustraturum pollicitus est Viscontus l. l. p. 152. Indicat hic nomina eorum, qui ad Delium Boeotiae ceciderunt anno I. Olymp. LXXXIX, ante aer. Christiani 424. His accedunt tabulae, quas Sponius edidit in Miscellan. erudit. antiquit. Sect. X. p. 315 et illae, quas e Fourmonti inscriptionibus Boeckhius in Dissert. Indici auctum. lectionum Berolinens. huius anni praemissa publicavit. Ac is quidem ingeniose coniicit, Sponii et Fourmonti catalogos di-

*) Initium inscriptionis minus accurate a Montfaucono reliquisque redditum est. Neque enim lin. 3 habet
EN AIAINEI : MEΛAPOΣ
sed vocibus vetustate adesis
EN AIAINI : .. MEΛAPO
i. e. *ἐν Αἰγίνῃ καὶ Μεγάροις*
neque l. 4 *EN TO ATTO ENIATTO* quod volunt esse *ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ*, sed omisso *EN*, ut *TO ATTO ENIATTO* sit *τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ*.

versas eiusdem lapidis partes huncque ab Elginiano non esse diversum. Ex temporum autem quam indicavimus, ratione patet, marmor Nointelianum nostri aetatem XXV annis excedere, Elginianum vero alterum VIII. annis esse recentius.

Denique quod ad literaturam carminis attinet, ponitur ubique et in nostro et in reliquis eiusdem aevi marmoribus

E pro *H*.

2. ΣΕΜΑΙΝΕ 4. ΝΙΚΕΝ 5. ΑΙΘΕΡ. 8. ΠΙΣΤΟΤΑΤΕΝ. 9. ΗΕΔΕ 11. ΑΘΕΝΑΙΟΝ. 12. ΑΡΕΤΕΝ

O pro *Ω*

7. ΕΧΘΡΟΝΔΟΙΜΕΝ. 8. ΠΑΙΔΕΣΑ. ΘΕΝΑΙΟΝ

O pro *OT*

7. ΕΧΟΣΙ ΤΑΦΟ ΜΕΡΟΣ. Idem in Nointeliano vidimus.

ΦΣ, *ΧΣ* pro *Ψ*, *Ξ*. 5. 11. ΦΣΤΧΑΣ 5. ΤΠΕΔΕΧΣΑΤΟ *).

---

*) Falso autem docemur in Grammaticis etiam nuperrimis, antiquitus pro *Ψ*, *ΠΣ ΒΣ ΦΣ* et pro *Ξ*, *ΚΣ*, *ΓΣ ΧΣ* scripta fuisse. In omnibus enim eius aevi monumentis nihil nisi *ΦΣ* pro *Ψ*, *ΧΣ* pro *Ξ* apparet, licet vocis analogia *Π*, *Β*, *Κ*, *Γ* requirat, una excepta inscriptione Veneta apud Payne Knight in Analytical Essay on the Greeck Alphabet. Tab. I. fig. 2, in qua *ΔΕΚΣΑΙΤΟ* scribitur. Huius autem tabulae fidem nondum approbatam esse recte observat Paynius. Mihi quidem eo magis suspecta est, quod antiquissimas literas *Φ* et *Χ*, quae in vetustissima omnium in-

H pro spiritu aspero

8. *HELΠIΔ* 9. *HOI*

N mutatum in *M*

ante Φ v. 5. *MEMΦΣTXAΣ*, et Π v. 9. *MEMΠOΔIΣ*. v. 10. *EMΠP*, Item in Catalogo Fourmenti Col. I. l. 40. *EMΠOTEIΔAIAI*, l. 45. *EMΠTLOI* de qua mutatione cf. Hermannum de emend. rat. graec. gramm. L. I. c. IV. Cave tamen id ad omnes graecas gentes pertinuisse credas. Nam ex Eleatica inscriptione cernere licet, Aeolenses vel in mediis vocibus *N* servasse. In hac enim *ΣTNMAXIA*, et *TOI ΔI OΛTNΠIΘI* i. e. *συμμαχία*, *τοῖ Δεῖ Ὀλυμπίῳ* scribitur.

Denique singularibus formis, quas typis nostris exprimere non potui, sunt Theta, orbis et punctum in centro, Gamma instar Δ sublata linea in basi, Pi truncatâ lineâ dextrâ, Lambda instar latini *L*.

Est autem haec prisca Atticae literatura, *τὰ παλαιὰ ἀττικὰ γράμματα*, variis illa modis a Doriensium et Aeolensium alphabetis recedens, qua usi sunt Athenienses, velut Miltiades in Epigrammate, quod Olympiae dedicaverat, cf. Paus. VI. c. 19. p. 498. Kuhn, donec

---

scriptionum, in Eleatica nimirum, iam apparet (cf. Museum criticum Cantabrig. N. IV. p. 535) declinat, quippe quae *ΠHANTO* pro *ΦANTO* et *EΠET. KHOMENOΣ* pro *EΠETXOMENOΣ* scripta exhibeat.

ionicae literae, numero XXIV, receptae sunt. Dicunt id factum sub finem belli peloponn. Archonte Euclide Ol. XC. 2, ante aer. nostram 405, anno vicesimo nono post inscriptionem, de qua agimus, conditam. Sed si verum spectas, ionicae literaturae usus sensim introductus est. Apparent enim in mediis atticis literis eius vestigia, ut in Fourmonti catalogo, qui bis *ΑΝΤΙΦΑΝΗΣ* maioribus literis Col. 1. vers 39. 54. scriptum exhibet; ac vetus tessera hospitalis Musei Borgiani, quam explicuit Heerenius in Bibl. der alten Lit. Fasc. V. p. 1 habet *ΑΡΜΟΞΙΔΑΜΟΣ* et *ΠΡΟΞΕΝΟΙ* iuxta *ΔΙΔΟΤΙ*, *ΜΙΝΚΟΝ*, *ΕΠΙΚΟΡΟΣ* non Ω, ΟΥ, sed Ξ. Nimirum quaecunque vetusti aevi inscriptiones vasculis, numis, aeri atque marmori additae ad nostram memoriam pervenere, eae omnes docent, quatuor et viginti literarum scripturam populis subinde natam atque receptam esse et errare hos, qui graecarum literarum origines ac progressus ad certa tempora revocare clarisque nominibus adiungere laborent. Statuendum igitur erit, isto Euclidis decreto nihil aliud fuisse contentum, nisi ut ionicae literae in publicis monumentis inscribendis adhibere liceret. Neque tamen earum usus sic statim apud omnes receptus est, siquidem Pausanias inscriptionem atticis literis factam commemorat, quae nomen Praxitelis contineret: *Γέγραπται δὲ ἐπὶ τῷ*

τοίχῳ γράμμασι ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους in Attic. p. 6. l. 9. a fine. Atqui Praxiteles Olymp. CIV. quinquaginta fere post Euclidis Magistratum annos floruit.

Denique in vetustis Atticorum inscriptionibus omnibus observare licet, literas diversorum versuum ita esse dispositas, ut si ab imo ad summum spectes, instar columnarum una supra alteram positae appareant. Itaque cum v. 6. septem et viginti literae servatae sint, quarum ultima est *L*, omnes literae, quae in sequentibus lineis infra hoc *L* positae sunt, eundem literarum numerum, quem *L* sexti versus ante se habeant et locum vicesimum septimum occupent necesse est. Non temerarie id factum esse a Visconto observatum memini, sed ut inviolabilis servaretur monumentorum fides, quippe cum inscriptioni hac ratione dispositae nulla litera neque addi neque eximi posset. Non leve autem hinc adminiculum oritur, si quis lacunas in mediis versibus supplere aggreditur. Nam voces supra positae certo indicio docent, quot literas in lacunae loco fractura lapidis absumserit.

Omnes versuum fines cum ipso cippo interierunt, tum maior pars quarti, res vero priores fere toti, ut de genuina totius carminis forma restituenda desperare debeamus. Igitur probabilia sequamur.

Vers. I. *Α Θ Α Ν Α Ι*

Huius generis Epitaphia, quibus nomina defunctorum supra scripta erant, plerumque in ipso initio aliquam eorum commemorationem cum demonstrativo ὅδε continent. Ex eo genere sunt in Anthолog. palatina Sect. VII. n. 252 Antipatri

Οἵδ' Ἀΐδαν στέρξαντες ἐνύπνιον, οὐχ' ἅπερ ἄλλος,

Στάλαν, ἀλλ' ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς ἔλαχον,

Simonidis ib. n. 258.

Οἵ δε παρ' Εὐρυμέδοντά ποτ' ἀγλαὸν ὤλεσαν ἦβην

Μαρνάμενοι Μήδων τοξοφόρων προμάχοις.

cf. ibid. Aeschyli n. 255, Platonis n. 256, Simonidis n. 270. Iam prima vox cum casum aliquem vocis ἀθάνατος effecerit, quumque ex eodem coniicere liceat, immortalem defunctorum gloriam hic fuisse commemoratam, non immerito coniicias, versum fuisse ad normam Simonidei in Anthol. Palat. S. VII. n. 201.

Ἄσβεστον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδι θέντες

Κυάνεον θανάτου ἀμφιβάλοντο νέφος,

quem sequutus ita restituam:

ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΛΕΟΣΗΟΙΔΕ ΦΙΛΕΝΠΕ-
ΡΙΠΑΤΡΙΔΕΘΕΝΤΟ

i. e. Ἀθάνατον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδ' ἔθεντο,

Sequitur

V. 2. ΣΕΜΑΙΝΕΝ

Duae postremae literae vetustate adesae sunt, ita tamen, ut dignosci adhuc possint, inprimis *E* *). — Est igitur *indicabat*. — *Quis* autem indicabat et *quid*? Pugna, arbitror, vim, virtutem defunctorum hostibus conspiciendam exhibuit. Hanc sentcntiae analogiam sequutus restitui

ΣΕΜΑΙΝΕΝ ΔΕ ΜΑΧΕ ΔΥΣΜΕΝΕΕΣΣΙ
ΒΙΕΝ

i. e. *Σημαῖνεν δὲ μάχη δυσμενίεσσι βίην.*

V. 3. *ΚΑΙΠΡΟΔΟΝΟ*

Post ultimum *O* ductus nonnulli in marmore apparent, qui tamen, quo pertinuerint, non patet. Fuit autem casus aliquis ex *ΠΡΟΔΟΝΟΙ* et *maiorum* aliquam commemorationem in versu fuisse apparet. Omnium Atheniensium animis inhaerebat imago virtutis illius, qua maiores ad Marathona Salamina atque Plataeas pugnaverant. Quavis occasione eorum gloria celebrabatur laudibus et virtute nepotum aemula. Nulla igitur sententia magis huic loco apta, quam illos, qui ad Potidaeam victores ceciderant, eodem quo maiores animo pugnasse. Itaque restitui

*) Viscontus ait, *ΣΕΜΑΙΝΕΙ*, quod edidit, distinctum esse atque integrum. Sed literae *N* angulus superior in marmore haeret, lineis ita directis, ut formam *N* fuisse monstrent. Neque ego in prima editione debebam *ΣΕΜΑΙΝΟΝ* restituere primumque distichon ita disponere:

Ἀθάνατον πλέος οἶδε φίλην περὶ πατρίδα θέντες
Σημαῖνον ἑφετέρην δυσμενέσσι βίην.

ΚΑΙ ΠΡΟΛΘΟΝΩΝ ΤΟΝ ΘΥΜΟΝ ΕΝΙ
ΣΤΕΘΕΣΣΙ ΦΕΡΟΝΤΕΣ

i. e.

Καὶ προγόνων τὸν θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φέροντες

V. 4. ΝΙΚΕΝ ΕΥ ΠΟΛΕΜΟΜ

Vltimae literae pars tantum, sed ea neque exigua neque dubia in fracto lapide haeret, ut Visconti non Iota hoc loco debuisset edere. Restituerant

ΝΙΚΕΝ ΕΥ ΠΟΛΕΜΟ ΜΑΡΝΑΜΕΝΟΙ
ΚΑΘΕΛΟΝ

i. e.

Νίκην εὖ πολέμῳ μαρνάμενοι κάθελον,

falsus in ΠΟΛΕΜΟ, quod non πολίμῳ sed tantum πολέμου esse posset. Exemplum quod ex marmore Nointeliano potuisset afferri

ΕΝ ΤΟ ΑΤΤΟ ΕΝΙΑΥΤΟ

ipsi supra sustulimus. Meliora invenit Visconti, legens ille

ΝΙΚΕΝ ΕΥΠΟΛΕΜΟΝ

i. e. Νίκην εὐπόλεμον, usus in hanc rem Homeri Hymno in Martem v. 4

Νίκης εὐπολέμοιο πάτερ, συναρωγὲ Θέμιστος

Idem est in Agathiae Epigr. XXXVI. Anthol. F. IV. p. 16 (T. III. p. 46.) in Plutarchum v. 3.

παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίστους
Ῥώμης εὐπολέμοις ἤρμοσας ἐνναέταις

Neque obstat, quod sequitur *M.* Fuit enim

NIKEN ETΠOLEMOM MAPNAMENOI

N ante *M* in *M* mutato, ut factum in marmore dorico apud Koenium ad Greg. Corinth. p. 83. ed. pr. *ΔAMOM META.* Nihil iam superest, nisi ut verbum circumspiciamus, quo victoria potiti esse dicantur. Si ἕλον metro conveniret hoc non cunctanter reponerem. Sed deest syllaba. Neque ἔλαβον, ἔλαχον eligendum ob hiatum, qualis in eius aetatis monumentis non solet admitti. Restat igitur, ut *KAΘELON* scribamus, dum melius aliquid inveniatur, ut versus sit:

Νίκην εὐπόλεμον μαρνάμενοι κάθελον.

Scio καθαιρεῖν esse *deripere* et de victoriâ minus apte dictum videri posse. Eadem tamen vi voce usus est Pindarus Ol. XI (X) 6, Boeckh.

Τίς δὴ ποταίνιον ἔλαχε στέφανον
χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρματι,
ἀγώνιον ἐν δόξᾳ θέμενος εὖχος ἔργῳ καθέλών,

siquidem ἀγώνιον εὖχος de victoria sperata, et ad καθελών intelligendum est αὐτό. Simplici verbo usus in eadem re. Pyth. V. 20.

Μάκαρ δὲ καὶ νῦν κλεεννᾶς ὅτι
εὖχος ἤδη παρὰ Ποθιάδος ἵπποις ἑλών
δεκέαι τόνδε κῶμον ἀνέρων,

unde simul intelligitur, in priori loco post στέφανον interpungendum esse, non vero post ἅρματι. Sequentium versuum partes tam amplae restant, ut in restituendis, quae deficiunt, nullibi fere dubius haereas.

V. 3, 6. *ΑΙΘΕΡΜΕΜΦΣΥΧΑΣΥΠΕΔΕΧ-*
ΣΑΤΟΣΟ
ΤΟΝΔΕΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣΛΑΜΦΙΠΥΛΑΣ.
ΕΙ

In priore versu vocis postremae *ΣΟ* partem ablatam simul cum fine versus facile restituas, collato *ΑΙΘΕΡΜΕΝ ΦΣΥΧΑΣ* quod praecedit. Hoc enim in opposito requirit *ΣΟΜΑΤΑ ΔΕ ΧΘΟΝ*, quo recepto sequens *ΤΟΝΔΕ* non erit *τόνδε* sed *τῶνδε*. Cum his autem si iungas *ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣ ΛΑΜΦΙ ΠΥΛΑΣ*, quibus sententia a *ΣΩΜΑΤΑ* incipiens continuatur, huic ad finem versus deest verbum, cuius primae literae erunt *ΕΙ*. Optio hic datur inter *ΕΛΑΒΕΝ* et *ΕΛΑΧΕΝ*, nec erit quisquam, quin hanc alteram vocem, utpote in tali re solennem, statim arripiat. Iam totum distichon erit

Αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ
χθών·
Τῶνδε Ποτειδαίας γ' ἀμφὶ πύλας ἔλαχεν *).

*) Viscontus haec ita restituit:

Αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δ' ὕπνος
Τόνδε Ποτειδαίας ἀμφὶ πύλας ἔλαχον

omisso *γ'* ante *ἀμφί*, quod in marmore esse spondere possum. Provocat ad Epigrammata Callimachi, in quibus mors dicatur *ἱερὸς ὕπνος* Epigr. 49, *ὕπνος πεπρωμένος* 44, *ὀφειλόμενος* 55. et *νήγρετος ὕπνος* Epigr. Adesp. 656. Nihil sane hac dicendi ratione vulgarius, sed nonnisi cum, in universum de morte sermo est. Ea tum *ὕπνος* et mortuum esse *κοιμᾶσθαι*

quocum conf. Antholog. Palat. S. VII. 6. 1.

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τάδε σῶμα Πλάτωνος
Ψυχὴ δ' ἀθάνατον τάξιν ἔχει μακάρων

Praeterea duo iuvabit observasse, orthographiam nominis *Ποτειδαια*, utroque loco v. 6 et 10 scripti cum ει, quae scriptura in Catalogo Fourmonti Col. I. l. 40 *ΕΜ ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΙ* recurrit. Praeterea firmatur analogia nominis, urbs enim, ut observat Viscontus, appellata est a Neptuno, cuius nomen dorice: *Ποτειδάν* conf. Koen ad Gregor. Corinth. de Dialecto dorica not. 86, numinis huius auspiciis, ut videtur, condita. Templum dicatum Neptuno, *Ποσειδώνιον*, in Potidaeae regione commemorat Thucydides IV. c. 129, et cum Persarum, qui Potidaeam obsiderent, magna pars fluctibus subito ad insolitam altitudinem elatis absumta esset, id Potidaeatae accidisse dicebant ira Neptuni, *ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος ἐς τὸν νηὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων* Herod. VIII. c. 129. Falsa igitur est scriptura *Ποτίδαια*, licet eam omnium scriptorum, qui huius urbis mentionem fecerunt, Msti omnes sequantur, nec minus reprehendendum, quod *Ποτιδαιάται* brevi á dicuntur

---

ubivis dicuntur. Cum vero separatio animae a corpore commemoratur atque illa narratur ad aethera abire, tunc corpus dormire a nemine Graecorum dicitur, nec nisi ab homine christiano dici poterit.

apud Thucydidem aliosque, scribendi nempe *Ποτειδαιᾶται* ad rationem Herodotei *Ποτιδαιῆται* VIII. c. 129. *ἀπεστεῶσι Ποτιδαιήτῃσι*, c. 126. *ἀνδρὸς Ποτιδαιήτεω* cf. c. 128. – Ad eandem normam exigenda erunt nomina apud Stephanum de urbb. *Ποτιδανία· πόλις Αἰτωλίας τὸ ἐθνικὸν Ποτιδανιάτης* et *Ποσίδειον· πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Συρίας.* Servata est scriptura in nominibus, quae vulgatam nominis *Ποσειδών* formam sequuntur.

Alterum, quod observatum velim, est vocula *γέ*, non temere post *Ποτειδαίας* illata, cum metri causa abesse posset. Nimirum cum se excipiant *Ποτειδαίας ἀμφὶ πύλας* eâ monentur lectores, ne *ποτειδαίας* ad *πύλας* Adiectivi instar referant. Igitur, quae vis est huic voculae, nomini vim addit idque tanquam Substantivum separatim stare iuxta *πύλας* indicat. Eadem prorsus ratione adhibita est apud Pausaniam in Epigrammate, quo Tanagraei pateram Olympiae dicatam inscripserant in Anth. P. T. II. p. 836.

Ναὸς μὲν φιάλαν χρυσέαν ἔχει, ἐκ δὲ Τανάγρας
τῆς Λακεδαιμονίοις συμμαχίδος γε τιθέν

Γε h. l. ut efferatur notio *τῆς συμμαχίδος*, *illius nempe, quae socia fuit* Lacedaemoniis, et ne *συμμαχίς* tanquam adiectivum cum *Τανάγρας* coeat.

V. 7. *ΕΧΘΡΟΝΔΟΙΜΕΝΕΧΟΣΙΤΑΦΟΜΕ*
ΡΟΣ ΗΟ

Sententia integra est: *Hostium alii quidem nacti sunt sepulcri* honores. Scilicet Athenienses victoriâ partâ *τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Ποτειδαιάταις* Thucyd. I, 63. Eandem rem indicat circumlocutio *τάφου μέρος*, nempe permissum fuerat ab Atheniensibus hostes

Τάφῳ τε κρύψαι, καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι
ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς,

ut in re simili ait Sophocles Antigonae v. 296, quocum conferas *Eurip. Supplic.* 319 Herm. (309)

Κἀμοὶ παραινεῖν οὐ φόβον φέρει, τέκνον,
ἄνδρας βιαίους καὶ κατείργοντας νέκρους
Τάφου τε μοίρας καὶ κτερισμάτων λαχεῖν

et quem Viscontus laudat, *Aeschyl. Agamemn.* v. 518. ubi Talthybius Troia reversus ait:

Οὐ γάρ ποτ' ἦὖχουν τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ πόλει
Θανὼν μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος.

Iam praegresso *Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος*, patet literas *HO*, quarum posterior dimidiâ tantum parte in marmore superest, alterum sententiae membrum, priori oppositum incipere et supplendum esse *HOIΔE*. Vt reliquam versiculi partem inveniamus, in auxilium vocandus erit, qui sequitur

V. 8. *ΤΕΙΧΟΣ ΠΙΣΤΟΤΑΤΕΝ ΗΕΛΠΙΔΕΘΕΝΤΟ*

quo docemur, quidnam reliqui hostes fecerint, quos illud *HOIΔE* induxit, scilicet munimenta

urbis *tutissimam spem* arbitrati sunt. — Cuiusnam spem? Nempe salutis sive vitae. Non igitur dubium, quin in fine posterioris *BIO* marmor habuerit. Iam superioris versus defectus sua sponte sarcitur. Nam Potidaeatae non intra munimenta urbis se continuerant, quod indicarent verba *τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο βίου*, si sola legerentur, sed egressi, ut exciperent adventem hostium exercitum et pugna superati, intra ea fuga salutem petierant. *Ποτειδαιᾶται δὲ καὶ οἱ μετὰ Αριστέως Πελοποννήσιοι προσδεχόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἐστρατοπεδεύοντο πρὸς Ὀλύνθῳ ἐν τῷ ἰσθμῷ* — — mox pugna commissa vincit in cornu suo Aristeas. *Τὸ δὲ ἄλλο στρατόπεδον Ποτειδαιατῶν καὶ Πελοποννησίων ἠσσᾶτο ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἐς τὰ τεῖχος κατέφυγεν* Thucyd. I, 62. Hic ipsam vocem, qua caret versus, historicus nobis offert, nempe scrib.

ΗΟΙΔΕ ΦΥΛΟΝΤΕΣ

ut totum distichon sit

Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, οἱ δὲ φυγόντες
Τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο βίου

qua ratione ante me iam a Visconto fuit constitutum. Ceterum quod epitaphium poëtice eloquitur, hostes fugatos urbis munimenta tutissimam salutis spem habuisse, id ille, sine ornatu, *eos intra muros fugisse* dicit ipso verbo, quod in

marmore esse debuit, servato. Iam in priori versu vidimus, epitaphio nostro confirmari, quod ille de traditis ad sepulturam hostibus memoraverat. Idem in his, quae de fuga intra muros subiunguntur inter eius historiam et hoc publicum patriae suae monumentum concentus cernitur. Nempe Thucydides, ut scimus, priusquam opus scribendum aggrederetur, diligenter collegit atque inter se contulit, quae ad belli Peloponnesii historiam pertinerent, ut istud κτῆμα ἐς ἀεί solido fundamento superstrueret. Ac nostrum quidem epitaphium in Thucydidis patria et velut ante oculos civium expositum latere eum non potuit. Eo igitur tanquam documento, quod rei gestae memoriam fide publica consignatam posteris traderet, in describenda pugna ad Potidaeam commissa usum esse statuere licebit. Ceterum in his quoque versibus nonnulla, quae ad veterem orthographiam pertinent, observata velim. Primum est, quod *οἱ* post δὲ sine aspiratione scribitur, eamque in altero membro, ubi abest illa particula, servat.

ΔΟΙ ΜΕΝ ..... ΗΟΙΔΕ

Priscianus tradit. p. 546 ed. Putsch. Aeolenses digamma interdum pro nihilo habuisse, in cuius rei testimonium versu utitur hoc:

"Αμμες δ' εἰράναν· τά δέ τ' ἄρ θέτο Μῶα λίγεια

Hoc si comparatur cum nostro loco, videre licet, voculam ΔΕ ea vi fuisse, ut non solum spiri-

tum asperum, sed etiam digamma in subiecta voce opprimeret. — Idem accidebat in particula *FE*, quae res in gravissima doctrina de digammo nostra aetate maiori doctrina, quam intelligentia, tractata, maximi est momenti, simul etiam explicat, quare *ΔE* et *FE*, ubi apostrophum habent, sequente aspiratione nunquam aspiratae *Θ'* et *χ'* fiant, quippe quibus ipsis asper loco cesserit.

Alterum est, quod *HELΠIΔ* legimus cum aspiratione, igitur ἑλπίς pro vulgato ἐλπίς. Nempe priscam illam labialem aspirationem initio per *B*, *Φ*, *F*, *T* elatam recentiores dialecti in plurimis vocibus mutarunt in spiritum asperum, quem ipsum hae voces una post alteram exuerunt, donec ex lingua Graecorum et Italorum iam dudum penitus evanesceret. Ita *οἶ*, *ἅλις* quod apud Homerum *FOI*, *FALIΣ* esse debuit, post *HOI*, *HALIΣ*, pronunciatum est, nunc *OI*, *ALIΣ*, item latinum FIRCVS, HIRCVS nunc IRCVS et sic voces quam plurimae. Eadem ratione *FELΠIΣ*, *HEΛΠIΣ* in *ELΠIΣ* transformatum est. *FELΠIΣ* cum digammo est apud Homerum. Asperum ostendunt nomina Visconto laudata *Helpis helpidius* (Helvidius) *Helpidianus*, nostrum *Helfen* saxonice *helpen*, *iuvare*. Nam primitiva vocis significatio fuit haud dubie *alloquio recreare*, *iuvare* aliquem, unde de Penelope Odyss. β, 92.

Πάντας μέν ῥ' ἔλπει (fuit *μὲν Fέλπει*) *καὶ ἐπ*
πίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ

peciet. Etenim hic vir egregius, cui Londini brevi tempore multa agenda multaeque inscriptiones describendae erant, cum singulos nostri epitaphii ductus atque apices repetitis vicibus examinare non posset, praetervidit, versu 11. vocis postremae, quae a ΔΑ incipit, post lacunam tres literas ΡΡΟ non quidem integras superesse, sed ita tamen comparatas, ut cum aliis confundi non possint, porro in lacuna inter ΔΑ et ΡΡΟ, si literas praecedentis versus supra eam positas computes, ablatas esse tantum literas tres. Quae cum ita sint, vox lacera necessario erat ex adiectivo ΑΝΤΙΡΡΟΠΟΣ. Hoc ita vindicato, videre licet, quo vergat sententia, cuius particulae in marmore haerent. Ῥέπειν de trutina dicitur, cuius altera lanx pondere gravata descendit, Ἰσόρροπον de pondere, quod lances ἐν ἴσῳ suspensas tenet, sive de aequilibrio, denique ἀντίρροπον de omni, quod in lancem iniicitur, ut alteram ducat, et usu metaphorico ap. Sophocl. Electr. 119.

Μούνῃ γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λυκῆς ἀντίρροπον ἄχθος.

Neque in verbis inveniendis diu errabimus. Nam filios Atheniensium, qui eommemorantur, et animas eorum velut in altera trutinae lance, denique vocem ἀρετή, quae tanquam ἄθλον in sequenti versu inest, si inter se conferas, patebit, quae hic sententia emergat. Nempe *viros illos vita tradita, proposita, virtutis gloriam parasse*, seu *vitâ*

virtutem redemisse. Iam memineris homerici Ψυχὰς παρθέμενοι dicti de iis, qui cum vitae suae periculo aliquid suscipiunt, et versum integrum constitues legendo

ΦΣΥΧΑΣ ΔΑΝΤΙΡΡΟΠΑ ΘΕΝΤΟ

seu potius ΘΕΝΤΕΣ, nam in seq. versus initio finis temporis aoristi ΣΑΝΤΟ eminet, qui verbi, quod invenimus, non nisi Participium praegredi patitur. Huius autem ΣΑΝΤΟ etiam prima litera discerni potest. Apparet enim superior pars literae Ε, hinc Ε .... ΣΑΝΤΟ, apparent praeterea ante Σ apices duo, quorum lineae ita directae sunt, ut si literas ΑΧ applices, toti ab his obtegantur. Erui igitur ex ipso marmore potest Ε... ΑΧΣΑΝΤ. Iam vox versus 11. supra lacunam posita docet addendas insuper duas esse literas. Hinc edideram ΕΠΡΑΧΣΑΝΤ, male omnino. Nam πράσσεσθαί ἀρετὴν esset *exigere* virtutem, tanquam rem debitam. Hoc enim sensu πράσσεσθαι ἀρετὴν apud prosae scriptores dicitur, et vero etiam apud poëtas. Pind. Olymp. XI. (X.) 29 (34)

Πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον
ἀέκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον Πράσσοι-
το *)

29

*) Ne Pindarum, qui iam aliquoties exempla nobis subministravit, indonatum dimittamus, tractabimus ea, quae loco laudato subiungit, in ornatissimo Boeckhii

Verum quid sit, primus vidit *Adolphus Lange*, vir aeque doctrina ac iudicio pollens,

---

exemplari, ut vulgo ferebantur, relicta. Sermo est de Hercule:

Ἀρχμαισι δὲ δοκεύσαις ὑπὸ Ἠλεωνᾶν δάμασε καὶ κείνους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ,
Ὅτι πρόσθε ποτὲ Τιρύνθιον
Ἔκερσαν αὐτῷ στρατόν
Μυχοῖς ἥμενον· Ἄλιδος
Μολίονες ὑπερφίαλοι.

Ἧσθαι in rebus bellicis praesertim iunctum cum μυχοῖς est *in insidiis sedere*. Quid vero, totus exercitus in insidiis? Non credo. Actoris et Moliones filii fuere duo, Eurytus et Cteatus. Quidni igitur ἥμενω scribamus? Nempe duplex fuit fama de caesu a Molionidis Herculis exercitu. Altera est apud Pausan. V., C. 2, qua vi et virtute eorum id factum dicebatur. *Καὶ τόλμῃ καὶ ταῖς ἡλικίαις τοῦ" Ακτορος τῶν παίδων ἀμφοτέρων, ἐτρέπετο ὑπ' αὐτῶν δεὶ τὸ συμμαχικὸν τοῦ Ἡρακλέους*, altera, qua ex insidiis orsi id perfecisse credebantur. Eam servavit Scholiasta ad h. l. V. 38. *Συμμαχοῦντες οὗτοι Αὐγείᾳ, ἔν τινι τόπῳ τῆς Ἠλιδος λοχήσαντες, τοῦ στρατοῦ τὸ πλεῖστον διέφθειραν.* Indicat eandem alter Scholiasta ad v. 29: *ἐν τῷ πρὸς Αὐγέαν πολέμῳ Ἡρακλῆς ὑπὸ Μολιονιδῶν ἁλοὺς ἔφυγε*, item v. 39, ubi *Hegesias Patreus* auctor laudatur, cuius clarum nomen inter veteres Graeciae periegetas. Hanc alteram Pindarus secutus est, ut ipsi Scholiastae docent, quippe qui eam non commemorassent, nisi praemonstrasset poëta. Transitus ex dualt in pluralem *ἡμένω - Μολίονες ὑπερφίαλοι* neminem graece peritum offendet. Eodem modo alibi restituimus Pind. Nem. X, 116. Heyn. *Ἀπὸ Ταϋγέτου πεδαυγάζων ἶδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέ-*

nempe *E . . . ΑΧΣΑΝΤ* supplendum esse *ΕΛΛΑΧΣΑΝΤ* ut sit *ἠλλάξαντο* ab *ἀλλάσσομαι*, quae vox de rebus permutandis usu fere solemni adhibetur. In idem statim incidit Schaefertis, cum ei apographum epitaphii ostenderem. Aderant tum apud eum mecum *Seidlerus* noster, *Spohnius* atque *Reisigius*, qui utrique nuper exquisitam doctrinam egregiis documentis testati sunt, quorum criticorum communi consensu cum *Ἠλλάξαντο* exciperetur, eo minus de admittenda voce dubitare licet. Habemus igitur, quod disiecta versuum et sententiae membra flagitabant:

Ψυχὰς δ' ἀντίῤῥοπα θέντες Ἠλλάξαντ' ἀρετήν,

ita ut *Ἥβης Ἀθηναίων*; quod praecedit, appositionis loco ad *οἳ θάνον ἐν προμάχοις* referatur. Cave autem *ἀντίῤῥοπα* dictum putes pro *ἀντιῤῥόπως*. Est enim praedicatum ad *Ψυχάς*, non ad *θεῖναι* referendum, i. q. *ψυχὰς θέντες ὥστε ἀντίῤῥοπα εἶναι*. Mutuata videtur dicendi ratio ab Homero, qui de Achille Patrocli funus *ἄθλοις* propositis ornante ita Il. *ψ*, 751

Ἡμιτάλαντον δὲ χρυσοῦ λοισθὴν ἔθηκεν

seu *λοισθήια θῆκεν*, ubi cave, ne ad alteram lectionem *λοισθῇ* aberres. Ibi *Ἡμιτάλαντον λοισ-*

καὶ Ἡμέτερος scribendo *Ἡμέτερο*, nempe Castorem et Pollucem.

θῆϊα θεῖναι nostro ψυχὰς ἀντίῤῥοπα θεῖναι exacte respondet *).

*) Visconti us Παῖδες Ἀθηναίων Vocativum putavit et reliqua ita constituit:

Ψυχὰς δ' ἀπομάξαι ἀρείους
Αἳ πρᾶξαν τ' ἀρετήν

Prius vel ob particulas literarum ex lacuna eminentes admitti non posse iam monitum, posterius undecim literas infert marmori pro novem literis, quae, monstrante versu supra posito aderant

ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΕ
ΗΑ ΙΠΡΑΧΣ ΑΝΤ

Accedit, quod πρᾶξαι ἀρετήν non est graecum. Nam πράξαι ἀγαθόν, a nemine ita dicitur, licet ille phrasin bene notam dicat, nimirum deceptus gallico *faire du bien*, aut italico *far del bene*. Porro quod ex Aeschinis orat. contra Timarch. p. 6. ed. Taylor. p. 64. ed. Reiske affert πράττειν ἐπιτηδεύματα contra Timarchum ab Aeschine dictum, si nexum loci spectas, est *quaestum e corpore facere*, nec ullo modo cum ἀρετὴν πράττειν conferendum. — Denique laudat ex Aristoph. Ranis v. 1040

Ὅθεν ἡ μὴ φρὴν ἀπομαξαμένη, πολλὰς ἀρετὰς
ἐποίησεν (scr. ἐπόησεν)
Πατρόκλων, Τεύκρων ξυμολεόντων,

ut nempe ἀρετὰς ποιεῖν cum ἀρετὴν πράττειν conferat. Sed vide, quid in scena illa agatur. Nempe Aeschylus loquitur, ut suum contra Euripidem decus defendat. Itaque exempla Orphei, Musaei, Hesiodi Homeri affert, quae imitanda sumserit: v. 1056.

σπέρμαι γὰρ ἀπ' ἀρχῆς
ὡς ὠφέλιμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεγένημαι.

Hos igitur sequutus (ὅθεν ἡ μὴ φρὴν ἀπομαξαμένη) dicit se fecisse multas Teucrorum, Patroclorum virtu-

Reliquum quod est sine negotio suppleri poterit. Nam ante literas *TKL* paullum affectas apparet etiam particula literae *E*. Iam *ETKL* initium est verbi *ETKLEIΣAN*, quo scripto *ΠAT* supplendum erit *ΠATPIΔ*. Confirmatur id computatione literarum in praecedentibus versibus, quae inter *ΠAT* et *ETKL* tres literas excidisse testantur, quas reducas scripto *KAI ΠATPIΔ ETKLEIΣAN*, ut fecit iam Visconti. — Ad sententiam cf. Tyrtaeum III, 23.

Αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὥλεσε θυμόν
Ἄστυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατρίδ' εὐκλεΐσας.

Haec habui, quae de epitaphio dissererem, haud dubie pretiosissimis literarum monumentis marmori inscriptis, quae ex antiquitate ad nos delata sunt, adnumerando. Eius enim est antiquitatis, ut a paucis sui generis superetur, et vetustam At-

---

tes. Quidnam hoc a poëta dictum aliud significabit, nisi eum carminibus eorum mores et res praeclare gestas velut imaginem aliquam expressisse? Addit enim, id factum

ἵν' ἐπαίροιμ' ἄνδρα πολίτην ἀντεπτείναν αὐτὸν τούτοις, ὁπόταν σάλπιγγος ἀκούσῃ.

Ceterum, quod l. l. Aeschylus dicit, se *πολλὰς ἀρετὰς Πατρόκλων καὶ Τεύκρων ποιῆσαι*, id antea Euripides de se removet his verbis v. 988.

οὐδ' ἐξέπληττον αὐτοὺς Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους.

ticorum literaturam atque orthographiam plenius exhibet omnibus, quae hucusque ad notitiam nostram pervenerunt. Praeterea memorabile est, tanquam monumentum, quod publica cura viris pro patriae gloria mortuis positum, et quod solum fere ex magno illo sepulcrorum agro supersit, qui imaginibus et versibus seculorum gloriam testaretur, omniumque nomina posteritati traderet, quibus contigerat pro patria pugnantibus mori. Auget insuper veteris elegiae reliquias, dictione conspicuum simplici et ad Tyrtaei, Theognidis atque Solonis indolem conformata, quae versus finem prisca nobilitate insurgat. Denique in eo habemus rerum illo tempore gestarum documentum, incorruptum suique generis unicum, quippe ad cuius argumentum Thucydidis historiam exigere indeque egregiam eius fidem comprobare licet.

Restat, ut ipsum subiungamus eâ formâ, ad quam communi amicorum, Visconti atque nostrâ operâ revocari potuit:

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ

Ἀθάνατον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδ' ἔθεντο,
Σημαῖνεν δὲ μάχη δυσμενέεσι βίην·
Καὶ προγόνων τὸν θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φέροντες
Νίκην εὐπόλεμον μαρνάμενοι κάθελον
Αἰθὴρ μὲμ ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθών·
Τῶνδε Ποτειδαίας γ' ἀμφὶ πύλας ἔλαχεν·
Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, οἱ δὲ φυγόντες
Τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο βίου.
Ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δῆμος Ἐρεχθέως,
Πρόσθε Ποτειδαίας οἳ θάνον ἐμ προμάχοις,
Παῖδες Ἀθηναίων· ψυχὰς δ' ἀντίῤῥοπα θέντες
Ἑλλάξαντ' ἀρετὴν καὶ πατρίδ' εὐκλείσαν.

VI.

NOTAE CRITICAE

IN

LIBANII

APOLOGIAM SOCRATIS.

SCRIPSIT

FRIDERICVS IACOBS.

NOTAE CRITICAE
IN
LIBANII
APOLOGIAM SOCRATIS.

Tom. III. ed. *Reisk.* p. 2. l. 2. (p. 636. *Morell.*) ἄλλως τε ἐν τῷ τὰ προσήκοντα πληροῦν, καὶ τοὺς δικάζοντας ὑμᾶς ἐξελέσθαι τῆς ἐπιορκίας ἔνεστιν. Suspicatur *Morellus* in marg. ἄλλως τε καὶ ἐν τῷ. *Reiskius*: ἄλλως τε καὶ ὅπου ἐν τῷ. Scribe potius, una littera leviter immutata: ἄλλως τε εἰ τῷ τὰ πρ. πλ. Sic *Lucian.* in Nigrino §. 6. T. I. p. 31. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν (λιτῶν corrigendum existimo) οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος .., ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη, ubi non opus est cum *Hemsterhusio*, sede coniunctionum permutata, legi: ἄλλως τε καὶ εἰ φίλος .. quamquam sic est in *Platon.* Epist. IX. Tom. XI. p. 165. ed. Bip. (p. 357. ε.) ὅτι μὲν οὖν ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν, οἷα καὶ σύ. Cum *Luciani* autem loco conspirat *Platon.* Phaedo p. 87 D. ubi Cod. Tubing. ἀλλὰ γὰρ ἄν φαίη ἑκάστην τῶν ψυχῶν πολ-

λὰ σώματα κατατρίβειν, ἄλλως τε εἰ καὶ πολλὰ ἔτη βιφῆ, probante *Hermanno*, qui omnino conferendus ad *Vigerium* p. 780. sq. ed. sec.. Vt in his locis, εἰ, sic alibi ἐὰν et similia post ἄλλως τε ponuntur; ut ap. *Xenoph.* Memor. l. 2. 59. ἄλλως τε ἐὰν πρὸς τοῦτο καὶ θρασεῖς ὦσι. ubi *Ernestii* correctio ἄλλως τε κἂν, non magis necessaria, quam ap. *Dion. Chr.* Or. XI. Tom. I. p. 307. ἄλλως τε ὅταν πολύν τινες χρόνον ὦσι τὰ ψευδῆ ἀκηκοότες, cum *Reiskio* scribi: ἄλλως τε καὶ ὅταν. Ib. Or. XXXI. p. 608. 29. ἄλλως τε ἂν οὗτοι ὦσι μὴ πονηροί. *Liban.* T. III. p. 274. 5. ἄλλως θ' ὅτε τρία τὰ μέγιστα περιγίνεται. *Heliodor.* 1. 22. p. 59. ἄλλως τε δὲ ὅτι καὶ τὸ πᾶν εἰς ἐμὲ τείνει. Cod. Mon. nr. 96. ἄλλως τε διότι, ut etiam *Coray* edidit

P. 3. l. 1. (p. 637. a.) ἐπεὶ δέ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων, οὕτω καὶ νῦν ἐν ἡμῖν διείλεκται· τῇ παρούσῃ μὲν οὐ συμφέροντες χρείαν· μίαν δ' οὖν αὐτῷ διαλύσας διαβολήν, ὡς οὐκ ἄρα εἴη δεινὸς λίγειν. Locus et distinctione et lectione insigniter laborans. Vnam quidem mendam bene exemit *Reiskius*, corrigens: οὐ συμφερόντως χρείᾳ· sed praeterea scribendum, ni fallor: ἐπεὶ δέ, ὥσπερ ἐν ἐργαστηρίῳ, οὕτω καὶ νῦν ἐν ὑμῖν διείλεκται, τῇ παρούσῃ μὲν οὐ συμφερόντως χρείᾳ, μίαν δ' ΑΝΥΤΟΥ λύσας διαβολήν, ὡς οὐκ .. Nomen *Anyti* saepissime in αὐτὸς depravatum esse, nuper monuit V. cl. *Boissona-*

de ad *Marini* Vit. Procli p. 87. ibique *Schaeferus* in Ind. p. 152. Idem vitium exemtum *Athenaeo* L. XII. p. 534. F. In Epistola *Aristippi* dorice scripta, inter Epistolas Socraticorum nr. XVI. p. 24. ed. *Orell.* vulgo legitur: *ἐπίστειλας δέ μοι, πῶς ἀπεχωρήσατε πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἐρασταί τε καὶ φιλόσοφοι, δεδιότες, μή τι καὶ ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι τῶν ΑΤΤΩΝ ΑΝ. καὶ οὐ ἐποίειτε φλαύρως.* Ibi *Valckenarius* in Diatrib. p. 190. corrigit: *ἀπὸ τῶν αὐθεντᾶν*, quae lectio vereor, ne doctior sit, quam verior. Suspicabar enim: *τῶν 'ΑΝΤΤΩ.* Nunc leniorem correctionem praefero: *μή τι καὶ ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι τῶν 'ΑΓΩΝΩΝ* *).

P. 3. l. 13. (p. 637. B.) *ἃ δὴ καὶ τούτοις ἐδόκει θαῤῥῆσαι τὴν γραφὴν ἀπενεγκεῖν.* Scr. *τούτους ἐδόκει θαῤῥῦναι.*

Ib. l. 15. (p. 637. C.) *ἐπεὶ καὶ πρώην τινὸς προσελθόντος αὐτοῖς, καὶ λέγοντος, σφόδρα συνήδεσθαι τοῖς διώκουσιν· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁρᾶν εἰς τὸ κρατήσειν ἀφορμάς.* Quid sensus in his ver-

*) Eodem vitio liberandus *Libanius* Tom. III. p. 199. 18. *ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι, ὅτι οὐδὲν φαιδρότερον ἐν θεάτρῳ σοφιστοῦ τὰ πρέποντα πνουμένου τε καὶ σχηματιζομένου· ὅτε δὴ καὶ τοῖς πρατοῦσιν 'ΑΤΤΩΝ ἐκείνους ἐπέρχεται μᾶλλον ἢ σφᾶς αὐτοὺς εὐδαιμονίζειν.* Scribe: *ὃν γε δὴ καὶ τοῖς πρατοῦσιν 'ΑΓΩΝΑΣ ἐκείνους ἐπέρχεται κ. τ. λ. quem quidem etiam ii, qui in illustribus illis certaminibus vincunt, magis etiam admirantur, quam se ipsos.*

bis requireret, non fugit *Reiskium*, sed neutra coniecturarum, quas exprómsit, vera videri potest. Legendum suspicor: *καὶ λέγοντος, σφόδρα μὲν συνήδεσθαι τοῖς διώκουσιν· ἧδὲ ἀρκούσας ὁρᾶν εἰς τὸ κρατῆσαι ἀφορμάς*, accusatorum fautores, quique Socratem in capitis periculum adductum esse gaudebant, vereri se dicebant, ut rationes adessent ad causam obtinendam sufficientes. Quibus accusatores ita respondebant, ut negarent, rationibus admodum opus esse; iudicum in Socratem sufficere odium. Obiter verbum *ἀρκεῖν* restituam *Libanio* T. IV. p. 668. 2. ubi legitur: *οὐ λείψει σοι παρ' αὐτοῦ ποτὸς καὶ τροφὴ ἀσκήσει σοι πολλῷ χρόνῳ τὸ τάλαντον*. Scr. *ἀρκέσει*, *non tibi deerit cibus potusque apud Aesculapium; illudque, quod si prodidisti, talentum, tibi diu sufficiet.* — In fine paginae ex *Reiskii* plerumque coniecturis scribendum: *ὅτι πρῶτον μὲν ἐν ὑμῖν οὐκ ὀλίγους εὑρὼν πολλάκις ἡσθέντας, ὁπότε Σωκράτης τοὺς ἀλαζόνας ἐλέγχοι, καὶ νὴ Δία γε, καὶ πρὸς ἀρετὴν δι' αὐτοῦ (διὰ τοὺς vulg.) ἐπιδεδωκότας οὐ μικρόν· εἶτ' εἰ καὶ (sic *Reiskius* pro ἐπεὶ καὶ) τὰ μάλιστα δυσχερῶς εἶχεν πρὸς αὐτόν κ. τ. λ.*

P. 4. l. 14. (p. 638. A.) *ὁμωμοκὼν ἥκιστα. ἐμπλῆσαι τὸν αὐτοῦ θυμόν.* Scr. *αὐτοῦ*. Mox: *ἐν δικαστηρίῳ τε ὁ τῷ διώκοντι δοὺς ἑαυτόν.* Scr. *ἐν δικαστηρίῳ δέ.* Opponuntur verba: *ἐν θεάτρῳ μὲν γάρ.* Sic T. I. p. 279. 19. *ὁμολογεῖται*

μὲν γὰρ τῆς γῆς ἄριστον εἶναι τοῦτο πρῶτον, ᾧ ὁ θεὸς ἀνίσχων προσβάλλει, καὶ βασιλεῦσί τε κτῆμα περιμάχητον ἥδε ἡ μοῖρα. Cod. Monac. nr. 113. καὶ βασιλεῦσι δὲ χρῆμα .. quod vulgatae haud scio an praeferendum sit. — In proximis verbis, καὶ συνταράττων καὶ βασανίζων οὐδέν .. prius participium depravatum est.

P. 5. l. 3. (p. 638. d.) περὶ μὲν τοῦ μὴ δεῖν .. *Reiskius*, aliquid ad orationem vinciendam deesse sentiens, περὶ μὲν οὖν corrigit. Malim: καὶ περὶ μὲν τοῦ μ. δ. Exciderat copula syllabam praecedentem θαι. Sic in Progymnasm. T. IV. p. 855. Διηγ. γ. Ἔρως ἅπτεται ποταμοῦ. Malim καὶ ποταμοῦ. Pag. 1037. 13. διὰ τοῦτο ἐλαύνονται, σφάττονται καὶ τὸν Ἕκτορα δεδοίκασι. Scr. καὶ σφάττονται. Copula restituenda etiam in loco passim depravato T. IV. p. 616. 16. ἀλλ' εἰ μὴ καταπορνεύσει (sic leg. cum ed. Morell. pro καταπορνεύσῃ) καὶ (hoc vulgo deest) τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν μὴ (ἢ vulgo) γαστρὶ καὶ κύβοις ἐκδοίη .. υἱὸς ἔστω φησί.

P. 6. l. 20. (p. 640. 13.) νομίζων μάταιον πᾶσι μάθησιν, ἀφ' ἧς οὐδὲν ἐνεργὸν τοῖς ἐπισταμένοις γένοιτο. οὐδὲν ἔργον *Reiskius*; rectius etiam scribes, οὐδὲν ἂν ἔργον, unde nulla in discentes redundet utilitas. Similiter *Sophocl.* in Aiac. v. 843. ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην, ubi *Br.* comparavit *Aristoph.* in Lysistr. 424. ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἱστάναι. Idem in

Plut. 1158. οὐκ ἔργον ἐστ' οὐδὲν στροφῶν. Cf. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de Sera N. V. p. 17. — Mox verba οὐδὲ ἀργύριον πραξάμενος ὁ μιαρὸς σοφιστής, quae *Reiskius* frustra in suspicionem vocavit, respiciunt voces adversariorum p. 3. l. 13. λέγοντας τὸν μιαρόν, τὸν ὄλεθρον, τὸν λυμεῶνα τῶν νέων.

P. 7. l. 32. (p. 641. B.) ὅτι πρὶν ὅπως ἐπιμελήσονται τῶν ὑμετέρων, καὶ πῶς ἂν εὐδαίμων πόλις γένοιτο μαθεῖν· εἴπως ἐν ταῖς ἀρχαῖς γένοιντο, διαπράττονται. Scribe: ὅτι πρὶν ... πῶς ἂν εὐδαίμων πόλις γένοιτο μαθεῖν, ὅπως ἐν ταῖς ἀρ. γ. διαπράττονται. Socrates vituperare solebat eos, qui, antequam didicissent, unde civitas beata fieret, operam darent, ut ad honores eligerentur.

P. 8. l. 12. (p. 641. D.) ὅτι χρημάτων μὲν Ἀθηναίοις οὔσι πολλῆ φροντίς. Inutile οὔσι aut tollendum, aut cum ἐστί permutandum.

P. 9. l. 9. (p. 642. C.) διὰ ταῦτα πάντα αὐτοί τε σωθέντες παρεστήκειτε τὸν Σωκράτην. De ἡσθέντες olim cogitabam; nec fortasse inepte; sed propius est ὠσθέντες, *confecti*, *vosque prementes*. Idem est ὠστίζεσθαι. *Aristophan.* Plut. v. 330. ὠστιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ubi vid. *Spanhem.* et *Hemsterh. Lucian.* Piscat. §. 34. T. III. p. 152. ὠθιζόμενοι περὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἀλλήλους παραγκωνιζόμενοι. Idem in Lexiph. §. 4. Tom. V. p. 182. μετὰ τοῦ σύρφακος βύζην ὠστιζόμενοι,

Verbum ἀνεώσατο pro ἀνισώσατο *Themistio* restitui in Append. ad Porson. advers. p. 297.

P. 9. l. 15. (p. 642. D.) νομίζοντες μείζονα εἶναι κέρδος αὐτοῖς κατὰ μικρὸν τῶν ἐκείνου μετασχεῖν καλῶν ἢ τὸν ἐπὶ γῆς ἅπαντα χρυσόν. Scr. πᾶν μικρὸν post χρυσὸν ἔχειν videtur excidisse.

P. 10. l. 6. (p. 644. B.) ἀλλ' ἀγανακτεῖν εἰ περ ἔστιν, εἰ περίεστιν legendum proposui in Append. ad Porson. adv. p. 307. s. — Προσέπεμπε Σωκράτη. Scr. Σωκράτει. In proximis, τοῦδὲ φήσαντος, οὐ παύσεσθαι τῶν ἀληθῶν, nihil, quod Reiskius existimabat, excidit, sed μεμνημένος subaudiendum ex praecedentibus, ἀξιῶν ἀποστῆναι τοῦ μεμνῆσθαι τῆς τέχνης.

P. 11. l. 25. (p. 644. D.) ἀλλ' οὐκ ἦν ἔμφυτον τῷ γενναίῳ τούτῳ πτῆξαι καὶ ταπεινωθῆναι τῇ γραφῇ, καὶ μισθὸν τῆς αὐτοῦ σωτηρίας καταθεῖναι, τούτου τὴν περὶ αὐτοῦ σιωπήν. τούτῳ corrigit Reiskius. Sed vide, an paulo maiore cum gravitate scripserit rhetor: καὶ μισθὸν . . . καταθεῖναι τοῦτον, τὴν περὶ Ἄνύτου σιωπήν. Proxima sic distinguenda et scribenda videntur: ἀλλ' ἠξίου τοῖς βεβιωμένοις σώζεσθαι, καὶ κατανικᾶς ὑπὸ ταῖν ὑμετέραις ψήφοις; διά γε τὴν ἀλήθειαν ἀθῷος εἶναι, ἀλλ' οὐ ταῖς παρὰ τῶν κατηγόρων ἐπανισιδίστοις διαλλαγαῖς. Frustra hic

Reiskius haerebat in casuum diversitate, de qua dixi in Not. crit. ad Anth. Palat. p. 368. nr. 73.

P. 12. l. 17. (p. 645. B.) ἔστι δὲ ὡς ἐνίων ἤκουσα λεγόντων. ἔτι cum *Morello* corrigit *Reiskius*, ὡς cum ὧν permutandum esse existimans. At tum saltem ἐξ ὧν esset scribendum, quod ob sequentes genitivos ambiguum foret. Corrige potius: ἔτι δὲ καὶ ἐνίων ἤκουσα λεγόντων. Quanta sit in Codd. similitudo particularum ὡς et καί docuerunt viri eruditissimi *Schaeferus* et *Bastius* ad *Gregor. Cor.* p. 24. s. Cf. etiam illius Meletem. p. 13. Hinc apud *Libanium* T. IV. p. 390. 19. scribendum existimo: ἐκεῖνο (sic *Reiskius*; ἐκεῖνος vulg. subaudi ἐγκαλῶ) ὅτι γνώμης οὕτως ἔχων, ὥς τινος (καί τινος vulgo) αἰσχύνης τῷ πράγματι προσούσης, οὐκ ἐξέθηκεν. Fortasse etiam ap. *Plutarchum* T. II. p. 1128, ἔδει δὲ καὶ τοὺς νοσώδεις βίους καὶ τὰ τῆς ψυχῆς παθήματα πᾶσιν ἀπογυμνοῦν, καὶ ἅπτεσθαι.. ἕκαστον, legendum: ὡς ἅπτεσθαι: *ita ut quivis ea tangere possit, et quid sentiat dicere**) Ap. *Philostratum* imagg. a. 1. 28. p. 803, καὶ ὁρῶ τὰ ἔργα τοῦ θηρίου, καὶ τὰς ἐλαίας ἐξορώρυχε, τὰς ἀμπέλους ἐκτέτμηκε. Molestum illud καὶ Cod. Guelpherb. omittit. Sed rectius scribes: ὡς τὰς

*) Ibidem paulo ante in verbis: ἔθι ῥίψας ποι κατὰ σκότου σεαυτὸν ἀγνοούμενός που τοῖς πάθεσιν. Scribendum, ni fallor: ἀγνοούμενος αὐτοῖς πάθεσιν, *una cum morbis*.

ἑλαίας ἐξ. Contra ὡς cum καὶ videtur permutandum in *Luciani* Parasit. §. 42. T. VII. p. 133. καὶ εἴγε τις καὶ ἄλλος Ἀθηναῖος κατ' αὐτὰ ἐπολέμει. pro vulgato ὡς εἴγε τῳ. Ap. *Libanium* T. IV. p. 903. 6. ἀλλ' οὐ τούτων τῶν πολλῶν καὶ καλῶν νόμων οὗτος ἀκήκοεν· ἀλλὰ πάντα ἀνελὼν, καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξια τολμήσας, ὅσα διῆλθον, καὶ καταγνοὺς φλυαρίαν τούτου τοῦ δεσμοῦ. ubi *Reiskius* ἄξια νομίσας, aut τολμήσας ἡγεῖσθαι legendum existimat, rectius scribes: ἀλλὰ πάντα ἀνελεῖν, ὡς τοῦ μηδενὸς ἄξια, τολμήσας. Praeterea etiam: καὶ καταγνοὺς πολλὴν φλυαρίαν. ut T. III. p. 65. 8. πολλὴν φλυαρίαν τῶν λογίων κατεγνωκότες. *Plato* Apol. Socr. p. 19. C. Σωκράτην τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον, φάσκοντά τε ἀεροβατεῖν, καὶ ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα. Id. Conv. p. 24. E. κάλλος μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας ῥυητῆς. Eadem illa similitudo particularum ὡς et καὶ in causa fuit, ut, ubi iuxta essent positae, altera a librariis omitteretur. Ap. *Philostrat.* Imagg. I. 19. p. 792. scribo: καὶ ὡς ἐκπλήττοι τοὺς ἐντυχάνοντας. Ib. II. 2. p. 813. ὁ ἵππος ὀξὺς ἄρα, ὡς καὶ ἁφαιρεῖν (sic editi ante *Olearium*) γέλωτα. Quae verba referenda sunt ad praecedentia: παγχάζοντι δὲ αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ἥδεσθαι. Aliter tamen hunc locum tentavit cl. *Wyttenbach.* in Epist. crit. p. 278.

ed. Lips. Etiam ap. *Philostr. Jun.* Imagg. 3. p. 866. οἷον, ὦ θεοί. καὶ ἡδὺ τὸ σαφὲς τῆς τέχνης. Scribendum videtur: καὶ ὡς ἡδὺ τὸ σαφ.

P. 12. § 11. (p. 645. B.) τὸ τοῦ πράγματος αἴτιον· ἐζητεῖτε παρ' ἄλλοις· ἐντεῦθεν δὴ καὶ αὐτὸς ποιήσομαι τὴν τῶν ἐλέγχων ἀρχήν. In his verbis aliquid excidisse, quod existimat *Reiskius*, non putaverim; certe sensus erit integer, si mecum scripseris: τούτου πράγματος αἴτιον μὴ ζητεῖτε παρ' ἄλλοις, ἐντεῦθεν δ' ἢ καὶ αὐτὸς ποιήσομαι τ. τ. ε. α. *huius rei causam nolite in aliis rebus quaerere, sed inde repetite, unde et ipse refutandi initium facturus sum**). Sac-

*) Nescio, quomodo factum sit, ut ἢ toties a librariis obliteraretur. Ap. Nostrum T. IV. p. 1045. 1. ὁ μάντις ἔφηνε τῆς γνώμης τὴν ἀφορμήν· καὶ εἰ δέον ἐστὶ, σώζεσθαι τὴν πόλιν, ἢ τοὐναντίον οἴχεσθαι, προηγόρευσεν. Scr. ἢ δέον ἐστι. *Qua ratione urbs servari aut perire debeat.* [In proximis scribe et distingue: ἐγὼ δὲ οὐκ ἂν προδότης γενοίμην τῆς ἐμαυτοῦ, οὐδὲ φιλόψυχος οὕτω, καὶ πρὸς τὸν θάνατον ἀγεννής, ὡς μὴ δοῦναι τῇ πατρίδι τὴν νίκην, καὶ τὸ μεῖναι πρὸς τὸ μέλλον ἀεί ἐπὶ τοῦ ἴσου σχήματος.] Ap. *Dion. Cyr.* Or. XXX. p. 555c 15. μέχρις ἂν ᾖ δυνατόν, κατεργάσωνται τάς τε ἡδονὰς καὶ τὰς λύπας. Scr. μέχρις ἄν, ᾖ δυνατόν, κτλ. In *Gorgiae* Laud. Helen. Oratt. Gr. T. VIII. p. 9. Scribe: λόγος γὰρ τὴν ψυχὴν ὁ πείσας, ᾗ ᾔ (ἣν vulg.) ἔπεισεν, ἠνάγκασε καὶ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις καὶ συναινέσαι τοῖς ποιουμένοις. *Sermo enim, qui eius animum commovit, quatenus persuadebat, etiam vim adhibebat et cogebat eam, et verbis obsequi et facta probare.*

pe δὲ post negationem pro ἀλλά ponitur. Exempla attuli in Not. crit. ad Anth. Pal. p. 402.

P. 13. l. 5. (p. 646. A.) καὶ γὰρ οὐ τῷγε ἔσται ἀναχωρεῖν σοι, ὅτι ἄρα οὗτος καταδὺς εἰς ἀγωνίαν καὶ θύρας ἐπιθεὶς .. ἐδίδασκε τοὺς λυμεῶνας λόγους. Non quod *Reiskius* suspicabatur, οὐχ ὧδεγε legendum, sed, οὐ τῇγε ἔσται ἀναχωρεῖν. Verissime autem correxit idem εἰς γωνίαν. derivatus hic locus ex *Platonis* Gorgia p. 485. E. unde et plurimi alii hauserunt. Vid. *Wyttenbach.* Bibl. crit. Part. XII. p. T. S. et quae attulimus in Notis crit. ad Anthol. p. 896.

P. 13. l. 11. (646. A.) ὕστερον δὲ εἰς φῶς ἐλθεῖν συνέβη, τὴν γλῶτταν ἀκολάστων τινὸς ἐκλελαληκότος. Restitue articulum, qui excidit: τῶν τὴν γλῶτταν ἀκολάστων, ut saepe duobus articulis deinceps positis. Vid. Append. ad Porson. advers. p. 287. In proximis pro ἀνὴρ ἡγάπα. scr. ὁ ἀνὴρ. Socrates sc.

P. 14. l. 3. (p. 646. C.) ταῦτα ἔδει λέγειν, καὶ πρὸς τούτῳ τι ποιεῖν· Ἄνυτον γραψόμενον κινεῖν, εἰ μὴ αὐτός γε ἐβούλετο. Verus sensus non fugit *Reiskium*, sed priorem enuntiationem perperam per interrogationem efferendam existimavit. Scribendum videtur et distinguendum: καὶ πρὸς τούτῳ τι ποιεῖν Ἄνυτον, καὶ γραψόμενον κινεῖν. εἰ ... Aut quod malim: καὶ πρὸς τούτῳ τι π. αὐτόν, ἢ γραψόμενον κινεῖν. *talia cum dicere par erat, et praeterea ipsum ali-*

quid agere, aut si ipse nolebat, excitare qui actionem Socrati intenderet.

P. 15. l. 4. (p. 647. C.) *Σωκράτην δὲ δοκεῖ τὸ πᾶν ὑμῖν ἀνασχέσθαι τοσοῦτον χρόνον Ἄνυτος, διορύττοντος τὴν δημοκρατίαν.* Suspicabar *δοκεῖ τολμᾷν*, idque adstruxi in addit. Anim. in Athen. p. 309. *Anytum autem existimatis in animum induxisse (τολμᾷν) ut tamdiu ferret Socratem, rempublicam evertentem.* In genitivis post *Σωκράτην* illatis haerebat *Reiskius*. Sic primus *Homerus* Od. δ. 646. *ἦ σε βίη ἀέκοντος ἀπηύρα νῆα μέλαιναν.* Postea alii. Vid. *Dorvill.* Vann. crit. p. 587. ad *Chariton.* p. 254. *Schaefer.* ad *Aesopi* Fabul. p. 149. Hinc tuearis licet vulgatam ap. Nostrum T. III. p. 435. 21. *ἢ διδόντος γε (ἐμοῦ sc.) ὁπόσα δεῖ, τῶν δὲ οὐ βουλομένων δέχεσθαι, τοὺς ἀργῶς ἔχοντας οὐκ ἐμεμψάμην.* et apud *Apollodor.* T. I. p. 276. ed. sec. *πρῶτον ἄρξαντος Πολυνείκους, παραδοῦναι μετ' ἐνιαυτὸν τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ.* ubi *Heynius* haerebat. Nec sollicitandus videtur *Plutarch.* Vit. Thes. c. 12. T. I. p. 8. ed. *Cor.* *κατὰ τὸν Κηφισὸν ἄνδρες .... ἡσπάσαντο ... καὶ δεομένου καθαρθῆναι, τοῖς νενομισμένοις ἁγνίσαντες, ... εἱστίασαν οἴκοι.* ubi sunt, qui *δεόμενον* corrigendum existiment.

P. 15. l. 10. (p. 647. C.) *μὴ γὰρ ἔστω μηδενὶ ὃς τῇ τῶν οἰκείων προνοίᾳ, δι' ἣν ἐπὶ τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας ὁρῶν ἰόντα κίνδυνον περιό-*

ψιται. Depravatum esse hunc locum, nemo dubitabit. Scribendum fortasse: μὴ γὰρ ἔστω μηδενὶ τοσαύτη τῶν οἰκείων πρόνοια, δι' ἣν .. *nemo enim tantam rei familiaris curam gerat, qua impediatur, ne pericula reip. imminentia videat et avertat.* Pronominis relativi post οὕτως, ὧδε et similia illati exempla congessit *Wyttenbach.* Bibl. cr. Part. X. p. 63. Structurae orationis in nostro loco respondent Euripidea in Alc. v. 195: ἐκφυγὼν δ' ἔχει τοσοῦτον ἄλγος, οὔποτ' ἐκλελήσεται. *Heliodor.* l. 9. p. 23. τοιαύτην σοὶ πορισθῶμαι βοτάνην, ἣ διὰ τρίτης ἐνώσει τὰς πληγάς. quem versum cum similibus, in quibus ὅς ponitur post τόσος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος, excitavit *Schaeferus* Meletem. p. 71.

P. 15. l. 15. (p. 647. D.) οὐ μεστὸν μὲν τὸ βῆμα τῶν λεγόντων, ἐστὶν ἐκκλησίας, πλήρη δὲ τὰ δικαστήρια τῶν γραφομένων. Post λεγόντων aliquid excidisse existimat *Reiskius.* Nihil certe ad concinnitatem desideraretur, si scriptum esset: μέστη δὲ ἡ ἐκκλησία τῶν ψηφιζομένων. In his μέστη pro ἐστὶ verum esse, nullus dubito. Et fortasse sufficerit correxisse: μεστὸν μὲν τὸ βῆμα τῶν λεγόντων, μεστὴ ἡ ἐκκλησία, πλήρη .. Solet μεστὸς iterari, ut ap. *Arat.* Phaen. 2. 3. sic in plurimis locis ex Arato expressis.

P. 16. l. 8. (648. B.) νομίζοντες τὴν ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων ἀκρίβειαν τῶν μειζόνων εἶναι πέρι σωτηρίαν. Inutilem praepositionem tollendam

censet *Reiskius*. At illa ex compendio videtur orta. Sic enim scripserim: *τῶν μειζόνων εἶναι πατρίδι σωτηρίαν*. In hunc modum *περὶ* et *πατρὶ* inter se permutata esse docui in Fabula *Gabriae* in Not. crit. ad Anthol. p. 556. In proximis verbis: *πράττειν τῆς πολιτείας καταλυσιν*. Lege: *τὴν τῆς πολιτείας καταλυσιν*.

P. 16. l. 14. (p. 648. B.) *καί τοι τίς ὑμῶν οὐκ οἶδε πηλίκον τινὲς ὑμῶν παρ' ὑμῖν δυνηθέντες, ἐν εὐδαιμονούσῃ καὶ μέγιστον ἰσχυούσῃ τῇ πόλει στρατηγοῦντες, τὸ δὲ ἔργον εἰς μίαν αὐτῶν ἀρχὴν μεταθέντες*... Non tam mutilus videtur locus quam corruptus. Nihil, puto, ad sensum desiderabitur, si legeris: *πᾶν δὲ συνεργὸν εἰς μίαν αὐτῶν ἀρχὴν μεταθέντες*.. *qui sociorum vires et quaecunque praeterea civitati opitulabantur, suae potentiae adiungebant*. Neutro illius vocabuli sic subtsantive utitur *Polyb.* l. 31. 10. Tom. I. p. 203. *συνεργὰ δὲ καὶ πλείω, μέγιστα δὲ τῶν συνεργῶν, τὰς ἀεὶ τῶν προστρώτων ὕβρεις*. Idem de civitate Achaeorum II. 38. 8. p. 311. *δύο συνεργοῖς χρωμένη τοῖς ἰσχυροτάτοις, ἰσότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ*.

P. 17. l. 1. (p. 649. A.) *τὸ μὲν ἁπάντων ἀτοπώτερον, ἐπὶ τὰν ἐν Λυκείῳ διατρίβοντα*.. *τῶν ῥητόρων αἰτεῖ γραφάς*.. *ἀτοπώτατον* et *αἰτεῖν* corrigit *Reiskius*. Frequens est in libris scriptis comparativi cum superlativo permutatio, nec raro ita, ut dubitare possis, utrum praeferri de-

beat. Ap. Nbstr. T. I. p. 282. 3. τουτὶ μὲν τῆς γῆς πολύπυρον, τουτὶ δὲ πολυοινότατον. Cod. Monac. nr. 113. πολυοινότερον. Ib. p. 642. 18. οὐδὲ δὲ αἵματι τῶν ἐν τῇ βουλῇ γνωριμοτάτων. Idem Cod. γνωριμωτέρων. Ib. p. 654. 9. ἐπὶ μείζω καὶ παρανομώτερα. Idem Cod. παρανομώτερα. Ex eiusmodi διττογραφία depravatus locus *Libanii* T. IV. p. 246. 1. ποιεῖ δὲ καὶ τῶν πολιτευομένων τοὺς βελτίους, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς βελτίστους ἀφώνους, ubi alterum horum delendum esse apparet. Vt in illo loco, unde progressi sumus, ἁπάντων ἀτοπώτερον. Sic ap. *Dion. Chrys.* Or. III. Tom. I. p. 108. 44. ὁ δ' αὖ τὸν ἀνόητον ὡς φρόνιμον ὑμνῶν, οὗτος ἂν τυχὸν ἁπάντων εἴη πιθανώτερος, ubi *Reiskius* iterum malit πιθανώτατος. Vtrumque gradum coniunctum habemus ap. Eund. Or. III. p. 130. 24. ἀνάγκη γὰρ τὰ μέγιστα καὶ σπουδαιότερα τῶν πραγμάτων ἢ πιστεύειν ἑτέροις, ἢ προΐεσθαι. Or. IV. p. 160. 41. πάντες γάρ εἰσι χείρους ἐμοῦ καὶ ἀνελευθερώτατοι. Or. VI. p. 201. 24. ἔτι δὲ ἥδιον μὲν ἀλεαινόμενος ἡσθάνετο, ἥδιον δὲ φιτίοις προσεφέρετο, πολὺ δὲ μάλιστα ταῖς ὥραις ἔχαιρε. In his omnibus locis *Reiskius* gradus adiectivorum exaequanda putabat.

P. 17. 6. (p. 649. A.) τούτων ἐστὶ τὸ τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρεῖν, οἳ τὸ δύνασθαι βλάπτειν τὸν δῆμον ἐξ αὐτοῦ τοῦ παρὰ τῷ δήμῳ δύνα-

σθαι λαβόντες ἔχειν. Hæc verba, sic distincta, integra et sincera videri possunt: *talia* (quales Socratem tentasse insimulant) *suscipere eorum est, qui potestatem populo nocendi ex ipsa illa, quam apud populum obtinent, potestate ductam habeant.*

P. 17. l. 18. (p. 649. C.) πάλιν τοίνυν ὥσπερ ἤδικεῖ, μὴ πάλιν κρίνων Σωκράτην. *Reiskius* voces ὥσπερ et πάλιν tamquam inutiles resecandas censebat. Scribe potius: πάλιν τοίνυν, ὡς πάρος, ἤδικεῖ, μὴ πάλαι κρίνων Σωκράτην. Frequens permutatio adverbiorum πάλιν et πάλαι, de qua dixi in additam. ad Athen. p. 359. s. Hinc ap. Nostrum T. IV. p. 939. 19. legendum: ὅταν οὖν ἀκούῃς (ἀκούεις vulg.) ὡς ἔτρωσε (Sic *Reiskius*. Vulg. ἐτέρωσε) νῦν μὲν τὸν Ἄρη, νῦν δὲ τὴν Ἀφροδίτην, ταῦτα ἡγοῦ κεκρατῆσθαι τὰ πάθη . . . Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὰς μάχας πάλιν (πάλαι vulg.) ἐπανακτέον τὸν λόγον. *Heliodor.* II. 11. p. 105. ἀλλὰ τί ἦν ἄρα, ὃ καὶ πάλιν σε κατ' ἐμοῦ τεχναζομένην. Cod. Mon. nr. 96. πάλαι.

P. 18. l. 17. (p. 650. A.) εἰ μὲν οὖν Σωκράτην μὲν ἤδει πονηρὸν Ἄνυτος οὑτοσί, πονηρὸν δὲ οὖν οὐκ ἠπίστατο διδάσκαλον, καλῶς ἂν ἐπὶ μόνον εἴη. Recte *Reiskius*, πονηρῶν διδάσκαλον, sicuti etiam p. 12. l. 17. legendum videtur. Idem οὖν delet, quod ex proximo οὐκ ortum videri potest. Quamquam nec αὖ male haberet.

Sic in *Luciani* Halcyon. §. 8. T. I. p. 138. οὔτε τὰ μεγάλα ... οὔτ' οὖν τὰ σμικρά. Cod. P. οὔτ' αὐτά. Scr. οὔτ' αὖ τὰ σμικρά. Fortasse etiam de Mercede Cond. §. 38. T. III. p. 250. καί τοι φορητὰ ἴσως τὰ τῶν ἀνδρῶν· αἱ δ' αὖ γυναῖκες ... pro vulgato: αἱ δὴ οὖν. Etiam apud Dion. *Chr.* Or. VII. p. 135. 32. legendum et distinguendum suspicor: καίγωί, πάλιν, εἰκών, αὖ (οὐ vulg.) καὶ σὺ ἀγροὺς λέγεις; οὐκ ἀκούεις, ὅτι ἀγροὺς οὐκ ἔχομεν; In *Libanii* autem loco legendum praeterea: καλῶς δ' ἂν ἔχοι μόνον ἦεν quod illustrare conatus sum in Addit. ad Athen. p. 267. Sic ap. *Sophocl.* Trachin. v. 165. τρίτα μηνὸς ἡνίκ' ἂν χώρας ἀπεὶν κἀνιαύσιος βεβώς. unus Codd. regg. ἀπῇσι. ap. Nostrum T. I. p. 27. 8. καὶ ὅπως καὶ ἐφ' ὅτῳ παρῇσι. Ferrar. παρεῖη. *Morell.* παρίσι. T. IV. p. 91. 26. ἐκεῖ τῶν Ἑλλήνων ἡ νόσος ἀπῇσι. Cod. Monac. ἀπεῖη. et similiter p. 90. 23. πῶς ἂν εἴη μὴ δεδιέναι τοὺς θεούς. Idem Cod. οἵει. omisso articulo ante θεούς, quem etiam alii libri negligunt. Vid. *Schaefer.* Meletem. p. 4. *Heliodor.* L. I. 12. p. 32. ἐκεῖ τὸν θάλαμον ἦειν. Cod. Monac. πτ. 90. εἶεν.

P. 19. l. 23. (p. 651. B.) ἀλλὰ δ' ἦν, ὦ ἄνδρες, καὶ εἰ σφόδρα τὴν πόλιν ἐξεδοίκει τὸ τῆς συμβουλῆς σαφὲς .. χρόνου γε προϊόντος ... σαλεῦσαι καὶ φανερὸν εἶναι. In his verbis τὴν πόλιν *Reiskius* deleri iubet; mihi τὴν χρωτὴν scribendum videtur. Vid. Addit. Anim. in Athen.

p. 261. s. *Schaefer.* ad L. Bos p. 914. ap. *Philostrat.* Vit. Soph. 1. 18. p. 507. ἐφέροντο δὲ ἄρα τὴν πρώτην. Vera videtur correctio *Salmasii*, τὰ πρῶτα legentis.

P. 20. l. 13. (p. 651. D.) ἀλλ' οὐκ ἔδει ἐν μέσῳ; λάθρα δὲ τὸ πρᾶγμα συνέθηκεν; ὡς ἐν ὄχλῳ μὲν οὐκ εἰωθὸς χρῆσθαι, τῶν δ' αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιθυμῶν. *Reiskius* tentat: ὡς ἂν ὄχλῳ μὲν οὐκ εἰωθὼς χρ. Fac *Libanio* obversatum fuisse locum *Euripidis* Orest. v. 907. ἄλλος δ' ἀναστὰς . . . μορφῇ μὲν οὐκ εὐώπος, ἀνδρεῖος δ' ἀνήρ, Ὀλυγάκις ἄστυ πάγορᾶς χραίνων κύκλου. et corrigi posse fateberis: ὡς ἐν ὄχλῳ μὲν οὐκ εἰωθὼς χραίνεσθαι. Hoc dictum ad mentem adversariorum Socratis, qui eum tamquam osorem populi traducebant. Verba *Isocratis* Orat. ad Philip. p. 95. ad *Cori* causas afferentis, cur a dicendo abstineat: οὔτε γὰρ φωνὴν ἔσχον ἱκανήν, οὔτε τόλμαν δυναμένην ὄχλῳ χρήσασθαι, καὶ μολύνεσθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ βήματος καλινδουμένοις. Ita comparata sunt, ut utriquae inde correctionis speciem conciliet.

P. 20. l. 25. (652. B.) Κριτίας δὲ ὁ μαθητής τε καὶ φίλος τιμῆς ἐτιμᾶτο τῷ διδασκάλῳ. *Reiskius* nimis violenter: τῆς ἐσχάτης τιμωρίας. Mihi κοινῆς ἐτιμᾶτο legendum videtur; quam locutionem illustravit *Stephan.* Thes. Gr. T. IV. p. 1563. A. B. *Schaefer.* ad L. Bos. p. 111. Contra vocabulum τιμῆς obliteratum videtur ap. *Her-*

miam. in Gentik Phil. Irric. §. 6. p. 219. *πάλιν αὖ τοῦτο τὸ δόγμα οὐκ οἶδ' ὅπως μεταβάλλομαι* (adde *καὶ*) *ὁ Παρμενίδης τὸν Ἀναξαγόραν τῆς τιμῆς* (*τῆς ἐμῆς* vulgo, ubi *διανοίας* supplebat *Th. Gale.*) *ἐξήλασεν.*

P. 21. l. 6. (p. 652. C.) *τοῦτον ἂν ἐπιδείξῃ σήμερον Ἄνυτος, δίκαιός ἐστι κατήγορος. πήδεται τῆς πόλεως, εἰ καὶ βραδέως.* Scribe: *τοῦτό γ' ἄν .. εἰ καὶ πήδεται.*

P. 21. l. 14. (p. 653. A.) *Ἡσιόδου, φησίν, ἔπη καὶ Θεόγνιδος καὶ Ὁμήρου καὶ τῶν Πινδάρου μελῶν* (*τοὺς δὲ ποιητὰς τούτους καὶ δόξης καὶ τιμῶν τετυχηκέναι παρά τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἡμῖν φησι τούτων τῶν ἀνδρῶν ἐπιλαμβάνεται, τῶν εἰρημένων οὐκ ὀλίγα δείκνυσι πονηρῶς ἔ-χοντα.* Haec sic, ut vides, distincta, paulo magis sunt perspicua, quam in editionibus, nec quidquam excidisse arbitror, quod *Reiskius* existimabat. Nam genitivus *τῶν μελῶν* pendet ab omisso *τινά*, de qua ellipsi consul. *Heindorf.* T. II. p. 232. et 271. Periodo autem per parenthesin interrupta, anacoluthia oritur haud inelegans, verborum structura paululum immutata per verbum *ἐπιλαμβάνεται*. Deinde aut *καὶ* inserendum ante *τῶν εἰρημένων*, quod *Morello* placuit et *Reiskio*, aut, quod ipse malim, scribendum: *τῶν εἰρημένων οὐκ ὀλίγα δεικνύς, πονηρῶς ἔχοντα.*

P. 21. l. 23. (p. 653. A.) ὁ μὲν ἐκήνεσεν. Fortasse, ut melius vinciatur oratio, καὶ ὁ μὲν ἐκήνισεν scribendum. In proximis: οὐδ' εἰ τῆς ἀληθείας ἑκάτερος ἀπότυγχάνει. perperam Reiskius, ἀποτυγχάνῃ. Tum: ὥσπερ γὰρ τὸ ἄγαλμα θεωμένοις ἔξεστι, τοῖς μὲν θαυμάσαι, τοῖς δὲ οὔ. Causa non apparet, cur rhetor scripserit, τὸ ἄγαλμα. Scribe: ὥσπερ γὰρ τοῖς ἀγάλμα θεωμένοις.

P. 22. l. 4. (p. 653. B.) καὶ νὴ Δία γε τὸν αὐτὸν εὕρῃς, ἃ τῆμερον φήθη χρηστά, μετὰ ταῦτα ὕστερον ἄλλης ἀξιοῦντα δόξης. Scribe: τὸν αὐτὸν ἂν εὕροις. — Mox pro γέλωτος ἂν εἴη, correxi γελαστὸς ἂν εἴη in Addit. An. ad Athen. p. 16. Vsitatius autem καταγέλαστος. Non minus bene haberet, γελοῖος ἂν εἴη.

P. 22. l. 11. αὐτὴ γὰρ ἱκανὴ τοῖς φιλοσοφοῦσι δίκη. Scr. αὕτη.

P. 24. l. 24. (p. 654. A.) πῶς οὖν οὐ δεινὸν, τοῖς μὲν πάλαι τῶν ποιητῶν αὐτῶν λεγόντων ἀκηκοότων εἶναί τι καὶ ἐπιτιμῆσαι· τῶν δὲ ὕστερον τοῖς οὐ χρηστὸν παρ' ἐκείνοις ὁρῶντας, ἢ σιγᾶν ἢ ἀπολωλέναι. Scribendum, ut constet oratio: τοῖς . . . ἀκηκοόσιν. *Veteribus, qui poëtas ipsos audiverunt dicentes.* Tum malim: τοῖς ἄ χ ρ η σ τ ό ν τ ι παρ' ἐκείνοις ὁρῶντας. Exempla pronominis τι ante π omissi, dedit *Schaeferus* Meletem. p. 12. Etiam T. IV. p. 659. 13. οὐ μικροῦ γαμοῦντα πρώην διεσπάσατε; πάλιν

ἥκετε; malim: τί πάλιν ἥκετε; Ap. *Dion. Chrys.* Or, I. p. 45. 29. ἢ κολάζων πικρότερον τοῦ καιείς μου καὶ ἐπιεικοῦς. Cod. Monac. nr. 39. κολάζων τι πικρότερον. Apud *Lucianum* in Abdicat. §. 30. de variis insaniae causis: οἷον, νέοις μὲν πλῆθος ὡς τὸ πολύ, γέρουσι διαβολὴ ἄκαιρος, ubi *Gesnerus* aliquid deesse sentiebat, nihil, puto desiderabis, si legeris: νέοις μέν τι πλῆθος *abundantia quaedam*, humoris, sanguinis et similium sc. Ap. Eund. in Amor. §. 29. T. V. p. 291. ὑπὸ τῆς Χαρικλέους δεινότητος ἐπὶ σπουδαιότερον ἦγμαι. Fortasse legendum: ἐπί τι σπουδαιότερον. Etiam ap. *Philostrat.* Imagg. I. 13. p. 784. καὶ παρανοίγουσι τοῦ δικτύου. Scripserim: παρανοίγουσί τι τοῦ δικτύου.

P. 23. 2. (p. 654. B.) καὶ τίς οὐ συνεύξαιτο τοῖς αὐτοῦ παισὶ τῷ φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν ἐν Διονυσίοις; οὐδεὶς οὖν τεθεαμένων ἀπελθὼν ἐπελάβετο τὸν ἰαμβείων. Scribendum puto: καὶ τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο τοῖς αὐτοῦ παισὶν αὐτῷ φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν ἐν τοῖς Διονυσίοις; Tum: τῶν ἰαμβείων; De syllabis ᾱν et σῡν inter se permutatis vid. *Schaefer.* in Indice ad *Dion. Halic.* v. σύν. p. 164. — In fine paginae l. 20. verba, ἀλλὰ τόγε τῆς αὐτῆς ἐξουσίας, vitiosa esse, non latuit *Reiskium*. Vide an fuerit: ἀλλ' ἀπό γε τῆς αὐτῆς ἐξουσίας. Haud alia ratione, orator ait, Socrates Pindarum reprehendit aliosque poëtas, quam qua tu Socratem, aut potius alia et

diversa: ille enim recte, tu immerito: ἀλλ' ἀπό γε τῆς αὐτῆς ἐξουσίας, *at certe eodem iure.*

P. 24. 7. (p. 655. A.) καὶ μὴν εἰ τὸ τῶν ἐπῶν κατηγορεῖν ἕν τι τῶν ἀδικημάτων, ἦν ἂν καὶ περὶ τούτου νόμος. Post ἀδικημάτων repetendum videtur ἦν, quod eadem voce sequente facile excidere potuit.

P. 24. 16. (p. 655. B.) Verba: εὐφημεῖν δὲ πάντας Ἀθηναίους περὶ τῶν ἐκείνους γεγραμμένων ἁπάντων. pro legis formula haberi debent. Quare δέ aut delendum, aut scribendum: εὐφημεῖν ἅπαντας.

P. 25. l. 1. (p. 655. D.) ὥστε τῶν ὀνομάτων Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔδοξεν ἡμῖν μηδένα δοῦλον τοῖς τύραννον καθελοῦσι ποιεῖν ὁμώνυμον· καὶ πειθόμεθα. Propter ultima verba scribendum puto, ἔδοξεν ὑμῖν. Initio autem probanda videtur correctio *Reishii*, ὡς περὶ τῶν ὀνομάτων ... Lex illa de nominibus tyrannicidarum cum servis non communicandis, commemoratur apud *Gellium* N. A. IX. 2. p. 532. ab Herode Attico: *Maiores autem mei Athenienses nomina iuvenum fortissimorum Harmodii et Aristogitonis ... nec unquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt.* Alterius horum virorum nomen restituendum existimo in declamatione, quae inter *Libanii* orationes legitur, T. IV. p. 826. 9. ὅπου τὸν Ἀριστοτέλην εἶναι λέγουσιν, ὅπου τὸν Ἀριστείδην ... ὅπου Θη-

σία. δα. τὸν Ἀριστογείτονα. *Aristotelis* certe nomen inter heroas, de Athenis bene meritos, inepte commemoratur.

P. 25. l. 8. (p. 655. D.) Σωκράτης δὲ Ὅμηρον οὐκ εἶδε τύραννον Ἀθηνῶν, οὐδὲ Θέογνιν· οὐδὲ γε τυραννοῦντας ἑώρα, κολακεύειν ὑπέμεινεν. ἀλλ' εἰ πρὸς τὸ τῆς πόλεως ἄρχειν ἐπῆρε, καὶ τυραννούμενος ἂν ἐξήτασε τὰ ποιήματα. In priore enuntiatione eleganter *Reiskius*, οὐδέ γ' εἰ τυραννοῦντας ἑώρα. Idque verum puto, quamquam non minus recte scripsisset: οὐδέ γε τυρ. ἑωρακώς. Post ὑπέμεινεν, ἄν videtur addendum. In proximis autem non ἐπιχειρῇ scribendum cum *Reiskio*, at ἐπῆρε. *Socrates nec Homerum noverat Athenarum dominum, neque Theognin; neque si illos dominantes vidisset, sustinuisset iis adulari; sed fac illum sub tyranno fuisse, nihilo minus tamen quaesivisset, an eorum poëmata ad tyrannidem in libera civitate capessendam exhortarentur.* De verbo ἐπαίρειν vid. *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 119. *Boissonade* ad *Philostr.* Her. p. 347. s. Recte ap. Nostrum T. IV. p. 425. 21. *Reiskius* πολεμεῖν ἐπήρουν scripsit, pro ἐπήνουν. Hoc verbum recte legi dubito ap. *Philostr.* Imagg. I. 29. p. 806. ταῦτ' οὖν ἐπαινῶν ὁ ζωγράφος, καὶ οἰκτείρων τὴν Ἀνδρομέδαν. Scribendum potius: ἐπαΐων ὁ ζωγράφος.

P. 25. l. 14. (p. 656. A.) τὰ στόματα τοῖς δεξιωτέροις ἐμφράττοις. *Demosth.* de Fals. Leg. I. p. 406. 5. τοῦτο ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾷν ποιεῖ. *Lucian.* Tim. §. 19. T. I. p. 89. οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξεται (sic Cod. Paris. pro ἐμφράξηται) τὸ κιχηνὸς τοῦτο.

P. 26. 24. (657. B.) καὶ τὶς ἂν ἔλθῃ κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον. Scr. ἔλθοι.

P. 27. 9. (p. 657. C.) καταψηφιζόμενος ἀπολλύει τὴν πόλιν. Scr. καὶ μὴ. et *huiusmodi homo, nisi condemnatus fuerit, remp. perdit.*

P. 27. 20. (p. 658. A.) οὐδ' ὁμολογοῦντες πρὸς αὐτούς, ὡς, ἂν ὕστερον Σωκράτης μὴ ἀντεπαινῇ, κἀκεῖνον ἀποθανεῖται. Reiskius legit: κἀκεῖνος ἀνταποθανεῖται. Minore mutatione legendum: ὡς, ἂν ὕστερον Σ. μὴ ἀντιπαινῇ τἀκείνων, ἀποθανεῖται. *neque illis poëtis polliciti sunt, si postea Socrates eorum poëmata non vicissim laudaverit, eum interfectum iri.*

P. 28. 1. (p. 658, A.) ὁ αὐτός τοίνυν ἐστί μοι λόγος καὶ περὶ τοῦ μέμφεσθαι, φησιν, αὐτὸν τῶν ἐθῶν τισι τῶν παρ' ὑμῖν. ὥς φησιν corrigit Reiskius. Scribe potius: καὶ περὶ οὗ μέμφεσθαί φησιν αὐτόν. *eadem mihi dicenda sunt circa ea, quae adversarius Socratem ait vituperasse in moribus vestris.* Mox l. 3. pro ὅτι Σωκράτης recte Reiskius ὁ Σωκράτης. sicut p. 27. l. 4. Θέογνις ὁ Μεγαρεὺς pro vulgata ὅτι M.

P. 28. l. 11. (p. 658. B.) *εἰ δὲ δημοκρατεῖσθαι μὲν ὑμᾶς βούλοιτ' ἄν. ἔστι δὲ ἃ τῶν ἐθῶν οὐ καλῶς ἔχειν ἡγεῖται, καὶ λέγει καὶ τὰς δημοκρατίας, καὶ τούτους νόμ. κ.τ.λ.* Apodosi caret periodus; quod *Reiskius* existimat, eam incipere p. 29. l. 10. a verbis: *εἰ περὶ ὧν* ... id nihil est. Neque post *λέγει* aliquid excidisse puto, sed in fine sententiae. Omnia perspicua erunt, verbis in hunc modum emendatis: *εἰ δὲ δημοκρατεῖσθαι μὲν ὑμᾶς βουλοῖτ' ἄν, ἔστι δὲ ἃ τῶν ἐ. οὐ κ. ἔχειν ἡγεῖται, καὶ ψέγει καὶ τὰς δημοκρατίας, αἳ τοιούτους νόμους μὴ λύουσιν.* Recte nos addidisse *λύουσιν* ex sequentibus apparet. Verba *λέγειν* et *ψέγειν* passim inter se permutantur. Sic. p. 52. 14. pro vulgato *ἔλεγεν*. Cod. August. habet *ἔψεγεν*. In *Luciani* Piscat. §. 32. T. III. p. 158. *καὶ οὐ τοὺς λόγους ἐποιεῖτο.* Cod. quidam *οὗτος ψόγους* perperam *). At apud Nostrum T. III. p. 210. 6. *εἰ γὰρ ἅμα ῥοπάλοις ἀπαντήσαντες, παίοντες κατήνεγκαν, οὐκ ἦν λόγος καὶ τῷ θυμῷ καὶ ταῖς πληγαῖς.* legendum sus-

*) Sed scribendum esse videtur: *καὶ οὐ τοὺς λόγους ἐνεπορεύετο*, *cuius sermones et praecepta quaestum sibi fecit.* *λόγους ἐμπορεύεσθαι* illustravit *Valcken.* in Annot. crit. in N. T. p. 411. s. Ap. *Libanium* T. IV. p. 1000. 24. de Aeschine: *καὶ γραμματεὺς ὢν οὐκ ἀπεῖχετο τοῦ [redacted] ἐνταῦθα πορεύεσθαι.* Scr. *ἐμπορεύεσθαι.*

picor: οὐκ ἂν ἦν ψόγος. *neque ira illa, neque verbera vituperari possent.*

P. 29 l. 26. (p. 639. C.) οὐκ ἐῶν νέων ψυχὰς εἰς ὄλεθρον ἐμπεσούσας φέρεσθαι. Malim: τὰς τῶν νέων ψυχάς.

P. 30. l. 3. (p. 659. D.) τοῦτο δεύτερον ἐρωμένου Σωκράτους. Plura hic verba inserenda existimat *Reiskius*. Sufficit scribere: καὶ τοῦτο δεύτερον. Subauditis ex iis, quae praecedunt, ἀνάγκη ὁμολογεῖν. — Paulo post: ἐνταῦθα ἀνάγκη, τὸν μὲν ἐρωτώμενον ἀπορεῖν, τοὺς δὲ παρόντας γελᾶν, οὐδένα ἀπὸ τῶν λόγων ἐπὶ τὰ πονηρὰ κέρδη τρέχειν. *Reiskius* δὲ inserit post οὐδένα. Non minus bene haberet: οὐ δὲ ἀπὸ τ. λ.

P. 30. l. 12. (660. A.) ὡς ..... ὑπερτάτῃ χειρὶ βιάζεται τὸ δίκαιον. Lacuna sic videtur explenda: ὡς ὁ νόμος. *Plato* in Protag. p. 337. D. ὁ δὲ νόμος, τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων, πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν βιάζεται.. ubi vid. *Heindorf.* T. IV. p. 61. Alia *Platonis* loca, quibus *Pindari* ex deperditis verba exagitantur, collegit *Schneiderus* v. cl. ad Fragm. Pindari Tom. III. p. 76. ss. ed. *Hein.*

P. 30. l. 24. (p. 660. C.) καὶ ἤρκει μὲν αὐτά ... ἡμῶν. Scr. ἡμῖν. Sic iterum p. 31. l. 8. (p. 660. D.) καὶ μὲν οὖν Σωκράτην ἐστὶν ὑμῶν τοῖς πολλοῖς λέγειν. Scribendum [redacted]ῖν τοῖς πολλοῖς.

P. 31. l. 31. (p. 661. C.) τί οὖν; ἤδει Σωκράτης συμβαῖνον τῷ τρόπῳ τῆς πόλεως, ὡς ὁ Θέογνις οὐκ ἀσφαλῆ ταῖς πόλεσι ταῦτα εἰσηγεῖται. Scr. τὸ συμβαῖνον. Deinde καὶ videtur excidisse ante ὡς. *noverat Socrates id quod civitatis moribus conveniret, et Theognidem illa non sine civitatum periculo inducere.*

P. 32. l. 2. (p. 661. C.) εἰ γὰρ ὡς οἱ παρ' ὑμῖν καὶ λέγοντες καὶ πολιτευόμενοι μετὰ χρημασίας ἐπὶ τὰς ἐμπορίας τραπόμενοι, τὸ βῆμα τοῖς πλουσίοις ἀφεῖσαν. . . In his verbis, quae Reiskius se intelligere negat, primum ὡς aut delendum, aut cum οὕτως permutandum; deinde legendum: μετ' ἀχρηματίας. *Si omnes, qui apud vos, nulla re familiari instructi, publice verba faciunt et remp. gerant, secundum Thucydidis praecepta, ad questum conversi, suggestum tradidissent divitibus . . .* μετ' ἀχρηματίας. *Alciphr.* L. 1. 3. p. 18. καὶ μηδὲν μέγα παρέχειν δι' ἀχρηματίαν ἔχοντα. *Plutarch.* Vit. Fab. c. 2. Tom. I. p. 323. ed. *Cor.* τὴν δὲ ὀλιγότητα τῶν πολεμίων καὶ τὴν ἀχρηματίαν πυνθανόμενος. Simili vitio liberandus noster T. IV. p. 655. 15. ἐπειδὴ δὲ τούτων αἴτιος, οὗτος, ἀκουσάτω μετὰ παῤῥησίας, ὡς οὐκέτι μοι παῖς. Prorsus absurda h. l. παῤῥησίας commemoratio. Scribendum puto: ἀκουσάτω μου τὰ ἀποῤῥήσιος. *abdicationis verba a me audiat.* Ibidem post paucos versus corrigendum videtur: ἵνα μὴ

πρὸς λόγῳ ζημίαν λάβωμαι, καὶ ταύτην δυστυχήσω τὴν ἐπήρειαν.

P. 32. 6. (p. 661. D.) ἵνα τοίνυν, ὅτι καὶ χρησιμώτατα τῷ δήμῳ ποιοῦντες ἐν ταῖς συνουσίαις Σωκράτους, οἱ δὲ συκοφαντοῦντες, ἔτι σαφέστερον μάθητε ... Recte in his *Reiskius*, οἵδε συκοφαντοῦσι, in reliquis a vero aberrans. Scribendum enim: ὅτι τὰ χρ. τῷ δήμῳ ποιοῦντος ... Σωκράτους, οἵδε συκοφαντοῦσιν.

P. 32. 14. (p. 662. A.) ὅτι ἀποπλεῖν ὥρμητο. ὥρμητο *Reiskius*, quia praecessit, τοὺς τοῦ δήμου. Licet tamen tueri ὥρμητο, subaudito δῆμος. Duriorem transitum a plurali ad singularem illustravit *Heindorf.* ad *Platon.* Gorg. p. 104. s. et T. IV. p. 499.

P. 32. 18. (p. 662. A.) οὐ τοὺς μὲν ἐπιτιμᾶσθαι, τοὺς δὲ ἔπεσθαι ἐχρῆν. Aut πταίεσθαι, aut τύπτεσθαι legendum esse, monui in Addit. Anim. ad Athen. p. 302. — Mox sensu destituuntur verba: οὐ γὰρ δὴ βελτίου ἦσαν τὴν φύσιν τοὺς γε ἐν ἀξιώμασι τῶν πολλῶν κρίνων διὰ τὴν ἐν τοῖς τρόποις ἀρετήν, οὕτω διῄρει τὸ δίκαιον. Sensum probabilem efficies scribens: τοὺς δὲ ἐν ἀξιώμασι τῶν πολλῶν προκρίνων, οὐ διὰ τὴν ἐν τοῖς τρ. ἀρετήν, οὐκ (aut οὐκ ὀρθῶς,) διῄρει τὸ δίκαιον. *si proceres non ob virtutem et indolem praeferebat vulgo, non bene distribuebat iustitiam...* Facile tamen adducar, ut credam, post προκρίνων verba quaedam exci-

disse. Certe concinnior foret oratio, verbis in huno modum scriptis: *τῶν πολλῶν προκρίνων, διὰ τὴν τύχην, οὐ διὰ τὴν ἐν τοῖς τρόποις ἀρετήν.*

P. 33. 16. (p. 662. D.) *ἀλλ' Ἄνυτος, ὥσπερ τῆς φύσεως ἐπὶ τἀναντία πορευομένης, εἴτις Ἀθηναίων φρονιμώτερος ἀναφανείη τῶν ἐτέρωθι γεγενημένων, ἀνδρῶν.* Male haec verba accepit *Reiskius*, oblitus eorum, quae supra legerat p. 24. 4. *ὥσπερ νόμῳ φύσεως ἠναγκασμένον τοὺς μὲν ἐκ Βοιωτίας, ἢ οὐκ οἶδ' ὁπόθεν σοφίᾳ διαφέρειν, τοὺς δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τροφίμους ἀμαθίᾳ συνοικεῖν.* Haec qua vi dicta sint, neminem latebit, qui quantus fuerit Boeotiorum apud Athenienses contemtus noverit.

P. 33. 20. (663. A.) *πρὸς τίνα ἀνθρώπων τὰς παρ' Ὀδυσσέως κατὰ τοῦ δήμου πληγὰς ἐπαινέσας ἐπέθηκε·* καὶ σὺ τοίνυν τῶν μὲν δυναμένων καὶ λαμπρῶν ἀπέχου, τοὺς δὲ πενεστέρους ἔλαυνε. Perperam *Reiskius* *ἐπέφησε*, procul dubio, quia intelligebat, non posse dici *ἐπιθεῖναι πρός τινα*. Sed iungendum, *πρὸς τίνα .. ἐπαινέσας*. Id quod neminem potuisset fallere, si *Libanius* scripsisset: *ἐπαινέσας, εἶτ' ἐπέθηκε.*

P. 34. 7. (p. 663. B.) *πολὺ δέ σοι τούτου λόγον ἰσχυρὸν ἀντιθήσω.* Scr. *ἰσχυρότερον*. et paulo post: *πολλοὺς γὰρ πρὸ τοῦδε ταύτῃ πρὸς εἰπεῖν.* Lege: *προσεῖπεν ἄν.* In verbis quae sequuntur: *καὶ γέγονεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ὁ*

Σωκράτης ζηλωτός, οὐχ ἕτερος, vix dubito, scribendum esse: ὡς οὐχ ἕτερος.

P. 34. 23. (p. 663. D.) ὥσπερ ἄν τις ἔχων μάρτυρας τοὺς δικαστάς, τοῦτ' ἀφείς, ἀνθρώπῳ καπήλῳ προσέχειν ἀξιοῖ. τούτους corrigit *Reiskius*, quod libris inritis non probandum. Passim τοῦτο refertur ad substantiva masculini aut foeminini generis; ut ap. *Plat.* Lach. p. 185. E. εἴ τις ἄρα ἡμῶν τεχνικὸς περὶ ψυχῆς θεραπείαν, καὶ οἷός τε καλῶς τοῦτο θεραπεῦσαι. Dixi de hoc usu in Not. crit. ad Anth. Gr. p. 115. — In proximis: ἐνῆν τοίνυν τῷ Σωκράτει παρακαλοῦντι πρὸς τὰ χείρω τοῖς ἐνδιδοῦσι λέγειν, ὅτι ταῦθ' ὑμῖν νομίζετε τὴν Πυθίαν παραινεῖν. integer erit sensus et perspicuus, si scripseris, τοῖς μὴ ἐνδιδοῦσι. *Licebat igitur Socrati, quum prava hortaretur, iis, qui argumentis non cederent, dicere: Pythiam vos haec monere existimare debetis.* Vid. *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 101.

P. 35. 5. (664. A.) οὐδὲ τολμήσει καὶ τοῦτο ψεύσασθαι, καί τοι κατὰ τῶν λόγων τῶν μεγίστην δόξαν ἐχόντων ἐπὶ σοφίᾳ. Scribe: καὶ τοι τολμῶν. *licet eos, quum summam sapientiae famam habeant* (Apollinem puta et Pythiam) *impudenter aggrediatur.* Quam correctionem exemplis adstruxi in Addit. An. ad Athen. p. 64. — In proximis perperam legitur: οὔτ' ἂν οὗτος ἂν ἔχρηζε τῶν ποιητῶν εἰς τὸ πείθειν· γονεῖς τε ὑβριζόμενοι καὶ ἀδελφοὶ καταφρονούμενοι, πάν-

τις ἂν ἤλγησαν καὶ παρωξύνθησαν, καὶ πρὸς δοκιμαστήριον ἦκον. Scribendum existimo: οὔτ' ἄρα οὗτος ἂν ἐχρῆτο, et πάντως ἂν ἤλγησαν ... καὶ πρὸς δικαστήριον ἦκον. Quod vulgo legitur: δοκιμαστήριον, alienum est ab hoc loco, in quo non de exploranda, sed de puniendа et coërcenda doctrina Socratis agitur. Orta autem depravatio á syllabis male insertis, de quo fonte corruptelarum dixi in Not. crit. ad Anth. Pal. p. 31. et p. 508. Hinc corrigendus videtur Aelianus H. A. X. 24. p. 571: οἱ τοίνυν προειρημένοι θηρατὰι αὐτῶν (crocodilorum) οὕτως εἰσὶ φιλόπονοι (vulgo φιλοπόνηροι) πρὸς τὴν κατ' αὐτῶν ἔχθραν, ὡς τὸν ἐκεῖθι ποταμὸν εἰρήνην ἄγειν αὐτῶν βαθυτάτην. Similiter ap. Nostrum T. IV. p. 1029. 4. ubi Vlysses in Cyclopis antro inclusus, πολλοὺς μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ πολεμους ἐπεδειξάμην τοῖς πολεμίοις. non ἀγῶνας legendum cum Reiskio, sed πολλοὺς ... πόνους. Ibid. T. IV. p. 1133. 27. de Aiace Locrensi: καὶ τοῦτο ἐμάνθανεν ἤδη πολεμῶν, ὁρῶν μὲν τὰς πολλὰς τῶν νεῶν ἀπολλυμένας. Scribe: ἤδη πλέων.

P. 36. 5. (p. 664. D.) τί οὖν ἠδίκει Σωκράτης, ἢ Μέλανθος ὡς ἐνίκησε λέγων .. ἢ τὸν Ὀδυσσέα φάσκων ἐπὶ τῇ τοῦ Παλλαδίου τιμηθῆναι κλοπῇ. Melanthi dolum Socrates non solum commemorasse, sed etiam laudasse et probasse videtur, sicut etiam Vlyssis furtum. Quare legen-

dum videtur: ἡ Μίλανδος ὡς εὖ ἐνίκησε λέγων. De fraude salutari disputatur ap. *Xenophont.* Cyrop. I. 6, 31, 32. ὥσπερ καὶ ἐν πάλῃ φασὶ τοὺς Ἕλληνας διδόσκειν ἐξαπατᾶν. ubi *Weiskius* frustra *haerens* scriptum fuisse suspicatur, ὥσπερ ἐν πόλει τινί. Quasi palaestricae artes nullas fallacias habuerint.

P. 36. 10. (p. 665. A.) τὰ γὰρ τῶν Τρώων ἔκλεπτε, τῶν τὰ τιμιώτατα τῶν τοῦ Μενελάου κλοφότων προπατέρων. Saltem προπατόρων scribendum. Sed bona cum Helena ablata utrum avita fuerint, an recens comparata, nihil ad rem. Hoc agitur, unde iniuriae factum sit initium. Quare scribendum puto: τῶν τοῦ Μενελάου κλοφότων προτέρων, *qui priores pretiosissima bonorum Menelai furto abstulerant.* Apud Dion. Chrys. Or. I. p. 45., 38. οἵσι γεγόνασιν οἱ πολλοὶ τῶν προγόνων. Cod. Monac. nr. 59. τῶν προτέρων. quod altero non deterius. Apud Nostrum autem T. IV. p. 245. πολλοὺς μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραβήσεσθε νόμους· ἀλλοτριοι δὲ τῶν παρόντων φανεῖσθε. Scribendum videtur: τῶν προγόνων.

P. 36. 17. (p. 665. B.) ἀλλ' ἃ πειεῖτε πολεμοῦντες ὑμεῖς, Λακεδαιμόνιοι πάντες ἁπλῶς. Scr. καὶ Λακεδαιμάνιοι, καὶ πάντες ἁπλῶς. Sic passim in ultimo enumerationis membro. p. 43. 25. τοῖς δὲ ναύταις καθεύδειν, τοῖς δὲ ναυκλήροις μὴ κατασκευάζειν τὰ πλοῖα. πᾶσι δὲ ἁπλῶς·

πάσης ἀφειμένοις (sic recte Reiskius) πρόσω εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπειν.

P. 37. l. 8. (p. 665. C.) ἀπὸ δὲ τούτων ἃ προστέθηκεν αὐτός. Scr. προστέθεικεν.

P. 38. 5. (p. 666. A.) ὥσπερ ἂν εἴ τις ... φάσκει. Scr. φάσκοι. Infra p. 58. 7. ὥσπερ ἂν εἴ τις Μέλιτταν διδάσκοι. Cod. August. Vulgo διδάσκει. Heliodor. 1. 2. p. 11. ποῦ δ' ἂν νεκρὸν σῶμα φιλοίη δαίμων. Cod. Monac. nr. 96. φιλεῖ, quod ex φιλοῖ ortum. Ap. Dion. Chrys. Or. XXX. T. I. p. 550. ὥσπερ εἴ τις ἐν μεγάλῃ εἰρκτῇ ἑτέρας βραχυτέρας ἐνοικοδομῇ. In edit. Morelli ἐνοικοδομεῖ. Scr. ἐνοικοδομοῖ, aut ἐνοικοδομοίη. Ib. p. 554. 5; ὥσπερ εἴ τις ἐν δεσμωτηρίῳ ῥίνην ἀποκρύψειεν. Haec mihi in mentem revocant locum Libanii T. IV. p. 761. 20. ὥσπερ ἂν εἴ τις φαρμακείας ἰπάγων ἔγκλημα, τούτου μὲν μηδὲν ἔχοι τεκμήριον, ὅτι δὲ σίδηρον εἶδεν ἔχοντα τὸν κρινόμενον λέγοι. In his verbis quum Cod. Monac. nr. 96. legat: τούτου μὲν μηδὲν ἔχειν λέγει. Scribe: τούτου μὲν μηδὲν ἔχειν λέγοι τεκμήριον, quod vulgata lectione nonnihil concinnius.

P. 39. 24. (p. 667. C.) διὸ καὶ θαυμάσαι τις Ἀνύτου. Malim: θαυμάσαι τις ἄν, quamquam in talibus particula interdum omittatur; ut Oppian. Cyn. II. 33. οὐ γάρ τις κέντροισι δαμείς ἀγρης ἐρατεινῆς λῦθις ἑκὼν λείψειεν, ἔχει δέ μιν ἄσπετα δεσμά. Ib. II. 184. οὔ ποτε γάρ κεφαλῆφιν ἐναντία δηρίσαιντο. Sed poëtarum in his

maior licentia. Ap. Nostrum T. IV. p. 57. 18. *καὶ νῦν δὴ πέπρακται πρὸς γενῶν· τί ταῦτα εἶπόι τις ἔτι;* scribe *καὶ νῦν δὴ ἃ πέπρακται, πρὸς θεῶν* (sic *Reiskius*) *τί ταῦτ' ἂν εἴποι τις ἔτι:* — In his, quae sequuntur, bene *Reiskius*, *καὶ τί συμβουλίσοι*: scripsit pro *καὶ τίς*. Sed quod idem in proximis distinguendum existimat, *μόνους ἔχων τοὺς ἐραστάς ποῦ; ποτε;* id ineptum est. Sensus vulgatae hic est: nam si ea, quae Socrates palam proferebat, tam noxia essent, quaenam praecipere existimandus est, si *quando* amatores (discipulos) suos solos *alicubi* habuerit?

EXPLICIT PARS PRIOR.

ACTA

PHILOLOGORVM MONACENSIVM

AVCTORITATE REGIA

EDIDIT

FRIDERICVS THIERSCH.

TOM. II. FASC. IV.

MONACHII IN LIBRARIA SCHOLARVM REGIA,
NORIMBERGAE APVD STEINIVM IN COMMISSIS
MDCCCXVIII.



Continentur in hoc fasciculo:

I. Notae criticae in Libanii Apologiam Socratis. Scripsit Fridericus Jacobs. Pars posterior. Pag. 471 — 488.

II. Asclepiadae Tragilensis Tragodumenôn reliquiae. Dissertatio posthuma Franc. Xav. Wernerr Monacensis. Pag. 491 — 557.

III. Schedae criticae de rebus, quae ad epopoeos Graecorum spectant, auctore Friderico Thiersch. Pag. 559 — 590.

IV. Fragmenta Epistolarum philologici argumenti. Scripsit Adolphus G. Lange. Pag. 591 — 598.

V. Indices rerum, verborum et scriptorum in secundo volumine illustratorum. Pag. 599 — 609.

I.

NOTAE CRITICAE

IN

LIBANII

APOLOGIAM SOCRATIS.

SCRIPSIT

FRIDERICVS IACOBS.

PARS POSTERIOR.

ANNOTATIONES CRITICAE
IN
LIBANII
APOLOGIAM SOCRATIS.

Pars posterior.

P. 40. 2. (p. 667. D.) *πότερον ταῦτα κατηγορεῖς τὰ δῆλα; τὰ πολλοὺς ἔχοντα μάρτυρας βλάπτοντός ἐστι καὶ παρανομοῦντος ἢ οὔ;* In his prava distinctio et pusillum vitium tenebras editoribus obiecit. Scribendum enim: *πότερον ταῦτα κατηγορεῖς, τὰ δῆλα, τὰ πολλοὺς ἔχοντα μάρτυρας, ὡς βλάπτοντός ἐστι, καὶ παρανομοῦντος ἢ οὔ; num illa, quae manifesta fuerunt et publica, eorumque plurimis testibus edita accusas, vt perniciosi hominis, et alios laedentis et leges migrantis?* Haud aliter *ὡς* excidisse videtur post syllabam *ᾶς* T. IV. p. 976. 4. in *Vituperio Aeschinis: καὶ πάλιν βλέψας οὐκ ὄντας τοὺς νόμους ἐν οἷς ἐγραμμάτευε.* quae male tentavit *Reiskius.* Scribe: *καὶ πάλιν βλάψας, ὡς οὐκ ὄντας τοὺς νόμους* ... Fortasse etiam haec particula restituenda *Luciano* in Cynic. §. 18. Tom. IX. p. 212. *κἄπειτα δὲ ἡμᾶς μετατίθεσθαι*

καὶ ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀξιοῦτε κακῶς βουλεύομένων πολλάκις πὲρὶ ὧν πράττομεν. Sic edit. Flor. in qua plura sunt veteris lectionis vestigia, quam in vulgata. Verbum *ἀξιοῦτε* autem non comparet in Cod. Par. ubi *μετατίθεσθε καὶ ἐπανορθοῦντες.* Hinc corrigendum suspicor: *κἄπειτα δὲ ἡμᾶς μετατίθεσθε καὶ ἐπανορθοῦτε τὰ ἡμέτερα, ὡς κακῶς βουλευομένων πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν.*

P. 40. 4. (p. 667. D.) *εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν ἀπ' αὐτῶν γένοιτο κακόν.* Addendus hic locus iis, in quibus *εἰ* et *ἄν* in eadem *ῥήσει* iunguntur; cuius usus exempla etiam ex Atticis scriptoribus collegit *Hermann.* ad Viger. p. 830. ed. sec. Adde *Bornemann.* in Dissert. de gemina Xenoph. recensione p. 20. not. Sed inepte prorsus apud Nostrum T. IV. p. 832. 16. legitur: *οἰκήσεις .. γῆν πολλὴν μὲν ἐπεχούσας, σκιαζούσας δὲ πλείονα, ἣν ἄν τις εἰ κατέσπειρε, κέρδος ἦν οὐκ ὀλίγον.* Sic tamen Cod. Monac. nr. 96. Lege: *ἣν ἄν τις εὖ κατασπείρῃ ..*

P. 41. 3. (p. 668. D.) *σὺ δὲ παραπλήσιον ποιεῖς, ὥσπερ εἰ τοῖς ἀνέμοις ἐγκαλεῖν, ὑπὲρ τῶν πλεῖν οὐ βουλομένων.* *Reiskius* suspicatur: *ὡς οἱ τοῖς ἀνέμοις ἐγκαλοῦντες.* Vide an fuerit: *ὥσπερ εἴ τις ἀνέμοις ἐγκαλοίη.* *Isocrates* in Encom. Helenae c. 6. p. 208. C. *νῦν δὲ παραπλήσιον ποιοῦσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις προσποιοῖτο κράτιστος εἶναι.*

P. 41. 16. (p. 669. A.) Dixerat orator, iuvenes magis frequentasse Socratem quam viros provectioris aetatis, nullam aliam ob causam, quam quod iuvenibus otium suppeteret ad discendum, senioribus non item. Tum pergit: *μὴ δὴ τοῦτο λεγέτω τις, ὡς νέοι Σωκράτει συνῆσαν, ἀλλ' εἴ τις τῶν πρεσβυτέρων εἴρχθη, συνεῖναι βουλόμενος· τὸ μὲν γὰρ ἕνεκα τοῦ φθονήσαντός ὧν εἶχον. τὸ δὲ εἴπερ ἦγον σχολήν, ἐκείνῳ ἥ γε μὴν αἰτία, τῶν κεκωλυκότων πραγμάτων.* Hic locus et verbis quibusdam depravatis et distinctione vitiosa obscuratur. Sensus erit perspicuus verbis sic scriptis: *τὸ μὲν γὰρ εἴη ἄν τοῦ φθονήσαντος ὧν εἶχε· τὸ δὲ, εἴπερ ἦγον σχολήν, ἐκείνων, εἰ μή, ἥ γε μὴν αἰτία τῶν κεκωλ. πραγμάτων. Si seniores excluderet Socrates, invidere illis, quae habebat, putandus esset; sin illi non excludebantur, neque tamen accedebant ad eum, id, si otio fruebantur, illorum culpa fiebat; sin otium non esset, causa erat negotium, quo impediebantur.*

P. 41. 23. (p. 669. B.) *ὥστ' εἰ πᾶσιν Ἀθηναίοις ἐπῆλθε Σωκράτει συνημερεύειν, ἀνθέλκοντος οὐδενός, ἤκουον ἅπερ οἱ νέοι.* Scr. *ἤκουον ἄν.* Sequitur: *ταῦτα δὲ ἦν μανθάνειν μὲν ἅττα λέγουσιν οἱ ποιηταί, μιμεῖσθαι δὲ τοὺς κυβερνήτας, καὶ τὰ ΠΟΛΛΑ φυλάττεσθαι τῶν ἐπῶν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς ὑφάλους.* Postrema haec verba docent *τὰ πολλὰ* depravatum esse. *Reiskius* be-

ne ad sensum καὶ τὰ ἀπατηλά; ad literas, ni fallor, rectius erit: καὶ τὰ ΥΠΟΥΛΑ .. τῶν ἐπῶν, quod illustravi in Addit. Anim. in Athen. p. 34. *Themist.* Or. XXII. p. 271. C. ἢ ποῖον προθήσομεν δίλεαρ, ὃ μήτε πημανεῖ γευσομένους, μήτε ὕπουλον καὶ δολερὰν ἕξει τὴν ἡδονήν. Ib. Or. XXXII. p. 356. D. γευσάμενοι τε ... ὑπούλου τε καὶ ὀδυνηρᾶς ἡδονῆς. *Achilles* Tat. L. II. 21. p. 78. σημεῖς τὸ ὕπουλον τῶν λόγων. Vt hoc loco πολλὰ cum ὕπουλα, sic ap. *Lesbonactem* in Oratt. Gr. T. VIII. p. 17. πολλοὶ cum φαῦλοι videtur permutandum. Totus autem locus, qui insignis est, sic, ni fallor, scribi et emendari debet: εἰ μὲν οὖν εὖ ἤδει τις, ὅτι τόνδε τὸν κίνδυνον διαφυγὼν, μεθ' ἡδονῆς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον διατελέσας, σὺν εὐκλείᾳ τελευτήσει, εἶχεν ἂν λόγον τινὰ ἡ κακία. νῦν δὲ φαῦλοι (πολλοὶ vulg.) καὶ κακοὶ δόξαντες εἶναι, ὀλίγον χρόνον βιοῦντες, διὰ τὴν δύσκλειαν ἀνιώμενοι, καὶ ἄτιμοι παρ' ἀτίμοις ὄντες, κακῶς τὸν ἐπίλοιπον βίον ἄξουσιν (vulgo hoc deest), τελευτήσαντες δὲ ὀνειδη τοῖς παισὶ καταλείψουσι.

P. 42. 7. (p. 669. D.) Ineptis quibusdam poëtarum de diis opinionibus recensitis, ut de Venere et Marte a Diomede vulneratis; de Neptuno et Apolline in servitium datis, aliisque, orator addit: ἀλλὰ τὸν μικροῦ δεθέντα παρὰ τῶν ἐπ' αὐτὸν συνθεμένων θεῶν. In his Iovis nomen videtur excidisse; nisi fuit, τὸν μικροῦ δεθέντα

πατέρα παρὰ τῶν .... quod per id compendium πρα scriptum facile ante παρὰ omitti potuit.

P. 42. 23. (p. 670. B.) ὅτι πᾶς τις ὁμολογήσειεν. ἂν videtur addendum.

P. 43. 3. (p. 670. C.) ὁ δὲ τὸν Κύκλωπα ἀμυνόμενος ἰδιδράκει. Desideratur τοῦτο, aut κακῶς. — Paulo post (p. 670. D.) τόν τε ἀποκτείνοντα πῶς ἔνι μὴ μείζω παθεῖν; Scr. cum *Morello* τόν γε: quod *Reiskius* monere neglexit. In iis, quae sequuntur: ἀλλ' οὔτ' Ἄνυτος οὗτος ἢ Σωκράτης ἀδικοῦσιν, εἴ τι τῶν ποιητῶν εἰρημένων καταμέμφονται. legendum videtur: οὔτ' Ἄνυτος, οὔθ' οὗτοσὶ Σωκράτης ἀδικοῦσιν, εἴ τι τῶν ὑπὸ ποιητῶν εἰρημένων καταμέμφονται.

P. 43. 20. (p. 671. A.) ἀλλ' ἀργούς, φησίν, ἐποίει Σωκράτης· τίνα τρόπον; εἰπέ. τὸ καθῆσθαι ποιοῦντα μηδὲν τὸ μετιέναι τὰς ἐργασίας ποτὲ βέλτιον. Sic *Reiskius* pro vulgato εἶπε. At hoc restituendum esse, dubitari non potest, quum sequentia ab hoc verbo pendeant. Scribendum puto: τίνα τρόπον ὅτι εἶπε τὸ κ. π. μ. τοῦ μετιέναι τ. ἐ. ποτὲ βέλτιον.

P. 44. 1. (p. 671. B.) εἰ δὲ τὸ μὲν ἀργεῖν οὐκ ἐπῄνει, τὸ δὲ τῇ κτήσει τῶν χρημάτων ἢ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ, πλείω κέμειν τὴν σπουδὴν ἡγεῖτο τῶν ἀτόπων λόγων, τιμιώτατον τῷ μὲν ἀνθρώπῳ ψυχὴν εἶναι, δεύτερον δὲ τὸ σῶμα. Scribe: ἡγεῖτο τῶν ἀτόπων λέγων, τιμιώτατον. — *Desidiam quidem non laudabat, sed pe-*

cuniae quaerendae magis operam dare, quam virtuti, id absurdum censebat, DICENS, *praestantissimum esse in homine animum, post animum, corpus.* Bene habet τῶν ἀτόπων. Sic T. III. p. 272. πρῶτον μὲν γὰρ τῶν ἀτοπωτάτων ἦν ἦν. Ib. p. 273. 6. ἔπειτα δὲ τῶν αἰσχίστων ἡγούμην. Ibid. p. 62. 3. εἰδότες ὅτι . . . λογιστὴν τοιοῦτον καὶ τῶν δικαίων φύλακα τῶν ἀμηχάνων (lege: ἀμήχανόν ἐστι) διαφυγεῖν ἢ πεῖσαι σιγᾶν.

P. 44. 11. (671. C.) πανταχόθεν δὲ πλοῦτον ἐγείροντας. Scr. ἀγείροντας. Crebra horum vocabulorum permutatio. Apud *Themist.* Or. XXIII. p. 282. D. ἐγεῖραί τε αὖ καὶ τὴμερον ἀγεῖραι ἀναβῆναι. *Petavius* verissime alterum, quod ex διττογραφίᾳ ortum, tollens, scribit: ἀγεῖραί τε αὖ καὶ τ. ἀ. de qua correctione *Harduinus* non debebat dubitare. Ib. Or. XXVI. p. 313. D. ἀλλὰ καὶ θέατρα ἤδη ἐγείρει. Cod. Ambros. ἀγείρει. Ib. Or. II. p. 27. A. τὸν μὲν δὴ ἐπὶ δήμου θορύβοις καὶ κρότοις ἐξογκούμενόν τε καὶ ἀγείροντα τὴν ὀφρύν. Scr. ἐγείροντα. c. Cod. Monac. nr. 113.

P. 44. 26. (p. 671. D.) αὐτῷ δὲ οὔτε χωρίον ἦν παρὰ τοῦ πατρός, οὔτε ναῦς, τό τε ἀργύριον, ὅπερ ἦν, ὡς ἔφην, ἀπολώλει. Scr. τό δέ.

P. 45, 15. (672, B.) καὶ τῇ περὶ τὸ Δήλιον τύχῃ φεύγων μετὰ τῶν ἄλλων μόνος ἦν τοῖς πολεμίοις κἂν τῇ φυγῇ φοβερός. Scr. κἂν τῇ . . . τύχῃ. *In illa ad Delium clade.* Loca veterum

de Socratis in illo proelio fortitudine collegi in Socrate IX. §. 10. p. 190. I. — In proximis: *καί τοι τί τῆς ἰσχύος αὐτῶν εἰς ἑταῖρον ἂν διαβαίη*; scribe: *εἰς ἕτερον*. De athletis agitur, de quorum robore nulla pars in aliam transit. Nihil illorum vocabulorum permutatione frequentius. *Dio. Chrys.* Or. I. p. 45. 30. *τοῖς αὐτοῦ φίλοις τε καί ἑταίροις*. Cod. Monac. nr. 5. *ἑτέροις*. Ib. p. 53. 35. *φιλέταιρος δὲ καὶ φιλοπολίτης*. Cod. Mon. nr. 59. *φιλότερος*. Alia dedi in Not. crit. ad Anthol. p. 645.

P. 46. 7. (p. 672. D.) Socrates publice verba non faciebat, ut nec multi alii, qui quod natura eos et ingenium a rep. administranda prohibebat, privati manebant; sed iuvenes idem, calidius ad rempublicam accedentes, salutari consilio inde retinebat: *τοῦτ' ἴδιον Σωκράτους ἦθος· τί πολλάκις ἐξείλετο τὴν πόλιν κυβερνητῶν ἀπείρων, οὗτος ἀργῶν Ἀθήνησι διαγέγονε*. Non me poenitet correxisse: *τοῦτ' ἴδιον Σωκράτους· εἶθ' ὅστις πολλάκις .... διαγέγονε*; *Iam qui civitatem saepius e manibus imperitorum gubernatorum eripuit, num is iners et desidiosus Athenis sedisse putandus est?* — In proximis (p. 673. A.): *πῶς ἔτ' ἂν ἀργόν τις καλοίη. τραπεζίτης γὰρ οὐκ ἔστι· κρείττων ἴσως τοῦ νέων ἡγῆσθαι τραπεζίτης ἀδικεῖ*, Recte me emendasse arbitror: *κρείττων εἰ Σωκράτους νέων ἡγεῖσθαι τραπεζίτης, ἀδικεῖ*. Accusatorem orator

fingit dicentem: desidiosus tamen est, nam mensularius non est (i. e. pecuniae quaerendae operam non dat). Cui obiectioni orator opponit haec: Si mensularius ad iuvenes erudiendos et formandos est aptior quam Socrates, Socrates peccat, quod mensularius non sit. — Iniiis, quae sequuntur: *σὺ δ' ὅτι μὲν οὐκ εὐπορεῖ, μέμφῃ. τὸ δ' ὡς πράοτατα τὴν πενίαν οὐχὶ θαυμάζεις φέρει* post *πενίαν* inserendum existimat *Morellus*, quod *Reiskius* non monuit. Sed rectius *φέρειν* scribes. Mox p. 47. 1. (p. 673. C.) *πλὴν Ἀλκιβιάδου καὶ τούτου μνησθῆναι*. Optime *Reiskius*, *καὶ Κριτίου*.

P. 47. 2. (p. 673. C.) *πάνυ δ' ἂν αἰσχυνοίμην, εἰ δόξαιμι καταλιπεῖν Ἀλκιβιάδην ἐν κοινωνίᾳ τῆς Κριτίου δόξης, τοῦ τινὰ γνώμῃ δεδρακότος, τὸν πολλὰ μὲν εὖ πεποιηκότα.* Bene *Reiskius τίνα* correxit; sed sic totum hunc locum persanatum esse, non credo. Sensus eius modi quid postulat: *τοῦ τίνα οὐκ ἀνόμως δεδρακότος; τόν ... Critiae, qui in nulla non re leges violavit, Alcibiadem, qui multa bene peregit.* — Mox legitur: *πῶς οὖν μοι δοκεῖ μικρὰ χωρὶς ὑπὲρ ἐκείνου διαλεχθέντα* .. Scr. *πάντως*. Contra *πάντως* male videtur legi ap. *Philostr.* Vit. Sophist. I. 16. p. 501. *τὰ μὲν γὰρ ἀπαίδευτα ἤθη εὐπαράγωγα πάντως εἰς βίου αἱρεσιν*. Scr. *πάντος εἰς βίου αἵρ. ad cuiuslibet vitae optionem.* *Πῶς* depravatum etiam ap. *Aelianum* Hist. An.

XVII. 40. *καὶ πῶς μὲν ἐγκαρτερεῖν τοὺς ἐκεῖθι τλημόνως τοῦ κακοῦ τὴν προσβολὴν καὶ φιλοπόνως ὑπομείναντας· ἐπεὶ δὲ ἦν παντελῶς ἄμαχον ... ἐξέλιπον τὴν χώραν.* Scribendum: *καὶ τέως μέν.* Vtrumque vocabulum permutatum ap. *Libanium* T. IV. p. 226. 25. Vid. *Bast.* ad *Gregor. Cor.* p. 360.

P. 47. 11. (p. 673. D.) *ἢ. ὅτι καλὸν αὐτὸν ἡ μήτηρ τίκρι· ἔτεκε* fuisse existimo. Mox corrige ex Morelliana, *τὰ ἀπόντα ἐζήτησεν.* pro *ἐξήτησεν.* Contra T. IV. p. 1002. 12. *οἷς πιστεύσας ὁ δῆμος, εὐθὺς οὐ ζήτει φωκέας.* Scribendum: *οὐκ ἐξήτει τοὺς φ.* Huiusmodi permutationis exempla ubique obvia. Vid. *Schaefer.* Meletem. p. 75. *Coray.* ad *Plutarchi* Vit. Tom. I. p. 365.

P. 47. 21. (p. 674. A.) *οὗτος τοίνυν εἶδεν ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον εἶδε νῆσον μεγάλην.* Alterum *εἶδεν* delendum esse apparet. — Mox p. 48. 1. (p. 674. B.) pro *περιέκοπτον τὰς ἑρμᾶς*, alibi docui. *Thucyd.* VI. 27. *ἐν δὲ τούτῳ, ὅσοι ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει ... μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖσται περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα.* *Diodor. Sic.* XIII. 2. p. 543. *τοὺς Ἑρμᾶς τοὺς κατὰ τὴν πόλιν παμπληθεῖς ὄντας συνέβη ἐν μιᾷ νυκτὶ περικοπῆναι.* — In proximis verbis scribendum: *σκοπεῖτε δὲ· δοῦναι λόγον ἦλθεν, οἱ δὲ ἐκέλευον πλεῖν· πλεῖ* (*ἐπὶ* vulgo) *τὸν Ἰόνιον, οἱ δὲ τὸν δῆμον ἐρέθιζον.* Tum lege: *ὃ πᾶς τις εὖ φρονῶν* (*ποιήσειεν ἂν* scil.) — *ἔσωσεν αὐτόν, καὶ*

τὸ βάραθρον (τὸν βάρβαρον vulgo) ἐφυλάξατο.

P. 48. 20. (p. 674. C.) δοκεῖς μὲν ἐπὶ κρίσιν, καλῇ δὲ ἐπὶ θάνατον. καλεῖσθαι post κρίσιν excidisse putabat *Reiskius*; subaudiendum est potius. — Sequitur: τί οὖν θαυμαστόν, εἴ τις ἀδίκως οὐκ ἠθέλησεν ἀποθανεῖν; τί δ' εἴ τις προσεδόκησεν ἀσφάλειαν, ἔκεισε ἔπλευσε: Scribe: τί δὲ, εἰ ἢ προσεδόκησε. *quod mirum, si, ubi securitatem videbat, eo navigabat?*

P. 48. 24. (p. 675. A.) ὁ δὲ τοῖς μυστηρίοις, ὁ κάκιστος ἐκεῖνος, ἐπέδωκεν ἀρχαίαν ὁδόν. ἀπέδωκε scribe cum *Reiskio*, qui in proximis verbis a vero aberravit. Verba ἡ ἀρχαία ὁδὸς proprio sensu accipienda esse, apparet ex *Plutarchi* Vit. Alcib. c. 33. T. II. p. 35. ed. *Cor.* Fortasse addendus articulus: ἀπέδωκε τὴν ἀρχαίαν ὁδόν. — Sequitur: καὶ ἐῶ λέγειν ἁρμάτων πλῆθος καὶ μεγάλας ὑπὲρ ὑμῶν Ὀλυμπιάσι δαπάνας, ἀφ' ὧν δόξαν ὑμεῖς εἰς τόνον ἰσχύος ἐσχήκατε. Quid sit δόξα εἰς τόνον ἰσχύος non intelligo. Fortasse scribendum: εὐτόνου aut συντόνου ἰσχύος.

P. 50. 7. (p. 675. D.) ἔστι γάρ, ὦ θεοί, βιαιότερον καὶ μᾶλλον ἰσχυρὸν μαθήσεως φύσις· ὅταν ἦν πονηρά, καθέλκει πρὸς ἑαυτόν, καὶ πᾶσαν παίδευσιν ἀπέφηνε μάταιον. Scribe: ὅταν ᾖ πονηρά, κ. πρὸς ἑαυτήν, καὶ π. π. ἀ. ματαίαν. — Paulo post: τῶν προσιόντων δὲ τὸ μαθεῖν ἔγκλημα. Scribe: τὸ μὴ μαθεῖν.

P. 51. 13. (p. 677. A.) οὐδὲν οὔτε τοὺς πονηροὺς ἔπαυσεν ἀδικοῦντας. *Heiskius* aliquid ad orationem vinciendam deesse sentiens, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν corrigendum existimat. Hoc nimium. Sufficit scripsisse: οὐδὲν δ' οὔτε.

P. 54. 20. (p. 679. C.) Ἀναξαγόρας ἐδέῃθη, ἃς ὥσπερ ἡλίου καὶ σελήνης. Sic *Morellus*, lacuna post ἃς relicta. Cod. August. ας sine accentu et spiritu. Duae tantum litterae videntur excidisse, ἐδέῃθη ἀσεβῶν περὶ ἡλίου.

P. 55. 2. (p. 679. D.) Σωκράτους δὲ τίς εἰπεῖν ἔχει βιβλίον. Cod. Aug. ἔχοι. Hoc si verum est, scribendum etiam: τίς ἂν εἰπεῖν ἔχοι. In proximis verbis: οὐ δυνάμενος, Ἄντε δεῖξαι. aliquid deest ad orationem vinciendam. Fortasse fuit: ἃ οὐ δυνάμενος .. δεῖξαι. Quum summa sit similitudo ductuum ᾱ et ου, facile illud omitti potuit.

P. 56. 4. (p. 680. B.) οὕτως ἠξίου τὸν περικλέα μηδενὸς ὢν ἐπαγγείλειεν ἀτυχεῖν. Scr. ὢν ἂν ἐπαγγείλειεν. — Mox bene Augustanus Codex εἰ δὲ ἐσυκοφαντεῖτο, κρεῖττον ἦν ... De Damone agens *Allatius* ad Epist. Socraticor. p. 199. ed. Or. hunc *Libanii* locum excitavit cum omnibus vitiis, quae novissimum editorem non sustulisse miror. — Quae sequuntur: καί τοι φησὶν ἐπ' ἐλάττοσιν αἰτίαις ἐξελαθῆναι τὸν Δάμωνα· αὕτη δὲ μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αἰτίαν τοῦ καταλύειν τὸν δῆμον λαβεῖν, ὥσπερ τόν νυνὶ κρινόμενον...

Reiskius se intelligere negat. Sensum habebis perspicuum, si scripseris: *ἀρχὴν δὲ μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν* .. *Illum enim minime, ne ab inimicis quidem, consilii evertendae civitatis accusatum esse.* Notanda abundantia apud Nostrum T. IV. p. 596. 2. *ὡς μηδὲ τὸν ἀρχὴν ὅλως ὁμολογεῖν τε ξίφους ἐφάψασθαι, καὶ* (scr. *μηδὲ*) *τὴν ὄντως ἀτυχῆ ταυτηνὶ δεξιὰν ἐπικεχρωσμένην ἔτι τῷ τῶν παίδων λύθρῳ προτείνων*. ubi tamen *Reiskius* *ὅλως* ut supervacuum delendum existimat.

P. 56. 18. (p. 680. D.) *Βίαντος .... τοῦ πάντας ἀνθρώπους ἐκ Δελφῶν νουθετοῦντος*. hanc lectionem tueri conatus sum in Not. crit. ad Anth. Pal. p. 344. Sequitur locus de Ioniae sapientibus vehementer depravatus: *οὐ διὰ Μέλισσον καὶ Θαλῆν καὶ Πυθαγόραν ἤρχθησάν τε καὶ ἐστασίασαν οἱ τὰς πόλεις ἔχοντες· ἀλλ' ἐμένετ' ἂν εἰς κοινὸν τῆς ἀνθροπείας φύσεως. νωσήματος δ' ὑπακούειν ἐκ τοῦ βασιλείαν σφίσιν ἐφορμεῖν μεγάλην συνέβη.* Secutus id, quod sensus requirit, paucis litteris mutatis corrigo: *ἀλλ' αἱ μὲν στάσεις κοινὸν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως νόσημα· τὸ δ' ὑπακούειν ἐκ τοῦ β. σφ.* In his verba *αἱ μὲν στάσεις* referuntur ad *ἐστασίασαν*, *ὑπακούειν* autem ad *ἤρχθησαν*. Monstrum illud lectionis *ἐμένετ' ἂν εἰς* ortum ex causa satis levi, littera *ε* pro *αι*, et pro σ posita, quibus permutationibus nihil frequentius. Sensus: Turbae intestinae,

quibus civitates Ioniae agitatae sunt, communis illae naturae humanae morbus; quod autem dominationi unius subiectae sunt, id illis ob regni Persarum vicinitatem accidit. — Optime in his verbis Cod. August. ἐφορμεῖν obtulit pro ἐφορμήν. *Themist.* Orat. XIV. p. 181. C. τῷ πλησίον αὐλίζεσθαι μόνον καὶ ἐφορμεῖν ἐνέκοψας αὐτῶν τὴν αὐθάδειαν. De urbe Olyntho *Demosth.* Olynth. III. p. 30. 17. ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμά τε τῷ Φιλίππῳ καὶ δυσχερές, πόλιν μεγάλην ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς.

P. 57. 4. (p. 681. A.) ἐπεὶ ὅτι γε ταῦτα οὐκ ἐνιᾶσιν οἱ σοφισταί, οὐδὲ ἀγαπῶσι, τί ἔστι; μαρτυροῦσι Λακεδαιμόνιοι ... *Reiskius* corrigendum censet: τίνες ἔτι μαρτυροῦσι; parum probabiliter. Fortasse legendum: πᾶσι μαρτυροῦσι Λακεδ. In proximis orator bene monet, Thrasybulum et Cononem meliores procul dubio fuisse futuros, si litteris operam navassent; Alcibiadem vero et Critiam multo peiores sine iis: τοὺς μὲν γὰρ ἴσως τι οὐκ ἐχαλίνωσαν, οἱ δ' ἂν ἦσαν χαριέστεροι. Haec verba *Reiskium* non recte accepisse, coniectura ab eo expromta docet. Vera est vulgata lectio: *illos litterae fortassis non satis coërcueruut; hos autem eaedem suaviores reddidissent.*

P. 58. 20. (p. 682. B.) πῶς δ' ἂν ἐπεθύμησε πολιτείας, εἰ τὸ μηδένα παιδείᾳ προσέχειν λυσιτελεῖ; Sic *Reiskius* cum Cod. August. Sed revo-

canda lectio editionis Morellianae: ἢ .. λυσιτελεῖ; *Quomodo Socrates cupiverit imperii genus* (tyrannidem), *cui prodest, neminem litteris operam dare?* — Contra εἰ pro η̄ restituto illustrabis locum satis obscurum T. IV. p. 29. οὔκουν ἀξιοῦμεν, πρίν, εἰ (πρὶν ἢ vulgo) καὶ χωρὶς πραγμάτων τευξόμεθα τῶν δικαίων, εἰδέναι, πόλεμον ἐπιφέρειν τοῖς καὶ χωρὶς ἀνάγκης ἴσως ἄν τι βουλευσαμένοις μέτριον; *volumusne igitur, antequam sciamus, an fortasse sine labore et bello id quod iustum est, consecuturi simus, bellum inferre iis, qui fortasse ultro aequas conditiones allaturi sunt?*

P. 59. 1. (p. 682. C.) καὶ διὰ τοῦτο ἐκάλει μὲν ὁ Εὐρύλοχος ὁ Καρύστιος. Sic *Reiskius* pro παρίστιος, quod est in Morell. et χαρίσιος Cod. August. Λαρισσαῖος corrigit *Menagius* ad *Diog. Laert.* II. 25. p. 84. ubi habetur: ὑπερεφρόνησε δὲ καὶ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδόνος, καὶ Σκόπα τοῦ Κρανωνίου, καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισσαίου. In proximis versibus lege, distinctione emendata: πῶς οὖν ὁ τοὺς θεοὺς ἐθίζων ὑπερορᾶν τῶν νόμων; αὐτῶν εἰδόμην τῶν ἐπιστολῶν· ἐν ἐκείναις (adde γάρ) τὸν ἄνθρωπον κάλιστ' ἂν ἴδοιες. Novissimum hoc debemus *Bremio* v. cl. in not. ad Epist. Socrat. p. 132. pro εἴδετε et ἴδετε. In reliquis tamen idem non audiendus.

P. 62. 18. (p. 685. A.) μικρὰν οἴεσθε ταῦτ' εἶναι βλάβην, ἢ δόξειν ποτὲ τὴν τοιαύτην πρὸς

ἑτέρους ἔσεσθαι μετρίαν, ὅταν τοὺς παρ' αὐτῇ βελτίστους ὠμῶς μεταχειρίζηται; sic *Reiskius* dedit ex Cod. August. meram librarii aberrationem pro genuina lectione δόξαν. Idem corrigit: ὅταν τοὺς παρ' ὑμῖν aut περὶ ὑμᾶς β. ὠμῶς μεταχειρίζητε. Non facile intelligitur, quo modo ὑμῖν in αὐτῇ abire potuerit. Quare vide, an scribendum sit: τοὺς τὴν ἀρετὴν βελτίστους ὠ. μεταχειρίζητε. Vbi si compendiariam scribendi rationem τἀρετῇ reputas, causa depravationis in oculos incurrit. In iis, quae sequuntur, multa conspirant cum Epistolis Socraticorum XVI. p. 24. XVII. p. 25. ed. *Orell.* p. 64. 26. (p. 687. A.) καὶ μηδὲ τὸν τοῖς ἐκ τοῦ τρίποδος κεκοσμημένον ἀπολέσητε ψήφοις. Ad τοῖς, quod ex Cod. August. accessit, *Reiskius* subaudit ἀνηρημένοις, pro ψήφοις, ψήφῳ legendum existimans. Perperam. Lege: τὸν ταῖς ἐκ τοῦ τρίποδος κεκοσμημένον . . , ψήφοις. *ne eum, qui suffragiis ex tripode ornatus est, iudicialibus necate suffragiis.*

P. 65. 13. (p. 687. B.) φέρε, εἰ τοῦ πιέζοντος, ὃ μὴ γένοιτο, ζητοῦντες παρὰ τοῦ θεοῦ, καθάπερ ἔμπροσθεν, λύσιν, ὁ δὲ ὑμᾶς, ὥσπερ τὸν Ἀρχιλόχου φονέα διαῤῥήδην ἐξελαύνοι τοῦ νεῶ . . . καλήν γ' ἂν εἴημεν δόξαν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐσχηκότες. *Reiskius* corrigit: εἴ τοῦ πιέζοντος, et post ζητοῦντες excidisse putat ἥκοιτε, aut simile quid. Neutrum videtur necessarium. Si

codex offerret, *κακοῦ πιέζοντος*, id non repudiarem; sed τὸ *πιέζον* pro *πιέζον τι* bene dicitur. Participium, *ζητοῦντες* autem absolute est positum, totaque enuntiatio ita debet accipi, quasi scriptum esset: *εἰ ὑμῶν ζητούντων λύσιν τοῦ πιέζοντος κακοῦ, ἢ λοιμοῦ ἢ πολέμου, ἢ ἄλλου τινός, ὁ θεὸς ὑμᾶς ἐξελαύνοι*. Recte ὁ δὲ post participium ponitur. *Plutarch.* T. II. p. 855. B. *ὥσπερ Εὐθειασμῷ προσκείμενον ἄγαν ἐξὸν εἰπεῖν τὸν Νικίαν, ὁ δὲ θεόληπτον προσείποι*. *Lucian.* Charidem. §. 10. T. IX. p. 278. *ἔχων δὲ καὶ αὐτὸς ἥ τις ἐστὶν ἀποφήνασθαι καλλίστη . . . ὁ δ'* (vulgo *ὅδ'*) *ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου*. *Dio Chrys.* Or. LII. T. II. p. 271. *καὶ πρῶτόν γε διαπορῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, μὴ ἄρα δοκῇ μὲν τοῖς πολλοῖς σοφός τις εἶναι, ᾖ* (vulgo *ἢ*) *δὲ τοὐναντίον· ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀλύπως καὶ ἀπραγμόνως ζῆν, ὁ δὲ ἑκὼν ἀεὶ ἐν πράγμασι καὶ κινδύνοις γίνεται*. Noster T. IV. p. 573. B. *διὰ τί ἄτιμος ἐν τῇ πόλει περιέρχομαι, καὶ δέον με κύπτειν εἰς γῆν, ἐγὼ δὲ τῶν μεγίστων με ἀξιῶ*.

P. 66. 9. (p. 687. C.) *καλήν γε δόξαν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἕξομεν, ἄνευ τι πίσωμεν καὶ ζημίας*. Sic optimus Augustanus, sed corrupte. Legendum videtur: *κἂν μὴ περιπίσωμεν ἄλλῃ ζημίᾳ*.

P. 66. 16. (688. A.) *σημεῖον δὲ λιβέθριοι μετὰ τὸν Ὀρφέως φόνον δι' ἀμουσίας ἔδοσαν δίκην*. Fortasse fuit: *λιβέθριοι, οἳ μετὰ τ. Ὀ.*

φόνον ἀμουσίας ἔδοσαν δίκην. Sic certe οἱ post οἳ excidit T. IV. p. 230. 22. ποῦ νῦν εἰσιν οἱ δημαγώγοι, οἱ καὶ κακῶς ἡμᾶς λέγοντες τοὺς πλουσίους, Ibid. p. 368. 11. καὶ κηρύκων τῶν ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος, οὗ καθαροῖς ἥκειν τὰς χεῖρας τοῖς μύσταις προαγορεύουσιν, restitue ex Cod. Monacensi, quem *Reiskius* non satis accurate comparavit, οἱ ... προαγορεύοντες. addam his locum insignem T. IV. p. 742. 11. quem *Reiskius* expedire non potuit: εἰ γὰρ ὅπως ἂν ἡ τῶν συμφορῶν τούτων γενομένη αἰτία, (αἰτία γενομένη. melior ordine Cod. Monac. nr. 96.) πολλοὺς ἡμὶν ἔχη (ἔχει Idem Cod.) τοὺς συνηγόρους, ἀπὸ τῶν ἡμετέρων χρημάτων μισθωσαμένη προβέβληται, καὶ παντάπασιν αὐτὸς ἔρημος ὢν, καὶ λέγειν ἀδύνατος, οἶμαι, ... φανερὰν ἡμῖν καταστῆσαι τὴν τῆς ἀνδροφόνου ταύτης μιαιφονίαν. In his verbis primum tolle ὅπως ἄν, quae voculae ex ὅμως ἂν depravatae et loco suo motae sunt; deinde scribe: εἰ γὰρ ἡ τῶν συμφορῶν τούτων γενομένη αἰτία, πολλοὺς ὑμῖν (sic marg. Morell.) ἕλκει τοὺς συνηγόρους, οὓς ἀπὸ τῶν ἡμ. χρ. μισθωσαμένη προβέβληται, καὶ παντάπασιν αὐτὸς ἔρημος ὢν καὶ λέγειν ἀδύνατος, ὅμως ἂν οἶμαι ... φανερὰν καταστῆσαι τὴν τῆς ἀ. τ. μιαιφονίαν. *quamvis enim noverca mea, quae horum omnium malorum causa est et auctor, multos ad vos adducit patronos, quos mea pecunia con-*

ductos sibi tamquam praesidium proiicit; ipse tamen, patronorum licet ope destitutus, nec dicendi peritus, spero, me omne parricidae illius scelus demonstraturum esse. In his ἄν iungendum cum καταστῆσαι. Quam facile autem οὗς excidere potuerit, sponte apparet.

P. 67. 3. (p. 688. B.) τοῦ Σαλαμινίου λέοντος. Historia narratur in *Platonis* Apolog. p. 32. C. *Andocides* Or. de Myster. p. 46. Oratt. Gr. IV: Μέλιτος δ' αὖ οὑτοσὶ ἀπήγαγεν ἐπὶ τῶν τριάκοντα λέοντα, ὡς ὑμεῖς ἅπαντες ἴστε, καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖνος ἄκριτος. Theramenes ap. *Xenoph.* Hist. Hell. II. 3. 39. ᾔδειν γὰρ ὅτι ἀποθνήσκοντος μὲν λέοντος τοῦ Σαλαμινίου . . . οἱ ὁμοῖοι τούτῳ φοβήσοιντο. Eandem historiam commemorat *Dio Chrys.* Or. XXIII. T. II. p. 191. 10.

Scribebam Gothae
m. Decembris 1816.

F. IACOBS.

II.

ASCLEPIADAE TRAGILENSIS TRAGODVMENON RELIQVIAE.

DISSERTATIO POSTHVMA

FRANC. XAV. WERFERI,

MONACENSIS.

ASCLEPIADAE TRAGILENSIS

TRAGODVMENÔN RELIQVIAE *).

Funestum graecarum literarum naufragium, quod non solum plurimorum antiquitatis eorumque gravissimorum auctorum monumenta ingenii, scriptis consignata, perdidit, sed vel ipsorum nomina penitus exstinxit et oblivioni dedit, nihil aliud solatii reliquit veteris doctrinae amantibus, nisi ut, quae de naufragio fluctibus feruntur tabularum trabumque reliquiae, iis sedulo collectis, illarum aspectu moerorem et aegritudinem levare sibi studeant, neque iucundam priscorum temporum memoriam animo effluere unquam patiantur. Hunc usum praestare possunt etiam *Asclepiadarum* reliquiae, quorum genus, quamquam apud veteres et ingenio et doctrina in-

*) Iuvabit ex schedis *Werferi*, cuius luctuosum decessum in praecedente fasciculo indicavimus, prae reliquis has paginas de Asclepiadâ Tragilensi publicasse. Licet enim eis ultimam manum adhibere fato prohibitus fuerit, et ipsum opus nonnulla indicata atque congesta potius, quam elaborata contineat, insunt tamen et in his, quae exquisitam egregii iuvenis doctrinam indicent, et cum fructu harum literarum legentur.

F. Th.

primis floruerit, tamen ne unus quidem eorum temporis iniuriam, qua summa, infima promiscue absumuntur, potuit effugere. Sed servarunt nobis eorum laudem et librorum, quos ediderunt, fragmenta et scriptorum veterum memoria, qua plurima edocemur, quae *Asclepiadae* ad universam antiquitatem penitius cognoscendam praeclara tradiderunt, et quantâ gloriâ inter veteres eruditos eorum nomen floruerit. Itaque mihi liceat, donec omnia, quotquot exstant, *Asclepiadarum* fragmenta et ingenium provectâ aetate magis corroboratum et doctrina continuatâ veterum lectione dilatata atque amplificata in lucem me emittere sinat, liceat igitur mihi *Asclepiadae Tragilensis*, *Asclepiadarum* antiquissimi, reliquias, quas mea mihi lectio et investigatio priscorum volumm. hucusque suggessit, collectas proponère et pro virium facultate illustratas. Quo specimine et quasi praelusione harum rerum iudices intelligant, bene an male etiam de reliquis in posterum sperari oporteat. Quod autem prae ceteris *Asclepiadis Tragilensem* elegi, movit me summi viri in his literis auctoritas, *Valckenarii*, qui in Diatribâ *Euripideâ* p. 263. de illius librorum interitu tales querelas fuderit: „quid in multis novaverint Tragici, plene cognosceremus, ut arbitror, si pervenissent ad nos *Asclepiadis* Τραγῳδούμενα, et librorum *Hieronymi Rhodii* de poëtis etc.“ Spe-

ravi enim fore, ut accuratâ fragmentorum dispersorum collectio nos non modo de rebus singulis in libris traditis, verum etiam de delectu atque ordine, quo eae in illis digestae et memoriae proditae fuerint, aliquanto certiores faceret. Sed vana fuit haec mea spes utraque, nec quidquam mihi reliquit, nisi ut ea fragmenta, quorum singularem librum veteres indicaverunt, *librorum* ipsorum ordine disponam, in auctorum fide, qui laudarunt, acquiescens, ea, quae solis adiectis ἐν τοῖς Τραγῳδουμένοις *Asclepiadae* adscribuntur, ad incerta reiiciam, ea denique, quae solum nomen *Asclepiadae*, libro non indicato, prae se ferunt, pro rerum in iis traditarum naturâ aut incertis illis addam, aut aliis *Asclepiadis* tribuenda reservemus. Sed priusquam ad ipsa fragmenta veniamus, necesse est, de Nostri genere atque vitâ ex veterum testimoniis, quae pauca sunt, paucis commentari.

Asclepiades quibus parentibus natus sit, incertum. Ipse, ab oppido ad Thraciam sito *Tragilo*, unde oriundus erat, *Tragilensis* cognomen adeptus (*Steph. Byzant.* p. 714. ed. *Berkel.*) *Isocratis* erat discipulus, eoque *Ephori Theopompi*, aliorumque clarissimorum virorum aequalis. (*Plutarch.* Vit. *Isocr.* p. 360. Tom. IV, P. 2. Ed. *Wyttenb.* ἐμαθήτευσε δ' αὐτῷ καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος καὶ Ἔφορος ὁ Κυμαῖος· καὶ Ἀσκληπιάδης, ὁ τὰ Τραγῳδούμενα συγγράψας.

καὶ Θεοδέκτης ὁ Φασιλίτης, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας κ. τ. λ. *Photius* Myriob. p. 1456. Ed. *Hocschel.* γεγόνασι δὲ αὐτοῦ ἀκροαταὶ καὶ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος, καὶ Ἔφορος ὁ Κυμαῖος οἷς καὶ ταῖς ἱστορικαῖς συγγραφαῖς προὐτρέψατο χρήσασθαι, πρὸς τὴν ἑκάστου φύσιν ἀναλόγως καὶ τὰς ὑποθέσεις τῆς ἱστορίας αὐτοῖς διανειμάμενος ἐπὶ τούτοις καὶ Ἀσκληπιάδης, ὃς τὰ τραγῳδούμενα συνεγράψατο κ. τ. λ.) Aetas igitur eius referenda erit ad Olymp. 104, 363 ann. ante Christ. nat. quo tempore inter viros rerum civilium studiosos floruit *Epaminondas*. De eius vita librisque exposuerunt ex recentioribus *Vossius* de hist. Gr. p. 119. Ions. de script. hist. Phil. II, 17, p. 248. *Fabric.* Bibl. Gr. p. 289. Tom. II. *Harduin.* ad Plin. p. 54. Tom. I, in *auctorum* syllabo, qui in librorum *Plinianorum* indice laudantur, et nuperrime (sed etiam negligentissime) *Heynius* ad *Apollod.* p. 353. quem exscripsit *Harlesius* ad *Fabric.* l. l. Vnum opus, quod *noster* scriptum reliquit, τὰ τραγῳδούμενα, sex libris constans (vid. *Steph. Byz.* l. l.) nobis innotuit, quo ea omnia illustrata videntur fuisse, quae ad dramata eorumque argumenta, a tragicis in iis pertractata, utcunque spectarent. Vnde fit, ut ap. Schol. *Demosth.* de falsâ Leg. p. 253. §. 445. ab *Valck.* Diatr. p. 182. laudatum, *Asclepiades* noster, quem intelligit *Valcken.* l. l. dicatur ὁ τὰς θεατρικὰς ἱστορίας συγγρά-

ψας *). Iam vero quaerendum est, utrum τῶν τραγῳδουμένων libros pedestri oratione *Asclepiades* perscripserit, an metri cuiusdam numeris illigatos. *Heynius* quidem praeter suam consuetudinem iusto celerius de ea re mihi videtur iudicium tulisse, cum in nott.ad *Apollod.* p. 353. praeeunte quodammodo *Fabricio* Bibl. Gr. Tom. II, p. 289. Harl. ita dissereret: „erat autem opus hoc versibus scriptum, ut intelligi potest, si forte non satis tuto ex fragm. ap. *Athen.* X, p. 456. certe tamen ex versibus a Schol. *Pindari* Pyth. III, 14. prol.“ De utroque testimonio, quo V. D. ad rem tuendam utitur, mox ipsi videbimus. Nunc deinceps ea ponamus necesse est, quae nobis videntur vel maxime contrarium demonstrare, *soluta* oratione illud opus fuisse perscriptum. Ac primum quidem in memoriam revocare liceat, quae *Photius* Myriob. p. 1456. Ed. *Hoesch.* prodidit, ἐπὶ τούτοις καὶ Ἀσκληπιάδης, ὃς τὰ τραγῳδούμενα συνεγράψατο. Atque verbum συγγράφεσθαι, in cuius usu de Asclepiadae τραγῳδουμένοις referentes consentiunt non

*) Sciens autem dixi *dramatum* argumenta *a tragicis* pertractata, cum ex nonnullis *tragodumenon* reliquiis intelligere mihi videar, quaecunque et ipsis *tragoediis* et vero etiam *dramatis satyricis* tragici poëtae tractaverint, haec omnia eum comprehendisse: ut nostri opus ab auctoribus, qui utriusque generis fabulas exhibuerunt, non a rebus, quae exhibitae ab iis sunt, videatur nomen suum invenisse.

nisi de pedestri oratione constat a veteribus usurpari; (*Suid.* Tom. III. p. 389. s. v. *συγγράφω* *Liebel* fragg. Archilochi p. 47., quae res sola fuisse Asclepiadae opus historicum, non poëticum docet. Accedit autem id, quod inter veteres commentatores fragmenta *τῶν τραγῳδουμένων* dispersa iacent, quae vere nobis solutam ipsius *Asclepiadae* orationem praestant. Vid. enim Schol. *Pind.* Pyth. II, 39, p. 510. atque eund. ad Nem. VII, 62, p. 740. sq. Quae certiora igitur desideras huius rei documenta? Atque, ut id etiam praeter necessitatem longius prosequamur, cum reliqua loca ex *tragodumenis* quasi derivata, siquidem ea sine praeiudicata opinione considerare velimus, nos certe non iubeant cogitare de opere aliquo poëtico, tum omnium minime is ipse, quem *Heynius* ex *Athenaeo* X, p. 173. affert, ut inde vel novum eius causae, quam nos defendendam suscepimus, firmamentum habeamus nobis paratum. Legitur enim: *καὶ τὸ τῆς Σφιγγὸς δὲ αἴνιγμα Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις τοιοῦτον εἶναί φησι*, coll. Argum. *Eurip.* Phoeniss. p. 157. Ed. *Matth.* *καὶ τοιοῦτο τι τοῖς Θηβαίοις τό τε αἴνιγμα ὡς Ἀσκληπιάδης ἀναγράφει.* Dici enim *ἀναγράφειν* de iis inprimis veterum commentatoribus, qui prosâ oratione rem aliquam utcunque perscribunt, non ignorat is, qui optima veterum librorum scholia satis cognoverit. Cf. *Bast.* append. Ep. crit. p. 35. *Har-*

pocrat. s. v. ἔργα νέων p. 193. Intermiscuit igitur suis verbis Asclepiades aenigma illud, ab antiquitate traditum. Bast. Append. Ep. crit. l. l. *Harpocr.* l. l. Neque etiam eiusdem generis similesve aliorum veterum scriptiones versibus videntur esse compositae v. c. *Demarati* libri τῶν τραγῳδουμένων, de quo *Clemens* Alex. protrept. p. 27. Ed. *Sylburg.* τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας· ὧν ὁ μὲν (sc. Ερεχθεὺς)! τῇ Φερεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ τραγῳδουμένων. Atque *Herodici* τῶν κωμῳδουμένων, quem laudat *Athen.* Deipn. XIII, p. 117. Ed. Schweigh. καὶ περὶ μὲν τῆς Σινώπης Ἡρόδικος ὁ Κρατήτιος ἐν ἕκτῳ Κωμῳδουμένων φησὶν, ὅτι Ἄβυδος ἐλέγετο διὰ τὸ γραῦς εἶναι. Itemque ap. eund. XIII, p. 138. Ἡρόδικος δὲ ἐν ἕκτῳ κωμῳδουμένων κ. τ. λ. His simile opus ferebatur *Antiochi cuiusdam* Alexandrini, de quo idem *Athenaeus* XI, p. 287. ita: ὡς Ἀντίοχος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ Κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν. Atque *Hieronymi* librum περὶ τῶν τραγῳδοποιῶν prosâ oratione perscriptum esse patet ex *Suid.* s. v. Ἀναγυράσιος p. 162. Ed. Küst. qui extremo loco habet: ἱστορεῖ δὲ Ἱερώνυμος κ. τ. λ. Cf. *Valcken.* Diatr. p. 269.

Ceterum quae de Aenigmate isto disputavimus, docent, Asclepiaden vetustiorum, poëtarum quoque, testimonia, quae ad fidem faciendam

solent adhiberi, haud omnino neglexisse cf. Schrader ad Mus. p. 198. Quae disputata viam debent quasi praemunire, quà nobis aditum ad bina reliqua loca patefaciamus, quibus *Heyniana* sententia vere videtur confirmari, cui se addicit Nitsch. Mythol. Woerterb. p. 315. supr. Ita enim Schol. ad *Pind.* Pyth. III, p. 525. τὸν Ἀσκληπιόν. οἱ μὲν Ἀρσινόης, οἱ δὲ Κορωνίδος φασὶν αὐτὸν εἶναι. Ἀσκληπιάδης δέ φησι τὴν Ἀρσινόην Λευκίππου εἶναι τοῦ Περιήρους, ἧς καὶ Ἀπόλλωνος Ἀσκληπιὸς καὶ θυγάτηρ Ἐριῶπις.

Ἡ δ' ἔτεκ' ἐν μεγάροις Ἀσκληπιόν, ὄρχαμον ἀνδρῶν,
Φοίβῳ ὑποδμηθεῖσα ἐϋπλόκαμόντ' Ἐριῶπιν.
καὶ (περὶ add.) Ἀρσινόης ὁμοίως·
Ἀρσινόη δὲ μιγεῖσα Διὸς καὶ Λητοῦς υἱῷ
Τίκτ' Ἀσκληπιὸν υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόντε.

Mirum sane, si *Asclepiades* ille Tragilensis in libris, qui ea tradunt, quae poëtas potissimum tragoediis tractanda atque exornanda sibi vel sumserint vel sumere tunc temporis soliti sint, si igitur ille eam ipsam fabulam exponit, quam scimus omnium minime veteribus tragoediarum suppeditasse argumenta. Certe superstitum illius operis fragmentorum est fere nullum, quod non eas res contineat, quae ad fabulas auctoribus in scenam productas quocunque modo possint referri. Quae cum ita sint, ne *Tragilensem* quidem *Asclepiaden* illum, a Scholiasta Pindarico memo-

ratum, habeamus necesse est, sed *Myrleanum* potius, qui, in *Pindari* carmina, ut constat, docte commentatus, etiam illum locum, quem supra proposuimus, allatis ex *Hesiodo* de *Aesculapii* genere versiculis illustrasse videatur. *Hesiodi* enim esse ducimus versus quatuor de *Arsinoë*, Aesculapii, Eriopidisque matre, quod vel ex Schol. *Pind.* Pyth. IV, 35. fit probabile, ubi est: ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης τὰ ἐν μεγάλαις Ἠοίαις παρατίθεται. *Hesiodi* autem nomen vel librariorum oscitantia prorsus intercidit, vel ab eius, qui ex *Asclepiadae* commentario excerpsit, manu festinanti est praetermissum. Quo genere negligentiae miri errores oriri solent. Veluti cum *Strabo* lib. VII, p. 209. Ed. *Casaub.* ex *Ephoro* narraverit, τὸν Ἡσίοδον δὲ ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ, τὸν Φινέα ὑπὸ τῶν Ἁρπυιῶν ἄγεσθαι, VV. DD. putaverunt, Hesiodum scripsisse etiam γῆς περίοδον. At quae sit huius rei ratio, videtur subodoratus esse *Heynius* ad *Apoll.* p. 78. qui ab *Hesiodo* negat tale quicquam carmen profectum, sed Strabonem meminisse illius *Hesiodi* versiculi, ut in alius v. c. *Eudoxi* opere, quod sic inscribatur, servati. Quamquam V. D., qui *Strabonem* festinantius inspexit, ita rem potius debebat efferre: „geographum, qui ex *Ephori* historiarum libro IV. excerpserit, eiusque argumentum quam brevissime voluerit exponere, *Hesiodo* attribuisse id opus, ex quo

ipse *Ephorus* illius versiculum hauserit[α]. Haud dubie autem erat *Eudoxi* illius, qui aequalis erat *Ephori*, nobilitata γῆς περίοδος, quae multis veterum mentionibus frequentatur. Atque *Phinei* fabulam et in tertio et in quarto libro τῶν Καταλόγων ab *Hesiodo* celebratam esse, videre licet ex Schol. *Apoll. Rhod.* II, p. 136. Ed. Schäf. — Sed tempus est eo reverti, unde deflexit nostra oratio. Posito igitur, *Hesiodi* esse versiculos, in Pindari Scholiastâ memoratos, iam quaeritur, ex quibus potissimum illius carminibus deperditis ii videantur desumti esse ab *Asclepiade*. Quod si satis exploratum fuerit, multo magis nostram coniecturam videbimus stabilitam atque corroboratam. Traditur vero ita in Scholio vetusto ad *Hes.* Theog. 142, (ubi de *Cyclopibus*: οἱ δή τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν): Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται: „οἰδ' ἐξ ἀθανάτων θυητοὶ τράφεν (Cod. τραφέντες) αὐδήεντες[α] πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει, καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππίδων (Cod. Λευκιππιδῶν) καταλόγῳ ὑπ' Ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ; ἢ ὅτι κατὰ κάλλος καὶ μέγεθος θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν, ἢ ὅτι οὐ πάντας τοὺς ἐκ θεῶν γεγονότας ἀθανάτους εἶναι συμβαίνει. Sic plane Cod. *Schellersh.* *)

*) Schol. ad *Hesiod.* Theog. 142. Ed. *Trincavell.* Fol. 128. Vers. post *Αὐδήεντες*. *Θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν, πῶς τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει, καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκίππων καταλόγῳ, ὑπ' Ἀπόλλωνος ἀνῃρῆσθαι*

cuius usum, ut multa alia eiusdem generis, concessit mihi generosa *Creuzeri* V. Cl. munificentia. Vulgata quam corrupta adhuc in ed. Heins. circumferantur, Codicis illius lectio iam aperuit. Inscriptus igitur erat unus trium catalogorum Hesiodi τῶν *Λευκιππίδων*: quod si bene perceperis possis etiam satis certam facere coniecturam de iis rebus, quae in illo carmine fuerint comprehensae. Celebratissima enim erat antiquis temporibus *Leucippidum* fabula, quam ex veterum scriptorum fide paucis explicare instituamus. *Leucippus*

ποιεῖ. ἢ ὅτι οὐ πάντας τοὺς ἐκ θεῶν γεγονότας ἀθανάτους εἶναι συμβαίνει, ὡς φησιν ἡσίοδος. ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς, γηρυόννην θνητὸν ὄντα, χρυσάορος εἶναι λέγει παῖδα· ὁ δὲ χρυσάωρ, μεδούσης. πῶς δὲ καὶ αὐτὴ ἡ μέδουσα ὑφ' ἡρακλέους ἀναιρεῖται, καὶ ὁ ὀρθὸς πύων, ἀπ' ἀθανάτων γεννηθέντες; ἢ ὅτι κατὰ μέγεθος καὶ κάλλος, θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν.

Schol. Cod. *Victor.* nunc *Monac.* Nro. 16. Fol. 8. *Rect.* οἳ δή τοι· κράτης ἀντὶ τοῦ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται· οἱ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδόεντα: ἀπορία. Πῶς γὰρ αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει: καὶ τῶν λευκιππίδων καταλόγῳ ὑπὸ ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ: λύσις: ἢ ὅτι οὐ πάντας τοὺς ἐκ θεῶν γεγονότας, ἀθανάτους εἶναι συμβαίνει· ὡς φησιν ἡσίοδος ἐν τῇ ἑξῆς γηρυόνου θάνατον, χρυσάορος ὄντος παιδός· ὁ δὲ χρυσάορ μεδούσης ἦν: ἀπορία· πῶς δὲ καὶ αὐτὴ ἡ μέδουσα ἀναιρεῖται ὑφ' ἡρακλέους, καὶ ὀρθὸς ὁ πύων ἀπ' ἀθανάτου γενέσεως ὤν: λύσις: ἢ ὅτι λέγει, κατὰ κάλλος καὶ μέγεθος θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν.

Perieris filius, unius ex Lacedaemoniorum heroibus, fraterque *Apharei* (vid. *Apollod.* III, pag. 313. *Pausan.* IV, 31, p. 571. Ed. Fac. Schol. Pind. Pyth. III, 14.) *Aphidnae* in Laconicâ sitae, regulus (si id recte concludas ex Steph. Byz. pag. 200. ed. Berkel.) genuit tres filias, quarum duas *Hilaïram* atque *Phoeben* ex *Philodice*, tertiam *Arsinoen* aliunde suscepit (Apollod. pag. 314. Schol. *Pind.* Pyth. l. l. et Nem. X, 112. Paus. III, 12, pag. 383.) Puellae ita pulchritudine praestabant (Hygin. fab. LXXX. pag. 154. ed. Van. Stauer.) ut multi proci ipsique immortalium filii ad earum connubia petenda confluerent. Inter eos certe erant *Lyncus* atque *Idas*, *Apharei* filii, patrueles Leucippidum, qui cum voti compotes binas earum *Hilaïram Phoebenque* in matrimonium ducturi essent, atque ad nuptias celebrandas epulas apparassent, Dioscuri ad convivium invitati, puellas rapiunt. Aliter Propertius Eleg. I, 2, 15. „Non sic *Leucippis* succendit *Castora Phoebe*, *Pollucem* cultu non Hilaïra soror", ubi cf. interpp. pag. 27. sq. Ed. *Santen*. Erant autem Lynceus atque Idas, *Messenii*, quamvis ex Laconicâ oriundi, Hygin. LXXX, p. 134. ubi aliter distinguendum videtur. „Idas atque Lynceus, Apharei filii, ex Messenis habuerunt sponsas cet." Scil. interp. Apharei filii ex Messenis, sponsas habuerunt etc. Proles Aphareia dicuntur Ovid. Metam. VIII, 304; Raptas isti in matrimonio

habent Schol. Pind. Nemes. X, 112. pag. 782. Paus. III, pag. 383. Apollod. III, pag. 814. et 323. Raptum *Leucippidum* monumentis antiquae artis expressum memorat Pausanias III pag. 405 et pag. 570. in throno *Amyclaeo* pag. 412, atque etiam in picturis antiquis *Herculanensibus*, si fides *Propertii* interpp. l. l. *Leucippidum* raptum videre licet exhibitum. Cf. *Millin.* Gall. Myth. Tom. II. planch. CXIX. Nro. 523. planch. CXXXVIII, Nro. 515. Obiter vero et quasi in transcursu Ovid. Epist. XVI, 327. „terapuit Theseus, geminas *Leucippidas* illi". Alii autem, quos videre licet ap. *Heynium* ad *Apollodorum* pag. 290, inpr. Ovid. Fast. V, 699. Hygin. l. l. Theocr. Idyll. 22, 137. sqq. narrant, *Apharei* filios raptas armorum vi recuperaturos, manum conseruisse cum *Dioscuris*, et utrumque Castore interfecto hoc singulorum fratrum certamine occubuisse. Alii aliter (*Heyne* ad *Apollod.* p. 290. inpr. Hygin. l. l.) inter quos *Apollodorus* haud dubie vetustorum carminum fide rem ita tradit (pag. 324), *Dioscuros*, qui ex Leucippidibus Messenae raptis, Pollux e Phoebe, Mnesilaon, Castor ex Hilaira Anogon susceperint, postea Idae mala fraude lacessitos bellum intulisse Apharei filiis in eoque una cum adversariis interiisse. Phoeben autem atque Hilairam, ut deorum coniuges et antea, cum virgines essent, Minervae et Dianae

sacerdotes (Hygin. fab. CXXX. init. et *Schradéri* Animadvv. ad *Musaeum* pag. 143) in dearum numerum retulit pia posteritas, eisque templa et sacerdotia et ipsa Leucippidum nomine nominata consecravit (Pausan. III, 16. init. pag. 398.) Tertiam *Leucippi* filiam uxorem duxit *Apollo* (*Apollod.* pag. 314. et *Clemens* quoque *Alexandrinus Arsinoen* solam *Aesculapii* matrem videtur agnoscere, cum in adhortatione ad gentes pag. 20. B. ed. Sylb. has *Apollinis* amicas enumerat: *οὐ ταῦτα ἡ Στερόπη λέγει, οὐδὲ ἡ Αἴθουσα, οὐδὲ ἡ Ἀρσινόη οὐδὲ ἡ Ζευξίππη οὐδὲ ἡ Προθόη, οὐδὲ ἡ Μάρπισσα, οὐδὲ ἡ Ψαμάθη* κ.τ.λ. et de *Coronide* prorsus silet). Ex eâ genuit Aesculapium, qui cum mortuos medicâ ope in vitam restitueret, Iovis fulmine est percussus. Huius facinoris atrocitate pater illius iratus *Cyclopas* necat ideoque e coelo in terram exulat (*Apollod.* p. 317.) Arsinoae autem, *Aesculapii* matri, habiti sunt ut ipsius filiae sororibusque divini honores (Pausan. III, p. 383.). His iam expositis si fidem vetusti Scholii a me supra in medium prolati adhibueris; nihil est omnino, quod dubites, illa omnia *τῷ τῶν Λευκιππίδων καταλόγῳ* fuisse comprehensa. Quo in carmine quam apte versiculi, a *Pindarico* Scholiastâ servati, locum habeant, tam clarum est, ut nihil supra. Accedit id, quod in illis genuinam *Hesiodeae* dictionis indolem licet animadvertere. Cf. enim

frag. ab *Ioann. Lydo* de mens. p. 27. p. 4. Ed. *Opusculi* servatum:

Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον·
κούρη δ' ἐν μεγάροισιν ἀγαυοῦ Δευκαλίωνος
Πανδώρη Διῖ πατρὶ, θεῶν σημάντορι πάντων,
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι τέκε Γραικὸν μενεχάρμην.

Theogon. 1012. *γείνατ' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι,*
Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόντε.

Add. fragg. p. 440. 447. Ed. *Loesn.* — Iam vero etiam luce clarius est, quo illud *Hesiodi* fragmentum referendum sit, quod *Athenagoras* in Leg. pro *Christ.* p. 33. Ed. *Colon.* p. 327. Ed. Venet. exhibet: *περὶ δὲ Ἀσκληπιοῦ Ἡσίοδος μέν· ..... πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε*
Χώσατ', ἀπ' οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
Ἔκτανε Λητοΐδην, φίλον σὺν θυμὸν ὀρίνων,

(Sic locum correxerunt *Hes.* fragg. editores. In utrâque enim *Iustini* editione, quâ ego uti soleo, frag. legitur satis corruptum). Hucusque igitur nostram causam vel potius *Hesiodi* praestitimus sartam tectam. At quid, inquiunt, si hi versiculi ex *Hesiodi* carminibus depromti sunt, iam fiet iis, qui, item ex Hesiodo a Scholiasta infra prolati, matris Aesculapii genus nomenque longe aliter tradunt, ac superiores illi? Sequuntur enim in Scholio vetusto: *ἐν δὲ τοῖς εἰς Ἡσιο-*

δον ἀναφερομένοις ἔπεσι φέρεται ταῦτα περὶ τῆς Κορωνίδος·

Τῷ μὲν ἄρ' ἦλθε κόραξ, φράσσιν δ' ἄρα ἔργ' ἀΐδηλα
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτ' ἄρ' Ἰσχὺς ἔγημε Κορωνὶν
Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Quos versus ex Catalogis desumtos esse manifestum. Igitur unus idemque *Hesiodus*, inquient scilicet, in eodem Carminum corpore eandem fabulam diversimodo enarravit. — Sed cum illo carminum complexu quinque libri comprehensi fuerint, primum omnium videamus necesse est, utrum ex uno eodemque Catalogo τῶν Λευκιππίδων an ex alio ab eo diverso hos verss. laudaverit Scholiasta. Quam ad rem cognoscendam quo citius perveniamus, conferri debent ii *Hesiodei* versiculi, quos in μεγάλαις Ἠοίαις exstitisse oporteat, servati a *Strabone* lib. IX, 304. et XIV, p. 445. Ed. *Casaub.* (frag. XIX, p. 178. *Gaisf.*)

Ἤ οἵη διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο
Νίψατο Βοιβαΐδος λίμνης πόδα παρθένος ἁδμής.

Quorum secundus occurrit etiam ap. *Stephan. Byz.* p. 122. Ed. *Berk.* Lectos enim esse eos in καταλόγῳ, μεγάλαι Ἠοῖαι inscripto, satis indicat praefixum illud ἤ οἵη, quod neque a Scuto *Herculis* abest, cuius totum initium vetusti Scho-

lii testimonio (p. 40. sq. ed. *Heins.*) in quarto i. e. μεγάλαις Ἠοίαις legebatur, neque etiam ab iis fragg., quae ex Ἠοίαις depromta esse veterum commentt. fide constat v. c. Schol. *Pind.* Pyth. IX, 6. ἀπὸ δὲ Ἠοίας Ἡσιόδου τὴν ἱστορίαν ἔλαβεν ὁ Πίνδαρος, ἧς ἡ ἀρχὴ (*Ruhnk.* Ep. crit. p. 107.)

ἦ οἵη Φθίῃ, Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα
Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

Id. Pyth. IV, 35. ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης τὰ ἐν ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις παρατίθεται·

ἦ οἵη Τρίτη πυκινόφρων Μυρτονίκη κ. τ. λ.

Quodsi Homericum hymnum in *Aesculapium* contuleris, ubi legimus: Ἀσκληπιὸν ἄρχομ' ἀείδειν, Τιὸν Ἀπόλλωνος, τὸν ἐγείνατο δῖα Κορωνὶς Δωτίῳ ἐν πεδίῳ, κούρη Φλεγύω βασιλῆος (p. 395. Ed. Wolf.) non dubium est, quin recte *Heynius* ad *Apollod.* p. 276. illos a *Strabone* suppeditatos versiculos coniunxerit cum his (Schol. *Pind.* Pyth. III, 48. p. 528.)

τῷ μὲν ἄρ' ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτὸς
Πυθὼ ἐς ἠγαθέην, καί ῥ' (f. καί τ') ἔφρασεν ἔργ' ἀΐδηλα
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτι Ἰσχὺς γῆμε Κορωνὶν
Εἰλατίδης, φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα. (cf. Schol. v. 46.)

ut omnes ex eodem fonte, catalogo scilicet τῶν μεγάλων Ἠοίων, ab veterum commentatoribus petiti sint. Atque ex eo carmine

etiam *Apollodorus* III, p. 315. sua de Aesculapii genere videri potest hausisse. Ratio denique, quâ in citandis versibus usus est *Pindaricus* Scholiastâ: ἐν δὲ τοῖς εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένοις ἔπεσι clare videtur spectare ad catalogum τῶν μεγάλων Ἠοίων, quem *Hesiodo* derogare veteres erant multo propensiores quam reliquos. Vid. *Athen.* VIII, p. 343. Ed. *Schweigh.* ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοίων κ. τ. λ. παρῴδηται. Vnde fit, ut hoc carmen crebro sine auctoris nomine laudetur v. c. a Sch. *Pind.* Pyth. IV, 35. Sch. *Apoll. Rhod.* I, 118. IV, 57. IV, p. 304. Ed. *Schaef.* Neque iniuria profecto de *Ascraeo* vate, ut illius carminis auctore, prisci addubitaverunt, et verum videntur quasi acu tetigisse. Scholiasta enim *Apollonii Rhodii* non solum ad lib. IV, 57. fabulam in carminibus, quae vulgo *Hesiodo* tribuuntur, tradit diversimodo narratam: τὸν δὲ Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν (intellig. ἐν καταλόγοις, censente *Groddeckio* Üb. die Argon. p. 81.) Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλύκης εἶναι παῖδα εἰληφότα παρὰ Διὸς δῶρον ἐν (l. ἵν) αὐτῷ ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε θέλοι (l. μέλλοι) ὀλέσθαι *) κ. τ. λ.

*) Sic voces singulas correxit *Bastius* (*Schaef.* ad l. l.) partim ex fide *Apollon. Dyscoli* de pron. (p. 366. Ed. *Bekk.* coll. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 198. Ed. *nov.*) libelli, qui priorem versiculi partem exhibet: ἵν ἃ αὐτῷ θανάτου ταμίης, ὅτε μέλλοι ὀλέσθαι (add.

ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις λέγεται τὸν Ἐνδυμίωνα ὑπὸ Διὸς ἀνενεχθῆναι εἰς τὸν οὐρανόν κ. τ. λ. Sed ad II, p. 136. ex utroque carmine (τῶν Ἠοίων et τῶν γυναικῶν καταλόγων) res tam diversas in medium nobis profert, ut una alteri prorsus sit opposita atque contraria: Ἡσίοδος μὲν ἐν ταῖς Ἠοίαις πεπηρῶσθαι φησὶ αὐτὸν (sc. Φινέα) διὰ τὸ δεῖξαι Φρίξῳ τὴν εἰς Σκυθίαν ὁδόν· ἐν δὲ τῷ γ τῶν καταλόγων διὰ τὸ ζωὴν μακρὰν ὄψεως μᾶλλον ἑλέσθαι. Quam rerum enarratarum discrepantiam *Groddeckius* (Üb. die Argon. *Apoll. Rhod.* p. 83.) totum hoc carminum corpus diversis auctoribus attribuendo tam perite sustulit, ut nostra causa, in illustrando Scholiastâ *Pindarico* versata, nulla iam defensione indigeat. Neque enim in eo *Hesiodus* secum ipse pugnat, sed pugnat is cum alio, nescio quo poëta, vel potius dissident inter sese in Aesculapii genere tradendo ii poëtae, *qui ex Ascraei Vatis scholâ prodierunt*, cf. *Boeckh.* de Gr. Trag. Princ. p. 258. *Thiersch* über die Ged. des Hes. p. 29.

Ceterum exemplis ex Eoeis petitis adde, quod apud Eustath. quidem Il. II, p. 200. 49. Ed. Bas. sic exstat: ἦν δίη ὑρίη βοιωτίης τρίφε κούρην, quem versiculum *Ruhnk.* Ep. crit. p. 193. Ed. nov. docte illustrat, in Scholio vero *Veneto* ad Il. II, 3, p. 74. aliter: καὶ Ἡσίοδος λέγων·

Bastius V. D.) De *Endymione*, conf. Creuz. fragg. Historr. p. 57.

ἡ οἵη Τρίη Βοιωτὶης τρίφι κούρην.

Scribe ἡ οἵη Τρίη Βοιωτίη ἔτραφε κούρη

Νυκτῆος..... (id enim ex historiae fide addiderim) et habebis exordium Ἠοίας *Antiopes*, ut Pindarici Scholiastae verbis utar. Vid. *Stephan. Byz.* p. 729. Ed. *Berk.* laudatum iam a *Ruhnk.* l. l. Valck. Diatrib. p. 62. Quin alterum versiculum, si quid his in rebus mera coniectura assequi licet, ita fere suppleverim:

Νυκτῆος, Χθονίου υἱός, δι' Ἀντιόπεια.

Est enim, quod vix opus est monere, ἔτραφε i. q. *crescebat*, ἐτράφη. Add. *Apollod.* III, p. 267. Consentit fere *Gaisford.* ad *Hesiod.* fragm. IV, p. 174. Alia est *Antiope* ap. *Hom.* Od. VII, 200. et fragm. *Hesiod.* 70.

Denique succedat locus, qui quamvis ab Heynio ipso neglectus eius sententiae videri possit quodammodo favere. Sic enim *Tzetza*, ad *Lycophr.* 315, p. 536. καὶ Ἀσκληπιάδης περὶ τοῦ τόπου, οὗ ἀνηρέθη·

ἃ καὶ κυνὸς καλοῦσι δυσμόρου σῆμα. (*Hecubae* sepulcrum) collat. Schol. *Eurip.* Hec. 1272. περὶ τοῦ Κυνὸς σήματος καὶ Ἀσκληπιάδης φησὶν, ὅτι κυνὸς καλοῦσι δυσμόρου σῆμα. Thucyd. VIII, 104: 105, 106. add. Anonym. Vit. Thucyd. p. 37. At praeterquam, quod parum credibile videtur, *Asclepiaden* Tragilensem *scazontibus* perscripsisse τῶν τραγῳδουμένων libros;

cum ne unicum quidem alibi, quod ego sciam, vestigium huiuscemodi scriptionis appareat, non iam *Tragilensem* illum, sed *Asclepiaden Samium*, epigrammatarium, arbitror intelligendum esse. Certe inter eius epigrammata, quae exstant, carmen reperitur scazontibus non dissimile (est enim conditum verss. iambicis *catalecticis*) p. 152. T. I, nro. XXXVII.

Sequitur iam, ut loca scriptorum veterum commemoremus, in quibus Asclepiadis Tragilensis mentio facta est, addita horum explicatione, quae memorabilia in eis offerentur.

1. *Asclepiades Tragilensis* in tragodumenôn libro primo, ap. *Prob.* ad *Virgil.* Geong. III, 266. „Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus Sisyphi filius et Meropes, ut *Asclepiades* in tragodumenon lib. I. ait, habuit equas, quas adsueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius: ipsum autem, cum alimenta deficerent, devorarunt in ludis funebribus Peliae". Spectant haec nostri *Asclepiadae* ad Aeschyli fabulam *Glaucum Potniensem*, de quâ itemque *de* alterâ *Glauco Pontio Hermannus* disputavit in programm. de *Aeschyli Glaucis* ann. 1812. edito, ubi nostri locum invenies p. 4. Nam in *Virgilii* editione omnibus vett. comment. instructâ, quâ ego sum usus, *Probi* scholium nescio quo casu non exstat.

2. *Asclepiades* in tertio *tragodumenon* ap. Schol. *Pind.* Pyth. II, 39. p. 510. Ed. Heyn. *Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν τραγῳδουμένων οὕτω γράφει· „Προσιστοροῦσι δὲ ἔνιοι, ὡς καὶ μανείη ὁ Ἰξίων, ὡς καὶ Φερεκύδης* (fragg. Ed. *Sturz.* p. 218.) *καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ τροχοῦ δὲ κόλασιν αὐτῷ παρεγκεχειρήκασιν. ὑπὸ γὰρ δίνης καὶ θυέλλης αὐτὸν ἐξαρπασθέντα φθαρῆναί φασιν.' οὗτος ἔγημέ Δίαν* (malim *Δῖαν*) *τὴν Δηϊονέως θυγατέρα. ἔθος δὲ τοῖς παλαιοῖς τῶν νυμφῶν τοῖς πατράσι δῶρά τινα προσάγειν, ὡς καὶ Ὅμηρος·* (Il. XI, 244. sqq.)

πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη

Αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς .....

ὁ γοῦν Δηϊονεὺς κατὰ τὸ σύνηθες γήμαντα Ἰξίονα τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τὴν τῶν δώρων εἰσεπράττετο δόσιν· ὁ Ἰξίων δὲ βιαζόμενος παρ' αὐτοῦ καὶ ἀναγκασθεὶς βόθρον διώρυξε καὶ πληρώσας αὐτὸν πυρός, ὡς ἐπὶ εὐωχίαν ἐκάλεσεν. ὁ δὲ ἀπρονόητος ὢν τοῦ μηχανήματος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν πυρὰν, ἔνδον ἔπεσε καὶ κατεκαύθη. Τοῦ δὲ μύσους μηδενὸς καθαρίζοντος τὸν Ἰξίονα, ἀποστραφέντων δὲ αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, μόνος ὁ Ζεὺς οἰκτείρας αὐτὸν ἐκάθηρε τοῦ φόνου καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν τοῦτον ἀνήγαγε, καὶ συνέστιον ἑαυτῷ ἐποιήσατο. (cf. *Aesch.* Eum. 431. Ed. Schütz. quem et ipse *Heynius* laudat: *σεμνὸς προσίκτωρ, ἢν τρόποις Ἰξίονος.*) *ὁ δὲ Ἰξίων μὴ τῆς προ-*

χέρας ὥῃπερ τοῦ Διὸς ἀπομνημονεύσας χάριτος, δευτέρῳ πάλιν ἐπεχειρεῖ ἁμαρτήματι, καὶ εἰς ἔρωτα τῆς Ἥρας κινηθεὶς ἐπεχείρει ταύτῃ συμμίγνυσθαι. ὁ δὲ Ζεὺς καὶ τοῦτο μαθὼν, ὁμοίαν τῇ Ἥρᾳ νεφέλην ἐξετύπωσε καὶ ἀνέπλασεν. ἣν καὶ θεασάμενος Ἰξίων συνεμίχη τε αὐτῇ καὶ ἄγριόν τινα καὶ τερατώδη ἄνδρα ἐκ ταύτης πεποίηκε, Κένταυρον κατονομάσας. ὕστερον μέντοι τροχῷ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τοῦ Ἰξίονος ὁ Ζεὺς προσεδέσμευσε καὶ τὸν τροχὸν ἀειδίνητον παρεσκεύασε". Quae ab Asclepiade memoriae prodita haud dubie ad *Aeschyli* et *Euripidis* Ixionis argumentum illustrandum pertinent. Scripsit enim uterque, ut constat, Ixiona tragoediam, e qua idem Scholiasta *Pindaricus* paullo supra illud Aeschyleum affert: *τὸν δὲ Ἰξίονα οἱ μὲν Ἀντίωνος γενεαλογοῦσιν, ὡς Αἰσχύλος κ. τ. λ.* Alia alii scriptores ex eâdem tragoediâ fragmenta nobis servaverunt. De *Ixione* ipso plura breviter laudat *Heyne* ad Pind. *Pyth.* II, 39, p. 213. ex quibus inprim. cf. Schol. *Eur.* Phoen. 1192. p. 127. sq. ibique *Valcken.* Schol. *Apoll. Rh.* III, 62. p. 224. Ed. Schaef. *Sophoclis* Ixion, fragg. p. 16. Ed. *Br.* in 4to.

3. *Asclepiades* in libro quarto *Τραγῳδουμένων* ap. *Harpocr.* p. 53. Ed. *Gron.* *Δυσαύλης ..... Ἀσκληπιάδης δ' ἐν τετάρτῳ Τραγῳδουμένων, τὸν Δυσαύλην αὐτόχθονα εἶναι*

φησι, συνοικήσαντα δὲ Βαυβοῖ σχεῖν παῖδας Πρωτονόην τε καὶ Νίσαν. Quae ab Harpocratione ex *Asclepiade* tradita egregie illustrat *Clemens Alexandrinus*, vir in graecis literis, quarum largissimis copiis adhuc poterat frui, eruditissimus, cohort. Gent. p. 13. Ed. Sylburg. de *Cerere* filiam amissam circa terrarum orbem quaerente et in *Eleusinis* regionem venienti: ὦκουν δὲ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς· ὀνόματα αὐτοῖς, Βαυβὼ, Δυσαύλης, καὶ Τριπτόλεμος· ἔτι δὲ Εὔμολπός τε καὶ Εὐβουλεύς· βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν· πόιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος· συβώτης δὲ ὁ Εὐβουλεύς· ..... καὶ δὴ ..... ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ, ὁρέγει κυκεῶνα αὐτῇ· τῆς δὲ ἀναινομένης ..... Cf. *Valesii* nott. ad Harpocr. p. 260. Ed. *Gronov.* et *Creuz.* Symbol. Tom. IV. p. 502. *Hesych.* Tom. I, p. 709. *Albert.* ubi *Baubo* est nutrix Cereris. Vides igitur, hîc *Baubo* easdem partes agere in Cereris et Proserpinae fabulis, quas alibi *Iambe*, de quâ vid. H. in *Cerer.* 195. seqq. ibique *Ruhnk.* *Heyn.* ad *Apollod.* p. 26. Tom. I. Philoch. fragg. Lenz. p. 26. Atqui non solum *Triptolemum* a *Sophocle* in scenam productum esse constat, (vid. *Harles.* ad Fabric. catal. fabb. *Soph.* deperdit. p. 212. Tom. II.) sed e doctissimi scholii particulâ, quam in Cod. *Darmst.* feliciter detexi, drama quoque *Iamben* dictum cognovi a tragicorum principe esse conditum. Extrema illius scholii appo-

nam: ἔστι δὲ τὸ φενακίζειν εἰπεῖν καὶ περὶ τοὺς φήληκας· Σοφοκλῆς ἐν Ἰάμβῃ· καὶ φήληκας δὲ φαμὲν πλανῶντας (Cod. πλανῶνας), τὴν ὄψιν, ὡς πεπείρους. Scholium ipsum, in quo de vocis φενακίζειν etymologiâ agitur, videtur pertinere ad *Aristophaneas* fabulas, quarum vid. Plut. 271. cum Schol. Eqq. 630. cum brevi schol. itemque Acharn. 90. *Iamben* drama satyricum esse censet *Hermannus*, quem de hoc fragmento consului. Cum igitur de *Iambes* et *Triptolemi* fabula a veteribus dramatis adhibitâ nostro intragg. exponendum esset, quid mirum, si eandem hâc datâ occâsione etiam alia ac pervulgatâ ratione legimus ab eo enarratam? Add. *Herm.* ad *Orph.* hymn. XLI, 6. Βαυβὼ interpretatus est *Emped.* κοιλίαν, *Sturz.* fragg. p. 537. ut Iambe ita et *Triptolemus*, drama fuit satyricum, cf. *Boeckh.* de tragg. Princip. p. 127.

4. *Asclepiades* in *sexto* libro *tragodumenon* ap. *Hesych.* Tom. II, p. 1112. Ed. *Alb.* Ῥησίαρχος· ὃς ἐρέει τὰ θέσφατα· ἤτοι παρὰ τὴν ῥῆσιν εἴρηκεν· ἢ ὡς Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ τραγωδουμένων, ἄριστον αὐτὸν γεγονέναι ἀληθείαν εἰπεῖν. ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος. Quae a grammatico docte tradita redintegrari debent ex *Photii* Lexico p. 360. Ed. *Herm.* itemque *Suida* p. 258. Tom. III. Ed. Küst. Ῥησίαρχος, ὃς ἐρέει τὰ θέσφατα· παρ' Ἐπιχάρμῳ. ἤτοι παρὰ τὴν ῥῆσιν κ. τ. λ.

οἱ ποιηταὶ συμφωνοῦσι, τελευτῆσαι μὲν αὐτὸν ὑπὸ Μαχαιρέως, ταφῆναι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ τὸν οὐδὸν τοῦ νεώ. μετὰ δὲ ταῦτα Μενέλαον ἐλθόντα ἀνελεῖν, καὶ τὸν τάφον ποιῆσαι ἐν τῷ τεμένει". Τὸν Μαχαιρέα φησὶν υἱὸν εἶναι τοῦ (add. *Heyne*) Δαίτα. Quae omnia ad id tragoediarum argumentum exponendum spectant, in quo pertractando *Tragici*, nominatim *Euripides* (in *Andromache*) certatim elaborarunt. Cf. *Heynium* ad Nem. Pind. VII, p. 506. sqq. qui omnia ad hanc historiam illustrandam necessaria paucis verbis comprehendit.

7. *Asclepiades* in tragodumenis ap. *Harpocr.* p. 118. Ed. *Gron.* Μελανίππειον, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος. Μελανίππου τοῦ Θησέως ἡρῷόν ἐστι, ὡς φησιν Ἀσκληπιάδης τραγῳδουμένοις. De *Ennii* Menalippâ, *Euripidis* atque *Attii* Poëtae tragoediâ *Melanippo* cf. *Delvius* ad fragg. p. 181. Poëtt. latt.

8. *Asclepiades* in *tragodumenis* ap. Schol. *Apoll. Rh.* II, 178 – 182. Ἀγηνορίδην δὲ τὸν Φινέα φησίν, ὅτι κατὰ μὲν Ἑλλάνικον (p. 83. p. 110. Ed. Sturz.) Ἀγήνορός ἐστιν υἱός· κατὰ δὲ Ἡσίοδον (sic leg. pro Φινέα ex Schol. edit.) Φοίνικος. τοῦ Ἀγήνορος καὶ Κασσιεπείας. Ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ Ἀσκληπιάδης φησὶ καὶ Ἀντίμαχος (fragg. p. 86. Ed. *Schellenb.*) καὶ

Aesculapiis T. L. Lydus de mens. p. 125. in medium profert: δεύτερος, *Ἰσχύος τοῦ Ἐλάτου καὶ Κορωνίδος*, *ὁρίοις* (vox corrupta, quam corrig. arbitror in *Κυνοσούροις*, ex ipso Cicerone, qui de altero Aesculapio ita: „is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris“) *ἐτάφη· τρίτος Ἀρσίππου καὶ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου.* Habemus igitur utriusque *Aesculapii* sive *Aesculapiorum* matri *mortales* pro *immortali* Apolline patres adiunctos. Ceterum ad quam veterem tragoediam illa, quae de *Orphei* genere *Asclepiades* exposuit, referenda sint, non mirum tot fabulis iam pridem penitus deperditis si nihil nobis hodie compertum est. Quamquam in *Argonautarum* expeditione enarrandâ etiam ad *Orpheum* videri potest noster descendisse. Cf. *Heyne* l. l. p. 13. Observv.

6. *Asclepiades* in libris tragodumenon ap. Schol. *Pind.* Nem. VII, 62. p. 40. sq. *Ἀσκληπιάδης διὰ *) τῶν τραγῳδουμένων φησὶν οὕτως· περὶ μὲν οὖν τοῦ θανάτου σχεδὸν ἅπαντες*

*) Sic quoque solet citari vid. vit. *Arat.* p. 429. Ed. Buhl: *Καλλιμάχου, Πολυΐστορος ἀνδρὸς καὶ ἀξιοπίστου, Σολέα λέγοντος αὐτὸν γεγονέναι διὰ τούτων.* S. *Maximi* in prooemio ad *S. Dionysii* Areop. p. XXXIV. Ed. *Antwerp.* II. Tom. *ὡς ἱστορεῖ φιλόχορος διὰ τῆς τρίτης τῶν αὐτῶν Ἀτθίδων.* *Androt.* fragg. p. 111. Cf. Argum. Oed. Colon. Actt. *Monacc.* p. 326. fasc. III.

expeditio tragoediarum suppeditavit argumenta, quas imitati sunt Latini poëtae v. c. *Attius*, fragg. p. 129. 130. *Delv.* *Phineum* drama satyr. fuisse putat *Boeckh.* de Grr. tragg. Princip. p. 127.

9. *Asclepiades* in *tragodumenis* laudatus à *Porphyrio* in Schol. *Venet.* III, 325. *Πορφύριος φησιν ἱστορεῖν τὸν γράψαντα τὰ τραγῳδούμενα ὅτι ὁ Ἀρέψας τὸν Πάριν νομεὺς Ἀρχιάλας ἐκαλεῖτο.* *Heynius* ad Apollod. III, 12, p. 333. corrigi vult *Ἀρχίλαος*; quem de hâc re confer. Quam varie Priamidarum fata Tragici veteres magno tragoediarum numero exornaverint, non est, quod operose demonstrare conemur. Vel maxime igitur necesse erat, *Priamidarum* historiam tradi in libris *tragodumenon.*

10. *Asclepiades* in *tragodumenis* ap. Schol. *Venet.* Il. VI, 155. p. 160. cuius verba ita laudabo, ut in Cod. *Darmst.* a me collato leguntur: *ὅτι ..... Βελλεροφόντης μετωνομάσθη* (Villois. *ἐκλήθη*)· *ἦν δὲ φύσει μὲν ..... λαβὼν οὖν παρὰ Ποσειδῶνος τὸν ἐκπεπηδηκότα τοῦ τραχήλου Μεδούσης καρατομηθείσης ὑπὸ Περσέως Πήγασον, ἵππον πτερωτόν, καὶ δράσας τὸν φόνον, φεύγει εἰς Ἄργος* (Villois. *λαβὼν δὲ παρὰ Ποσειδῶνος τὸν Μεδούσης τῆς Γοργόνος Πήγασον, πτερωτὸν ἵππον· διὰ γὰρ τοῦτο ἔσχε καὶ τὴν προσηγορίαν, ὅτι ἐκπεπηδή-*

καὶ ἐκ τοῦ τῆς Γοργόνος τραχήλου, τούτῳ ἐπωχεῖτο [sic leg. pro ἐπῳχείτο]· δράσας δὲ ἐμφύλιον φόνον· Βέλλερον γάρ τινα, ὡς ἔφην, τῶν πολιτῶν ἀποκτείνας, φεύγει εἰς Ἄργος) καὶ τυχὼν παρὰ Προίτου καθαρσίων (Villois. τυχὼν δὲ καθαρσίων παρὰ Προίτου τοῦ βασιλέως) μετ' αὐτοῦ (m. rec. in C. suprasc. παρ' αὐτῷ) διέτριβεν. Εἶτα ἐπιμανεῖσα ἐρωτικῶς αὐτῷ ἡ τοῦ Προίτου γυνὴ Ἀντεια, οὐκ ἐπείθετο (corr. m. rec. οὐκ ἔσχε πειθόμενον) τὸ ὅσιον δεξιούμενος (corr. m. rec. δεξιούμενον) (Villois. Ἀντεια δὲ ἡ Προίτου γυνή, ἐρασθεῖσα τοῦ Βελλεροφόντου, ἐδεῖτο ὅπως αὐτῇ συνευνασθῇ· ὁ δὲ δεξιούμενος τὸ ὅσιον, ἀντέλεγεν)· ἡ δείσασα μὴ φθάσας ἐξείπῃ τοὺς αὐτῆς ἔρωτας (post αὐτῆς suprascr. αὐτός) διαβάλλει τὸν ἄνθρωπον (suprasc. m. rec. πρὸς τὸν ἄνδρα), ὡς ἄρα εἴη πρὸς αὐτοῦ βεβιασμένη (suprasc. m. rec. ἐπ' αὐτῷ) (Villois. ἡ δὲ Ἀντεια δείσασα μὴ τῷ Προίτῳ προσβαλὼν ἐξείποι τοὺς αὐτῆς ἔρωτας, ἔφθασε τὸν Βελλεροφόντην, κατειποῦσα ὡς ἄρα εἴη βεβιασμένη πρὸς αὐτοῦ)· ὁ δὲ διὰ τοὺς καινοὺς ἄλας μὴ δεῖν κρίνας αὐτόχειρ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, πρὸς τὸν πενθερὸν Ἰοβάτην εἰς Λυκίαν παραπέμπει, ἀδοκήτως καθ' αὐτοῦ κομίζοντα γράμματα (Villois. ὁ δὲ Προῖτος αὐτόχειρ μὲν οὐκ ἠβουλήθη τὸν Βελλεροφόντην ἀποκτεῖναι· πέμπει δὲ αὐτὸν εἰς Λυκίαν πρὸς κ. τ. λ.)· ὁ δὲ πολλοῖς αὐτὸν ἐγγυμνάσας ἄθλοις, ὡς ἐῴρα ἀνάλωτον (Villois. οὐχ ἑώρα φθειρόμενον) ὑπο-

τοπήσας (Villois. ὑπετόπησε) τὴν κατ' αὐτοῦ στρατηγηθεῖσαν (cf. *Plut.* Vit. *Timol.* XI. init.) διαβολὴν (Villois. δεινὴν καταβούλην) ἔδωκεν αὐτῷ (Villois. τοσοῦτον γὰρ κακῶν ὄχλον τῇ δυνάμει κατηγωνίσατο· ἔδωκε δὲ κ. τ. λ.) πρὸς γάμον τὴν θυγατέρα Πασάνδραν (Villois. τὴν ἰδίαν θυγατέρα Κασάνδραν) καὶ τῆς βασιλείας μοῖράν τινα. λέγεται δὲ αὐτὸν ἐπαρθέντα τοῖς κατορθώμασιν (Villois. ἐφ' οἷς ἔπραξε) ἐπιθυμῆσαι (Villois. θελῆσαι, quod est in marg. C. *Darmst.*) ἔφιππον ἀναπτῆναι εἰς οὐρανὸν καὶ τὰ ἐκεῖ κατοπτεῦσαι (Villois. μετὰ τοῦ Πηγάσου τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι, τὰ γὰρ νῶτα, ὡς ἔφαμεν, πτερωτὰ εἶχεν ὁ ἵππος)· τὸν δὲ Δία μηνίσαντα οἴστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ· καὶ ἀποσφαιρισθέντα τὸν ἀναβάτην εἰς τὸ ἀπ' αὐτοῦ κληθὲν Ἀλήϊον πεδίον πεσεῖν (Villois. ὥστε ἐκπεσεῖν μὲν τὸν Βελλεροφόντην, καὶ κατενεχθῆναι εἰς τὸ τῆς Λυκίας πεδίον τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον Ἀλήϊον πεδίον) καὶ ἀλᾶσθαι πεπηρωμένον· τὸν μέντοι ἵππον Ἠὼς (sic leg. pro Ἠὼ Cod.) δεηθεῖσα τοῦ Διὸς δῶρον λαμβάνει, ἵν' ἁμοχθὶ τὰς κοσμικὰς περιέρχοιτο περιόδους· (Villois. ἀλᾶσθαι δὲ κατὰ τοῦτο, πηρωθέντα δὲ τὸν ἵππον λαβεῖν τὴν Ἠὼ δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς δῶρον πρὸς τὸ ἀκόπως παριέναι (leg. περιϊέναι) τὰς τοῦ κόσμου περιόδους·) οὕτως Ἀσκληπιάδης ἐν τραγῳδουμένοις (Villois. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ ἐν τρ.) Quae fabula fusius ab *Asclepiade* enarrata continet ar-

gumenta *Sophocleae Tragoediae Iobatae*, et Euripidearum *Bellerophontis* et *Stenoboeae* fragg. ed. Brunk. p. 16. Ed. 4to. De eâdem vid. *Heynium* docte disputantem ad *Apollod.* p. 113. sqq. Nott. Ceterum ex Scholiasta *Homerico* hanc totam narrationem transscripsit *Apostolius* Proverbb. centur. VI, 46, p. 71. parvâ lectionum varietate insignem.

11. *Asclepiades* in tragodumenis ap. Schol. *Venet.* VII, 467. p. 188. ex eoque *Apostol.* Proverbb. Cent. XI, 98, p. 143. *Λήμνιοι τὰς ἐξ ἴδους τῇ Ἀφροδίτῃ θυσίας μὴ ἀποδιδόντες καθ' αὑτῶν θάνατον ἐνομοθέτησαν· τὴν γὰρ θεὸν λέγεται ὀργισθεῖσαν τοῖς μὲν ἀνδράσιν ἴμερόν τινα τῶν Θρακίων ἐμβαλεῖν γυναικῶν, τῶν δὲ ἰδίων ἀμελῆσαι καὶ καθέζεσθαι ἐφ' ἡσυχίας· διέβαινον οὖν εἰς τὴν Θράκην* * (excidisse videtur aliquid, f. τὰς ἐνταῦθα, ut habet *Apost.*) περιέποντες· ταῖς δὲ γυναιξὶ τῶν Λημνίων ἔκτοπον λύσσαν ἐμπεσεῖν ὥστε ψηφίσασθαι πάσας ἀνδροκτείνειν (leg. f. ἀνδροκτονεῖν Apostol. ἀνδροκτανεῖν), καὶ μὴ τῆς ἐπιβουλῆς ταύτης ἀποτυχεῖν. γενομένου δὲ τούτου (ins. ex Apost. τοῦ) ἀτυχήματος περὶ τοὺς ἄνδρας, λέγεται τὸν Ἰάσονα μετὰ τῆς Ἀργοῦς ἐξοκείλαντα (Villois. vitiose: ἐξωκειλαντα) τῇ κρατίστῃ πασῶν Ὑψιπύλῃ μιγῆναι· ἐξ ἧς φασὶ γενέσθαι τὸν Εὔνηον (Apost. perperam Εὔηνον.) ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ ἐν τοῖς

τραγῳδουμένοις. Breviter eandem rem attigit *Eustathius* Il. p. 571, 1. sqq. nullâ *Asclepiadis* mentione factâ. Spectat utriusque explicatio ad Il. VII, 468. πολλαὶ τὰς προέηκεν Ἰησονίδης Εὔνηος, τόν ῥ' ἔτεχ' Ὑψιπύλη ὑπ' Ἰήσονι, ποιμένι λαῶν. Multi de hâc fabulâ exposuerunt, quos conferas ap. *Heynium* ad *Apollodor.* p. 75. et interpp. ad *Hygin.* p. 57. Nec mirum, quod eam legimus ab *Asclepiade* in tragodumenis traditam; elaborarunt enim in tractando eo fabularum argumento tragicae Musae triumviri, *Aeschylus*, *Sophocles*, atque *Euripides*. Scripserunt autem hic et ille *Hypsipilen*, iste *Lemnias*. Fragg. Ed. *Brunk.* 4to. p. 21. *Heyne* l. l. Nomen filii, quem *Iason* ex *Hypyspile* suscepit, quadruplici modo flexisse videntur Graeci, Εὔνηος, quae forma ap. *Hom.* occurrit VII, 468. atque XXIII, 747. ὦνον ἔδωκεν Πατρόκλῳ ἥρωϊ Ἰησονίδης Εὔνηος. Et inde etiam apud alios scriptores, velut apud *Apollodor.* I, p. 84. cum Heyn. nott. critt. Schol. Venet. l. l. Apostol. l. l. Hygin. p. 58. ed. Staveren, ubi est: Euneum (al. Eunaeum) quo tamen etiam graeca forma Εὐνεύς expressa videri potest. *Hesych.* Lexic. p. 1515. I. Tom. Ed. *Albert.* Suid. p. 897. I. Tom. Ed. Küst. — Secunda est Εὔνεως, quam cum superiori agnoscit Eustathius ad Il. p. 1451, 11. atque Odyss. XI, p. 1681. Ed. Rom. cum Photio s. v. Εὐνεῖδαι. Itemque is, qui in Cod. *Darm-*

stad. proverbium *Λήμνια κακά*, ita explicat: *ὠργίσθη καὶ Ἀφροδίτη Λημνίοις μὴ τὰς ἐξ ἔθους θυσίας ἀποδιδοῦσιν αὐτῇ· καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἴμερόν τινα γυναικῶν ὑπερόριον* (leg. *ὑπερορίων*) *ἐνέσταξεν* (vox elegans atque scriptoribus genuinam elegantiam sectantibus usurpata: Odyss. II, 271. *εἰ δή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠῦ.* Herodt. IX, 3. init. *ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος.....*) *τῶν οἰκείων ὑπεριδοῦσιν· ὅθεν αἱ Λήμνιαι ζηλοτυπήσασαι ἐξεπολεμώθησαν πρὸς αὐτούς. ὕστερον Ἰάσων εἰς Κόλχους στελλόμενος προσέσχε τῇ νήσῳ, καὶ τῇ κρατίστῃ πασῶν Ὑψιπύλῃ ὡμιληκὼς γεννᾷ τὸν Εὔνεων.* Tertia eiusdem nominis *Εὐνεύς* reperitur ap. Schol. *Vet.* IX, 664. de quâ nolim equidem dubitare, cum patronymicum *εὐνεῖδαι* nonnisi ab *Εὐνεύς* iure possit descendere. Monet hoc *Etym. M.* p. 393. 34. *Εὐνεῖδαι Ἀθήνησι γένος μουσικόν· ἀπὸ Εὐνέως τοῦ Ἰάσονος καὶ Ὑψιπύλης. γράφεται διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὡς ἀπὸ τῶν εἰς ευς* i. e. *ut scribi solent patronymica, quae a nominibus* in *ευς desinentibus deducta sunt.* Ita loquuntur grammatici veteres brevitatis studiosissimi. *Bast.* ad *Greg. Cor.* p. 34. sqq. Eandem formam *Εὐνέως* ut ab *Εὐνεύς* tuetur etiam Lex. *Cyrilli* msc. ab *Albertio* ad *Hesychium* p. 1515. Tom. I. laudatum. Quod autem Etymologus cautissimus addit: *γράφεται διὰ τῆς ει διφθόγγου*, spectare videtur eos grammaticos, qui *Εὐνίδαι*,

temere scribant; scripsit certe ita hoc patronymicum *Suidas* p. 896. Ed. Küst. I. Tom. De variis corruptelis huius nominis cf. *Vales.* ad *Harpocr.* p. 81. sq. Ed. *Gronov.* – *Εὔνεως, Εὐνείδης, Philem.* Lex. Technol. p. 15, 42. Quartum denique *Εὔνοος* exhibet, si lectio vera, auctor descriptionis anaglyphorum, quae in templo Apolloniadis extiterunt, X, p. 177. Ed. Iacobs *ἐν τῷ κατὰ δύσιν πλευρῷ ἐστιν ἐν ἀρχῇ τοῦ Ἰ πίνακος Εὔνοος γεγλυμμένος καὶ Θαός.* Inprimis autem Graecis placuit, in nominibus propriis flexiones procudere diversissimas. Veluti, ut ab antiquissimis poëtis initium faciam, Hom. Od. X, 106. *Λαιστρυγόνος Ἀντιφάταο*, quod est ab *Ἀντιφάτης*, ibid. 114. *κλυτὸν Ἀντιφατῆα*, tamquam ab *Ἀντιφατεύς*. Od. XXII, 136. *Ἀγέλαε Διοτρεφὲς*, ut ab *Ἀγέλαος*, vs. autem 131. *Ἀγέλεως*, quod serioris esse Ionismi infra videbimus. Aliis locis vss. 212. 241. 327. occurrit *Ἀγέλαος*. XXII, 135. *Μελάνθιος*, 152. *Μελανθεύς*. Sic *Μάκαρ.* Hom. Il. XXIV, 544. Hym. in Apoll. 37. *Μάκαρος*, vid. *Matthiae* animadv. hym. p. 116. atque etiam *Μακαρεύς*, ap. *Ovid.* Epist. XI. Canace *Macarèo.* Item *Περσαῖος* et *Πέρσης* Matthiae animadvv. p. 357. 24. *Δίοκλος, Διοκλῆς, Ἴφικλος, Ἰφικλῆς, Πιτροκλος, Πατροκλῆς. Ruhnk.* et *Matthiae* animadvv. Hym. H. p. 377. *Bast.* comment. palaeogr. p. 117. coll. iis, quae idem V. D. in addend. p. 910. ex

Grammatico C. *Darmstadini* affert. cf. Philem. Lex. p. 4. *Μαῖα* et *Μαιάς*, Gen. *Μαιάδος* in Hym. in Merc. 57 *καὶ Μαιάδα καλλιπέδιλον*. *Eurip.* Helen. 248. 1686. *Μαιάδος*. – *Μεμβλίαρος* atque *Μεμβλιάρης* ap. *Herodt.* IV, 147. *ἀπόγονοι Μεμβλιάρεω τοῦ ποικίλεω*, ibidemque *Μεμβλίαρον*. *Κροῖσος* et *Κροίσης*, ap. eund. VIII, 122. fin. *ἀγχοτάτω τοῦ Κροίσεω κρητῆρος*. *Βάττος* et *Βάττης*, id. IV, 155. 156. 157. 162. – 159. c. 160. *Βάττεω*, tamquam a *Βάττης*. *Κλεάμβροτος* et *Κλεομβρότης*, idem V, 22. *Παυσανίης ὁ Κλεομβρότεω*. *Wesseling.* ad Herodt. IV, 147. Atque in vulgus pervulgatum est, ea nomina propria, quae a poëtis vetustissimis et ex aliqua parte etiam a serioribus scriptoribus in *αος* terminantur, flecti ab *Herodoto* in *εως*, v. c. IX, 103. *καὶ στρατηγὸς Περίλεως*; pro *Περίλαος*, VII, 33. IX, 116. *Πρωτεσίλεω*, pro *Πρωτεσιλάου*. *Ἀμφιάραος* est igitur apud *Herodotum* *Ἀμφιάρεως* I, 46. 49. 52. 92. al. *Μενέλαος*, *Μενέλεως*, quod etiam Atticis frequens. Eius tamen terminationis vestigia exstant iam in ipsis poëtis antiquissimis: Od. XXII, 131. *Ἀγέλεως*, quod supra posuimus, Il. I, 403. *ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί*, *Hesiod.* Theog. 617. *ᾧ Βριάρεῳ τὰ πρῶτα πατὴρ ὠδύσσατο θυμῷ* ... . cuius nominis altera forma *Βριάραος* nusquam, quod mirum est, invenitur, ut illa superior inde ab antiquissimis temporibus sola mane-

at in veteri possessione. Similiter dicuntur *Μενέλαος*, *Μενέλεως*, *Μενέλας* v. c. *Eurip.* Troad. 216. *ἔνθ' ἀντάσω Μενέλᾳ δούλα*, 1107. *εἴθ' ἀκάτου Μενέλα*. Add. Rhes. 257. — *Ἀρκεσίλαος*, *Ἀρκεσίλας*, alia, quae partim invenies ap. *Hemsterh.* in *Arist.* Plut. p. 207. et p. 325. Ed. Lips. — Sed ut redeamus, unde nostra oratio deflexit, de proverbio illo *Λήμνια κακά* locus classicus exstat apud *Herodt.* VI, 138 cuius extrema apponam: *ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ἔργου καὶ τοῦ προτέρου τούτων τὸ ἐργάσαντο αἱ γυναῖκες, τοὺς ἅμα Θόαντι ἄνδρας σφετέρους ἀποκτείνασαι, νενόμισται ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τὰ σχέτλια ἔργα πάντα, Λήμνια καλέεσθαι* (coll. *Aeschyl.* Choeph. 627. *κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον λόγῳ.*) Ex *Herodoto* idem proverbium explicatur apud *Apostol.* XI. Cent. 96, p. 142. cuius loci item posteriora duntaxat transscribamus, partim, ut rei, quam cum maxime tractamus, magis congrua, partim ut naevos inveteratos hâc datâ occasione inde abstergeamus: *μετὰ δὲ ταῦτα αἱ Λήμνιαι γυναῖκες ἀνεῖλον τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας πάντας καὶ τοὺς σὺν Θόαντι ἅμα ταῖς τῶν Θρακῶν γυναιξίν· ὅτι αὐταῖς οὐ προσεῖχον ἐπὶ τῇ δυσωδίᾳ· ἦν Μύρσιλον μὲν* (leg. *Μυρτῖλος μὲν*) *διὰ τὸν τῆς Μηδείας ἐπὶ Ὑψιπύλῃ ζῆλον κατασχεῖν. Καύκασος δὲ φησιν, ὅτι ἔθος ἦν τοῖς Λημνίοις κατ' ἔτος θύειν τῇ Ἀφροδίτῃ. περιδόντες* (leg. *περιϊδόντες*) *οὖν τὸ τοιοῦτον ἐτήσιον ἔθος,*

σχεδὸν οὐ μνήμην ἐποίουν αὐτῆς. αὕτη δὲ ὀργισθεῖσα ἐπέβαλε ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν δυσωδίαν· δι' ἣν οἱ ἄνδρες αὐτὰς ἀπεστρέφοντο· αἱ δὲ ὀργισθεῖσαι ἀνεῖλον τοὺς ἑαυτῶν ὁμευνέτας· μόνη δὲ ἡ Ὑψιπύλη ἔσωσε τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Θόαντα. διὰ ταῦτα οὖν καὶ ἡ παροιμία ἐδόθη· τὰ Λήμνια πακά. Myrtilum enim, vetustum rerum scriptorem, causam mali illius odoris, quo Lemniae mulieres omnes infectae fuissent, ita tradidisse, totumque igitur casum post Argonautarum expeditionem reiecisse, patet non solum ex *Scholiasta* Apollonii Rhod. I, 615. *Μυρτῖλος* (sic Cod. *Paris.*) *ἐν πρώτῳ Λεσβικῶν διαφέρεται καὶ φησὶ τὴν Μήδειαν παραπλέουσαν διὰ ζηλοτυπίαν ῥίψαι εἰς τὴν Λῆμνον φάρμακον καὶ δυσοσμίαν γενέσθαι ταῖς γυναιξίν· εἶναί τε μέχρι τοῦ νῦν κατ' ἐνιαυτόν ἡμέραν τινά, ἐν ᾗ διὰ τὴν δυσωδίαν ἀποστρέφονται τὰς γυναῖνας ἄνδρες τε καὶ υἱεῖς* (*et viri et iuvenes.* Sic vice versâ *νεανίας* pro *υἱός*, de quo usu Doederlein ad *Soph.* Oed. Col. p. 41.) sed etiam ex *Suidâ* s. v. *Λήμνιον*. *Myrtilum* secutus est *Antigonus Caryst.* 130. quem laudat *Heynius* ad *Apollod.* p. 75. Ea vero, quae ex Caucasi fide paroemiographus exposuit, amplexi sunt potissimum Scholiasta *Venetus* ad *Homeri* Iliada, *Apollonii Rhodii* I, 609 – 619. pag. 49. ed. Schaef. Hygin. XV, pag. 57, et is, qui in Cod. *Darmstadino* de eodem proverbio paucis dixit, ut supra iam monuimus. Extremo loco

adiungamus breviusculam huius similisque adagii explicationem qualis legitur in paroemiorum collectione, quam Cod. Monac. nro. 263. continet: fol. 433. *Λήμνιον κακὸν βλέπων. πυρῶδες. καὶ παροιμία Λήμνιον κακόν. ἐκ γὰρ Ἀθηνῶν ἁρπάσαντες γυναῖκας οἱ Λήμνιοι καὶ τεκνοποιήσαντες ἐξ αὐτῶν κατέσφαξαν αὐτὰς μετὰ τῶν τέκνων. ὅθεν τὰ μεγάλα κακὰ Λήμνια λέγονται.* Vid. enim *Herodt.* l. l. *Apostol.* l. l. *Didym.* comm. ad *Eur.* Hecub. 887. *Philochor.* apud Schol. Venet. T. 594. (fragg. *Philoch.* pag. 14.) *Suidae* Lex. pag. 441. Tom. II. unde locus Cod. *Monac.* miserrime excerptus est. *Λημνίαι* Comoed. Arist. fragm. pag. 211. Br. 254 — 256. fragg.

12. *Asclepiades* Tragilensis in *tragodumenis* ap. Schol. *Hes.* Theog. 223: p. 250. Ed. Heins. *κακὴν ὄπιν*] *τὴν ἐξ ἐπιστροφῆς γινομένην ἀπόδοσιν. Ὅμηρος τὸ μὲν πρᾶγμα οἶδε τὴν θεῶν νέμεσιν. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τοῖς τραγωδουμένοις εἰς κύκνον φησὶ μεταβληθῆναι τὸν Δία καὶ Νεμέσει μιγῆναι.* Quo in scholio omnia verba inde ab *Ὅμηρος*..... in sequens, quo versus Hesiodeus 223. illustratus, sic fere mihi videntur transferenda: *τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν*] *τὴν μέμψιν, τοῖς κακοῖς δηλονότι. ὡς ἐὰν ὑβρίσῃς πένητα, μέμψις αὕτη· ἐὰν δὲ ἀδικήσῃς, δίκη ἐνταῦθα ἐπακολουθεῖ. Ὅμηρος τὸ μὲν πρᾶγμα οἶδε τὴν*

θεῶν νέμεσιν ..... (leg. fortasse τὴν θεόν; neque enim de *diis* tantum, sed etiam de *hominibus* usus est hoc vocabulo Homerus: Od. XXII, 40. οὔτε τιν' ἀνθρώπων νέμεσιν .... coll. Od. XX, 330. Il. III, 156. XIII, 122. quos locos ex parte iam laudat *Schneiderus* Lex. gr. s. v.) Quae hîc ab *Asclepiade* tradita leguntur, eadem reperias *Apollodori* auctoritate confirmata, qui Bibl. III, 10, p. 320. Ed. H. ταύτην γάρ, inquit, (sc. Νέμεσιν) τὴν Διὸς φεύγουσαν συνουσίαν, εἰς χῆνα τὴν μορφὴν μεταβαλεῖν· ὁμοιωθέντα δὲ καὶ Δία τῷ κύκνῳ συμπλεῖν ..... coll. *Heynio* observv. h. l. p. 285. quem nec *Asclepiadis* locus fugit; inprimis autem *Munkero* atque *van Staveren* ad *Hygin.* fabb. p. 150. sq. Quo autem haec ab *Asclepiade* dicta pertineant, non difficile est explorare. Repetendum enim erat tragodumenon scriptori *Helenae* genus, veterum tragoediis celebratissimae, nominatim *Sophoclis* Ἑλένης ἀπαιτήσει, Ἑλένης ἁρπαγῇ atque Ἑλένης γάμῳ.

13. *Asclepiades Tragilensis* in tragodumenis ap. Schol. *Eur.* Orest. 1645. ubi de Oreste: ὁ γὰρ Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, ὑπὸ ὄφεως αὐτὸν δηχθέντα ἐκεῖ τελευτῆσαι, et extremo scholio paene eadem leguntur: Ἀσκληπιάδης ἐν Ἀρκαδίᾳ φησὶ, τὸν Ὀρέστην ὑπὸ ὄφεως ἀναιρεθῆναι ἑβδομήκοντα ἐτῶν. Locus classicus de *Oreste* in *Arcadia* sepulto exstat apud *Herodt.*

I, 67. 68. qui Lacedaemoniis consulentibus *Apollinem* ubinam terrarum Orestis ossa condita essent, hoc oraculum editum esse perhibet:

"Εστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,
"Ενθ' ἄνεμοι πνείουσι δύο κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
Καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται·
"Ενθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα.
Τὸν σὺ κομισσάμενος, Τεγέης ἐπιτάρροθος ἔσσῃ.

Idem oraculum legitur etiam in schol. ad *Aristid.* Tom. II, p. 172. et *Febb.* Homericum est illud: κατέχει φυσίζοος αἶα, Il. III, 243. Od. XI, 301. insolens vero ac paene inauditum ἐπιτάρροθος pro ὑπέρτερος vel simili quodam usurpatum. Cf. tamen *Hesych.* Tom. I, p. 1594. ἐπιτάρροθος. ἰσχυρὸς, βοηθὸς, σύμμαχος, ibique *Alberti.* Quomodo autem haec ab *Asclepiade* tradita ad veteres tragoedias pertinuerint, ineptus et vere putidus sit, qui talia velit operose demonstrare.

14. *Asclepiades Tragilensis* in tragoumenis ap. Schol. *Eurip.* Alc, 2. Θῆσσαν τράπεζαν „ἡ διὰ στόματος καὶ δημώδης ἱστορία περὶ τῆς Ἀπόλλωνος θητείας παρ' Ἀδμήτῳ, αὕτη ἐστὶν, ἣ κέχρηται νῦν Εὐριπίδης. οὕτω δέ φησι καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν τραγῳδουμένοις". Attigit igitur *Asclepiades* fabulam quoque de Apollinis servitio, quod is per anni spati-

um apud *Admetum* servivit; ob *Cyclopum* caedem a Iove coelo expulsus; cum et *Euripidis* Alcestis et alia *Sophoclea* tragoedia, in quâ *Admetus* item personam egit (cf. ind. tragg. deperd. *Soph.* ap. *Fabric.* p. 203. Ed. *Harles.*) nos docere possint, veteres tragicos ἱερὸν illum λόγον de *Apollinis* exilio in fabulis condendis non prorsus refugisse. *Eumelus* fortasse (fragg. *Soph.* p. 14. Ed. in 4to. *Brunk.*) Add. Mus. crit. P. II. p. 144.

15. *Asclepiades Tragilensis* in tragodumenis ap. *Apollod.* Bibl. II, 1. 3. p. 114. Ed. min. *Ἄργον τὸν πανόπτην, ὃν Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει υἱόν· Φερεκύδης δὲ, Ἰνάχου*; ubi nomina *Ἀσκληπιάδης* et *Φερεκύδης* invicem transponenda vidit *Heyn.* in nott. critt. ad h. l. cum *Pherecydes* Argum fecerit *Arestoris* filium, teste Schol. ad *Eur.* Phoeniss. 1123. Huic fragm. iunge alterum ap. eundem *Apoll.* III, 1. p. 245. *Μίνως δὲ Κρήτην κατοικῶν, ἔγραφε νόμους. καὶ γήμας Πασιφάην τὴν Ἡλίου καὶ Περσηΐδος, ὡς* (add. f. δὲ) *Ἀσκληπιάδης φησὶ, Κρήτην τὴν Ἀστερίου θυγατέρα.* Iure autem pertractavit *Minois* fabulam in *tragodumenis Asclepiades* noster, cum tragg. principes ex ea tragoediarum materiam peterent.

16. *Asclepiades* in *tragodumenis* (haud dubie) ap. Schol. *Eurip.* Phoen. 45. p. 16. sq. Ed. *Valck.* *Ἀσκληπιάδης δὲ λέγει τοὺς Θηβαίους εἰς ἐκκλησίαν καθ' ἑκάστην ἀθροίζεσθαι διὰ τὸ δυσαίνιγμα τῆς Σφιγγός. λόγιον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν κακῶν, πρὶν ἂν τοὺς τῆς Σφιγγὸς λύσειαν χρησμούς· ὁπότε δὲ μὴ συνίοιεν, ἁρπάζειν αὐτὴν ὅντινα ἂν τῶν πολιτῶν βούλοιτο.* Ibid. 50. p. 17. *τὸ δὲ αἴνιγμα Ἀσκληπιάδης οὕτως ἀναγράφει·*

Ἔστι δίπους ἐπὶ γῆς καὶ τετράπους

Quod aenigma integrum legitur in Phoenies. argumento, quod nuper *Matthiaeus* in Ed. *Eur.* novissimâ p. 157. ex Cod. Guelf. evulgavit, *Asclepiadis* nomine adiecto itemque, in *Athenaeo* X, p. 173. Ed. *Schweigh.* Vid. *Heyne* ad *Apollod.* p. 243. Tom. II.

17. *Asclepiades, qui τραγῳδούμενα* (sc. scripsit) excitatur ab eo, qui *auctorum* indicem a *Plinio* laudatorum confecit, p. 15. Ed. Harduin. tamquam in libro *septimo* ab eo adhibitus. At nuspiam in toto *Pliniano* opere hodie nobis legitur.

18. *Asclepiades Tragilensis* intelligitur ab *Valckenario.* Eurip. Diatr. p. 182. in Schol. *Demosth.* de falsâ Legat, p. 253. §. 445.: *ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας] Ἵνα μὴ ἔχῃ λέγειν,*

ἀλλ' οὐκ οἶδα· οὐ γὰρ ὑπεκρινάμην τὸ δράμα. Λέγει ὁ τὰς θεατρικὰς ἱστορίας συγγράψας. διὰ τοῦτο τοῖς τριταγωνισταῖς τὰς ὑποκρίσεις τῶν δυναστευόντων παρέχεσθαι, ἐπειδὴ ἧττόν ἐστι τὰ θητικὰ καὶ ὑπέρογκα.

His auctuarii loco accedant, quae de reliquis Asclepiadis relata deprehendi.

1.

Asclepiades Myrleanus in XI. libr. de Grammaticis ap. auct. Vit. *Arati* init. p. 429. Tom. II. Ed. Buhl. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ περὶ Γραμματικῶν Ταρσέα φησὶν αὐτὸν (sc. Ἄρατον) γεγονέναι, ἀλλ' οὐ Σολέα ..... Idem in sexto de Grammaticis ap. *Suid.* s. v. Ὀρφεύς, p. 719. Tom. II. Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης, ἐποποιός· ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν· δεκατηρίαν Ἀργοναυτικά· καὶ ἄλλα τινά: Ad hunc Orpheum referenda fortasse sunt Argonautica, quae manu terimus hodieque. Ex iisdem libris, si recte conficio, videntur esse desumpta, quae doctus Scholiasta *Apoll. Rh.* p. 50. Ed. *Schaef.* *Asclepiadae* Myrleano tribuit: v. 623 – 626. καὶ Κλέων Οἰκουριεύς, καὶ Ἀσκληπιάδης (add. ὁ ex Schol. edit.) Μυρλεανός, ὅς φησιν Ἀπολλώνιον.

παρὰ Κλέωνος πάντα εἰληφέναι. (quod scholium inter vulgata plenius exstat v. 624. p. 385.) Fuit enim certe *Apollonius Rhodius* Grammaticus Alexandrinus. Quamquam *Groddeckius* (über die Argon. d. Ap. Rhod. p. 71.) hunc *Asclepiaden* pro iuniori, nescio quo, grammatico malit habere, quem *Ionsius* ab antiquiori illo distinguendum putet de script. hist. philos. II, 17, p. 247.

2.

Asclepiades Myrleanus in *periegesi* earum gentium, quae circa Turditaniam degerunt, ap. *Strab.* lib. III, p. 108. Ed. *Casaub.*..... Καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ἀνὴρ ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ καὶ περιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν ἐκδεδωκὼς τῶν ταύτῃ. Οὗτος δέ φησιν ὑπομνήματα τῆς πλάνης τῆς Ὀδυσσέως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀσπίδας προσπεταλεῦσθαι καὶ ἀκροστόλια· ἐν Καλλαϊκοῖς δὲ τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων τινὰς οἰκῆσαι καὶ ὑπάρξαι πόλεις αὐτόθι τὴν μὲν καλουμένην Ἕλληνες, τὴν δὲ Ἀμφίλοχοι· ὡς καὶ τοῦ Ἀμφιλόχου τελευτήσαντος δεῦρο καὶ τῶν συνόντων πλανηθέντων μέχρι τῆς μεσογαίας. Καὶ τῶν μεθ' Ἡρακλέους δέ τινας καὶ τῶν ἀπὸ Μεσσήνης ἱστορῆσθαί φησιν ἐποικίσαι τὴν Ἰβηρίαν· τῆς δὲ Καντάβρίας μέρος τι κατασχεῖν Λάκωνας καὶ οὗτός φησι, καὶ ἄλλοι.

3.

Asclepiades Myrleanus in primo libro rerum *Bithynarum* ap. *Parthenium*, qui c. 35. p. 72. sq. lugubrem illum interitum *Lycasti* atque *Eulimenes*, duorum amantium, ex *Asclepiade* enarrat: ἱστορεῖ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς Βιθυνιακῶν α. Idem in decimo rerum *Bithynarum* ap. Schol. *Apoll. Rhod.* II, 790. p. 189. Ed. Schaef. ὅτι δὲ τοὺς Παφλαγόνας ὑπέταξε τοῖς περὶ Λύκον ὁ Ἡρακλῆς, ἱστορεῖ Δεινίας ἐν α Ἀργολικῶν, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν ι Βιθυνιακῶν. Ex iisdem libris petita arbitror, quae idem Scholiasta habet II, 722. p. 184. Μυρλεανος Σάγγαρον αὐτὸν (sc. τὸν Σαγγάριον ποταμόν) λέγεσθαί φησιν. Atque ea, quae ex *Asclepiade* nobis servavit *Athenaeus* Deipnos. II, p. 193. Ed. *Schw.* Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανός, χαμαικέρασόν τινα καλῶν δένδρον, ἔφη οὕτως: „Ἐν τῇ Βιθυνῶν γῇ γίνεται ἡ χαμαικέρασος· ἧς ἡ μὲν ῥίζα ἐστὶν οὐ μεγάλη. ἀλλ' οὐδὲ τὸ δένδρον, ἀλλὰ τῇ ῥοδῇ ἴσον. ὁ δὲ καρπὸς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὅμοιος· τοὺς δὲ πλείονι χρησαμένους καθότι οἶνος, βαρύνει τε καὶ ἀλγεῖν τὴν κεφαλὴν τίθησι". De hâc re totâ cf. seqq. ab *Athenaeo* prolata. Conf. *Creuz.* fragg. histor. p. 174.

4.

Asclepiadem Grammaticum in plurimorum veterum scriptorum opera commentatum esse,

constat ex multis Scholiastarum atque Lexicographorum indiciis: et in *Pindari* quidem carmina ex Schol. *Olymp.* VII, 24. *Ἀσκληπιάδης δέ φησι γενεαλογεῖσθαι τὴν Ῥόδον Ἀμφιτρίτης καὶ Ἡλίου. τὸν γὰρ Ἥλιον αὐτῆς ἐρασθῆναι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ συμμιγῆναι.* Schol. *Ol.* VIII, 10. *γράφει δὲ κατ' ἐνίους Ἀσκληπιάδης ἄνευ τοῦ σ, λιταί, καὶ οὕτω καθίστησι τὸν λόγον κ. τ. λ.* ibid. 28. *Ἀσκληπιάδης· ἀντὶ τοῦ, τιμᾶται πρὸς Ξενίου Διός, τουτέστι, φιλόξενοι κ. τ. λ.* Schol. *Pyth.* IV, 18. *ἀθάνατον στόμα τὸ Μηδείας εἶπεν ..... ὡς δὲ Ἀσκληπιάδης, ὅτι οὐδὲν τῶν ῥηθέντων ὑπ' αὐτῆς ἀτελὲς γέγονεν, οὐδὲ ἰφθάρη.* ibid. 35. *ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης τὰ ἐν μεγάλαις Ἠοίαις παρατίθεται·* sequuntur iam illi versiculi, qui inter *Hesiodi* fragg. ed. *Loesn.* p. 445. exstant;

ἢ οἵη Ὑρίη πυκινόφρων Μυκιονίκη,
ἣ τέκεν Εὔφημον Γαιηόχῳ ἐννοσιγαίῳ,
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι φιλοχρύσου Ἀφροδίτης.

Schol. *Pyth.* IV, 61. *Ἀσκληπιάδης δέ φησιν, ὅτι καὶ Περικλύμενος καὶ Ἐργῖνος καὶ Ἀγκαῖος, υἱοὶ Ποσειδῶνος.* Schol. *Nem.* I, 19. *οἱ δὲ περὶ Ἀσκληπιάδην φασὶν, ὅτι εἰκός ἐστιν αὐτὸν εἶναι τῶν τὴν Σαλαμῖνα κατακληρουχησάντων Ἀθηναίων. εἰκὸς οὖν αὐτὸν γεννηθέντα Ἀθήνησι τεθράφθαι ἐν Σαλαμῖνι.* Schol. *Nem.* VI, in. p. 723. *τοῦτον τὸν Ἀλκιμίδαν ἀναγράφεσθαί φη-*

σιν Ἀσκληπιάδης ἀντὶ Αἰγινήτου Κρῆτα οὕτως· Ἀλκιμίδας Θέωνος, Κρής. Schol. *Isthm.* in p. 808. ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης κατὰ εἰσβολὴν λέγων κ. τ. λ. Quibus addi debet, siquidem recte in his *Asclepiadem* non Tragilensem, sed grammaticum agnovimus, Schol. *Pyth.* III, 14. Ἀσκληπιάδης δέ φησι τὴν Ἀρσινόην Λευκίππου εἶναι τοῦ Περιήρους. Ἧς καὶ Ἀπόλλωνος Ἀσκληπιὸς καὶ θυγάτηρ Ἐριῶπις·

Ἥ δ' ἔτεκ' ἐν μεγάροις Ἀσκληπιόν, ὄρχαμον ἀνδρῶν.

Φοίβῳ ὑποδμηθεῖσα, ἐϋπλόκαμόν τ' Ἐριῶπιν, καὶ (add. περὶ) Ἀρσινόης ὁμοίως·

Ἀρσινόη δὲ μιγεῖσα Διὸς καὶ Λητοῦς υἱῷ

Τίκτ' Ἀσκληπιὸν υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόμυτε.

Scripsit et in *Arati* Phaenom. 7. p. 10. Ed. Buhle. Schol. βῶλος οὐκ ἀροτή, ὡς Ἀσκληπιάδης. Tum in *Theocriti* Idyllia, cf. Schol. Id. I, p. 14. Ed. *Wechel.* Λαψῆ. ἐκτέταται τὸ λα, διὰ τὸ εἶναι δωρικόν, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης κ. τ. λ. Ibid. p. 36. ad Θύμβρις, ποταμὸς Σικελίας, Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς διὰ τοῦ δ γράφει, Δύμβρις. Schol. Id. II, 88. p. 57. ad θάψω, Ἀσκληπιάδης δὲ φυτόν τι χλωρόν, ὅθεν καὶ τὴν θαψίαν πρὸς τὰ ἐπώπια (leg. ὑπώπια. Adhibebatur *Thapsia* herba ad sugillationes sanandas, monente *Schneidero* Lex. s. v. ὑπώπιον, qui etiam *Hesychium* in medium profert, Tom.

II, p. 1478. ὑπωπίς, ἡ θαψία, ubi vidd. Nott. coll. *Hes.* Tom. I, p. 1685. sq.). βάπτεσθαι δὲ ἐκ ταύτης τὰ κροκοειδῆ. Schol. Id. V, p. 104. ad ὁριμαλίδες. Ἀσκληπιάδης δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφει. ibid. p. 105. ad Φάλαρον, καὶ Ἀσκληπιάδης χωρίον τοῦτό φησι, τὸ νῦν καλούμενον Φάλαρον. Deinde si non in utrumque *Homeri* poëma, certe in Odysseam commentarius *Asclepiadis* circumferebatur. Quâ de re cf. Fabric. Bibl. Gr. Tom. I, p. 465. et p. 507. Ed. Harl. Ego adscribam *Ammonii* locum, iam a *Fabricio* indicatum, de ἅμα et ὁμοῦ p. 13. sq. Ed. *Valck.* ἔσθ' ὅτε δ' ὁ ποιητὴς τὸ ὁμοῦ καὶ ἐπὶ χρονικοῦ τάσσει ἐπιῤῥήματος, ὡς φησιν Ἀσκληπιάδης. De variis significationibus docte disputat Schol. *Plat.* p. 10. Ed. *Ruhnk.* coll. Schol. *Apoll. Rhod.* I, 1079. p. 87. II, 121. Ed. Schaef. Schrevel. ad *Hesych.* Locum *Ammonii* exscripsit atque in suum usum convertit Eustath. Il. XI, p. 828, 39. et Od. p. 476. 24. Ad commentarium in *Odysseam* referri etiam fortasse debent ea, quae ex *Asclepiade* Schol. *Apoll. Rhod.* I, 156. narrat. Integrum scholium, egregiis Alexandrinorum doctrinae copiis refertum, adscribam, a me *Parisiensium* et vulg. scholl. ope hic illic emendatum: Νηλέως παῖδες ἐγένοντο, ἐκ μὲν Χλωρίδος Νέστωρ, Περικλύμενος, Χρόμιος, ἐκ δὲ Φάρης Σκύρος (vulg. Ταῦρον), Ἀστέριος, Λυκάων, Εὐρύβιος, Δηΐμαχος, Ἐπιμένης

(vulg. *Ἐπιλίοντα*), *Φράσιν*, *Ἀντιμένης*, *Εὐαγόρας*, *ὡς δὲ Ἀσκληπιάδης φησι, καὶ Ἀλάστωρι* (sc. *dictus*; ita enim ex *utrâque* Scholl. editione, a Schaefero nobis paratâ, textum quem vocant, conglutinaverim). *καὶ Ὅμηρος* (Il. XI, 692.)

Δώδεκα μὲν Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν

Ὅτι δὲ ὁ Περικλύμενος Νηλέως ἦν υἱός, μαρτυρεῖ ὁ ποιητὴς λέγων.

Νέστορά τε Χρομίον τε Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον. (Od. XI, 286.)

Τοῦτον δὲ ὡς ἔγγονον αὐτοῦ ὁ Ποσειδῶν κ. τ. λ. Longe aliter pleraque nomina filiorum Nelei tradit Schol. *Ven.* Il. XI, 691. p. 287. *ἐκ Νηλέως τοῦ Τυροῦς καὶ Ποσειδῶνος, καὶ ἐκ Χλωρίδος* (*Heyne* ad Apoll. p. 61.) *τῆς Ἀμφίωνος καὶ Νιόβης γίνονται παῖδες οἵδε, Περικλύμενος, Πεισίστρατος, Ἄλκιμος, Ὑψήνωρ, Πυλαιμένης, Ἀυσίμαχος, Ἱππασόων, Πεισήνωρ, Ἱππόλοχος, Ἀγησίλαος, Λύσιππος καὶ Νέστωρ· οὗτος δὲ γαμεῖ Μυησιάχην* (sic etiam Eustath. Il. XI, p. 8310. 9. *Anaxibian* vocat *Apollod.* Bibl. p. 71, Ed. *Heyn.*) *τὴν Ἀμφιδάμαντος, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς γεννᾷ παῖδας ἑπτά.* Scholia autem et *Veneta* et *Vulgata* cum in reliquis Iliados locis de *Asclepiade Myrleano* prorsus silent, tum etiam in eo, ubi maxime opportunum erat, neque *Asclepiadis* Gramm. neque *Alastoris* saltem nominis in enumeranda Nelei progenie mentionem ali-

quam faciunt. Quae cum ita sint, iure quasi nostro ponamus necesse est, *Apollonii Rhodii* scholiastam ex *Asclepiadis* commentario in *Odysseam* ea hausisse, quae de *Euagora*, etiam *Alastore* dicto, in medium protulit, atque ex eo quidem illius commentarii loco, ubi de Odyss. XI, 285. ab *Asclepiade* ageretur. Ad eundem fontem referenda erunt, quae ad Odyss. XI, p. 453. 30. *Eustathius* expromsit: *ὅτι δὲ ὁ τοιοῦτος Μέμνων καὶ τὸν καλὸν ἀνεῖλε Νεστορίδην Ἀντίλοχον, ἡ ἱστορία δηλοῖ. περὶ οὗ ἱστορεῖ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ὡς χρησμοῦ δοθέντος Νέστορι φυλάττεσθαι ἐπὶ τῷ υἱῷ Ἀντιλόχῳ τὸν Αἰθίοπα, ἔδοτο αὐτῷ μνήμονα ὁ πατὴρ καὶ ὑπασπιστήν, Χάλκωνα Κυπαρισσέα, ὃς ἐρασθεὶς Πενθεσιλείας καὶ βοηθῶν αὐτῇ, ἀνῃρέθη ὑπ' Ἀχιλλέως. καὶ τὸ σῶμα ὑφ' Ἑλλήνων ἀνεσκολοπίσθη. ἐδόθησαν δὲ καὶ ἄλλοις τῶν ἡρώων μνήμονες, οἷον τῷ Ἀχιλλεῖ πρὸς τῆς μητρός, ὡς ἱστορεῖ καὶ Λυκόφρων, καὶ τῷ Πατρόκλῳ δὲ ὑπ' Ἀχιλλέως Εὔδωρος μετὰ τὴν μῆνιν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, ὥστε μὴ πρόσω χωρεῖν, ἀναιρεθῆναι δ' αὐτὸν εὐθὺς ἐν τῇ συμβολῇ ὑπὸ Πυραίχμου. διὸ καὶ αὐτὸν πρῶτον ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Πατρόκλου ἱστορεῖ Τιμόλαος ὁ Μακεδών. Ἀντίπατρος δὲ ὁ Ἀκάνθιός φησι καὶ τῷ Ἕκτορι Δάρητα Φρύγα δοθῆναι μνήμονα, μὴ ἀνελεῖν φίλον τοῦ Ἀχιλλέως, Ἀπόλλωνος τοῦ Θυμβραίου τοῦτο χρήσαντος, τὸν δὲ αὐτομολήσαντα ὑπὸ Ὀδυσσέως ἀναι-*

ρεθῆναι. Ἐρέσιος δὲ ἱστορεῖ καὶ Πρωτεσιλάῳ δοθῆναι μνήμονα Δάρδανον Θετταλόν, δοθέντος χρησμοῦ Φυλάκῳ τῷ πατρί, ἀναιρεθῆναι εἰ προπηδήσει· ὃ καὶ γέγονε, Haec enim veterum testimonia *Eustathium* item ex *Asclepiadis* commentariis tamquam ex fonte largiter scaturienti derivasse, perquam mihi videtur esse verisimile. *Asclepiadis* autem commentarium in Odysseam, ut rem extra omnem dubitationem ponamus, diserte laudat *Etymologus Magnus* s. v. Ἀρναῖος p. 146. Ed. Sylburg. Sed tamen non inficias ibimus, aliquàtenus certe etiam Iliadi illustrandae operam dedisse *Asclepiaden* nostrum. Elaboravit enim vir industrius libellum Νεστορίς inscriptum de *Nestoris* poculo, quod Il. XI, 632. sq. ita describitur:

Πὰρ δὲ δέπας περικαλλές, ὃ οἰκόθεν ἦγ' ὁ γεραιός,
Χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον· οὔατα δ' αὐτοῦ
Τέσσαρ' ἔσαν, δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον
Χρύσειαι νεμέθοντο κ. τ. λ.

Ad quem locum *Athenaeus* Deipnos. XI, p. 308. in hunc modum commentatur: ἐν τούτος ζητεῖται, πρῶτον μὲν τίποτ' ἐστὶ τὸ χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, ἔπειτα, τί τὸ, οὔατα δ' αὐτοῦ Τέσσαρ' ἔσαν. Τὰ γὰρ ἄλλα ποτήρια φησιν ὁ Μυρλεανὸς Ἀσκηπιάδης ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος δύο ὦτα ἔχειν, et quae ibidem ex *Myrleano* excerpta ab Athenaeo, leguntur p. 309, 310.

Inprimis autem p. 313. sqq. ubi ipsius *Asclepiadis* verba ponuntur a Deipnosophista: ἐγὼ δὲ, φησὶν ὁ *Μυρλεανός*, τάδε λέγω περὶ τοῦ ποτηρίου κ. τ. λ. Sequitur physiologica illius poculi interpretatio, exquisitis doctrinae copiis adornata; quarum partem *Eustathius*, in suum usum conversurus, *Athenaeo* surripuit, atque in spissis commentariis ita refert, ut paene credas, *Asclepiadis* libellum ab illo esse lectum. Vid. ad Il. XI, p. 816. fin. διὸ οὐκ ὤκνησάν τινες ἐνταῦθα Πελειάδας αὐτὸ τὸ ἄστρον τὰς Πλειάδας νοῆσαι, κατασκευάζοντες τὸν λόγον διὰ πολλῶν· αἳ καὶ τὸ ὅλον ποτήριον εἰς τὸν κόσμον ἀλληγοροῦσιν, ὡς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ἤγουν ὁ ἐκ τῆς Φρυγιανῆς Μυρλείας τῆς νῦν Ἀπαμείας, ἀνασκευάσας οἷον τὸ Ὁμηρικὸν ποτήριον, καὶ τὸ τῆς ὕλης πάχος μετασκευάσας καὶ μεταγαγὼν εἰς ἀλληγορίας λεπτότητα, διά τε τὸ σφαιροειδὲς φησὶ τοῦ ποτηρίου οἷος καὶ ὁ κόσμος καὶ τὸ τῶν ἥλων χρυσοειδὲς παθὰ καὶ οἱ ἀστέρες. καὶ τἆλλα οἷα πολλά, λέγει ἐκεῖνος. ἃ καὶ ὁ βουλόμενος ἀναλεγέσθω ἐκεῖθεν. Ad Il. XXIV, p. 1485. 4. ὡς δὲ ταυτίζονται πρόστινων Πελειάδες καὶ Πλειάδες, δηλοῖ μὲν καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ἐθέλων τὰς Πλειάδας ἀμβροσίαν τῷ Διΐ φέρειν· ἄσεμνον γάρ φησι τὰς πελειάδας φέρειν αὐτό. ἔχει δέ τι γραφὲν περὶ αὐτῶν καὶ ἡ Νεστορίς, Coll. *Athenaei* l. XI, p. 317. διὰ καὶ τῷ Διΐ τὴν ἀμβροσίαν τὰς πελειάδας φέρειν

φησί (sc. ὁ ποιητής)· (Odyss. XII, 63.)

Τῇ μέντ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες, ταίτ' ἀμβροσίην Διΐ πατρὶ φέρουσι,
Οὐ γὰρ τὰς πελειάδας τὰς ὄρνεις φέρειν τῷ Διΐ νομιστέον τὴν ἀμβροσίαν, ὡς πολλοὶ δοξάζουσιν· ἄσεμνον γάρ· ἀλλὰ τὰς Πλειάδας. Seqq. exscripsit *Eusthathius* ad Od. XII, p. 475, 8. dicens: Ἀθήναιος δὲ γράφει κ. τ. λ. cum ea sint omnia *Asclepiadis*. — Alia eiusdem Νεστορίδος fragmenta exstant ap. *Athenaenm* p. XI, p. 266. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος „σκύφει, φησί, καὶ κισσυβίῳ τῶν μὲν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο, συβῶται δὲ καί νομεῖς καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ. Πολύφημος μὲν τῷ κισσυβίῳ. Ἑτέρῳ δὲ Εὔμαιος". Idem fragmentum, contractius paullo, legitur p. 351. Ex utroque loco profecit *Eustathius* ad Odyss. p. 359. p. 11. καθὰ δηλοῖ ὁ εἰπὼν (*Philemon* ap. *Athen.* p. 265.) ὅτι κισσύβιον μόνωτον ποτήριον. ὅπερ εἰκάσειεν ἄντις, ὑπὸ ποιμένων πρῶτον ἐργασθῆναι ἐκ κισσίνου ξύλου (Athen. p. 267. unde *Eustathii* textum, quem vocant, correxi). εἰς ὃ χρήσιμον. Ἀσκληπιάδου μὲν τὸ „τῷ κισσυβίῳ τῶν μὲν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο· Πολύφημος δὲ καὶ Εὔμαιος καὶ ὅλως ὁ ἐν ἀγρῷ". Atque ad Odyss. d. 566, 6. de voce σκύφος exponens, οἱ δὲ κατ' Ἀσκληπιάδην λέγουσιν ὡς ποιμενικώτερον ἀγγεῖον ὁ σκύφος κ. τ. λ. *Athen.* lib. XI, p. 373. de ὠοσκύφια. περὶ τῆς ἰδέας τῶν

ποτηρίων Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος φησὶν, ὅτι δύο πυθμένας ἔχει, ἕνα μὲν τὸν κατὰ τὸ κύτος αὐτῷ συγκεχαλκευμένον, ἕτερον δὲ τὸν προσθετόν, ἀπ' ὀξέος ἀρχόμενον, καταλήγοντα δὲ εἰς πλατύτερον· ἐφ' οὗ ἵσταται τὸ ποτήριον. (cf. *Eustath.* p. 816. ad *Iliad.* lin. 2.) Ad eandem Νεστορίδα haud dubie debent referri ea, quae ap. eundem *Athenaeum* p. 257. occurrunt: Ἀσκληπιάδης δ' ὁ Μυρλεανὸς κεκλῆσθαί φησιν αὐτὸ ἀπό τινος τῶν ἐν τῇ νηῒ κατασκευασμάτων (sc. τὸ καρχήσιον), itemque p. 361. Ἀσκληπιάδης δ' ὁ Μυρλεανός· „Ἡ μὲν φιάλη, φησί, κατ' ἀντιστοιχίαν ἐστὶ πιάλη, ἡ τὸ πιεῖν ἄλις ἔχουσα· μείζων γὰρ τοῦ ποτηρίου. E quo loco excerpsit *Eustathius* et alia multa, et vero etiam ea ipsa, quae sunt *Asclepiadis*, quamvis eius nomine suppresso, ad Iliad. p. 1412., 40. ὅτι δὲ φιάλη κατὰ ἀντιστοιχίαν πιάλη ἐτυμολογεῖται. ἀφ ἧς δηλαδὴ ἔστι πιεῖν ἄλις· μείζων χὰρ αὕτη ποτηρίου. Verum tamen restant bina loca *Etymologi magni*, quae nos vel maxime debent advertere, cum in iis *Asclepiaden* tamquam earum vocum interpretem laudatum videamus, quae in *Iliadis* carminibus occurrunt. Leg. enim ap. Etymolog. magn. p. 158, 31. Ed. Sylburg. Ἀσπληδὼν] φασὶ γὰρ εἶναι Σπληδόνα τὸν Πρεσβῶνος καὶ Στερόπης. Ἀπολλόδωρος δὲ φησὶν Ἀσκληπιάδην οὕτω λέγειν·

Σπληδόνα τ' ἠγαθέην .....

Ὅταν οὖν εὕρωμεν· οἷδ' Ἀσπληδόνα ναῖον (Il. H, 511.)· πλεονασμὸς ποιητικός ἐστι τοῦ α. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Ad *Iliad.* locum ità *Eustathius* p. 206. 12. ἡ δὲ Ἀσπληδὼν γράφεται πάρ' ἑτέροις καὶ χωρὶς τοῦ α. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀσπληδόνος υἱοῦ Ποσειδῶνος, ἢ Πρεσβῶνος ἢ Ὀρχομενοῦ. Ὀρχομενοῦ γάρ φασιν υἱοί.

Ἀσπληδὼν Κλύμενός τε καὶ Ἀμφίδοκος θεοειδής.

ἔστι δὲ καὶ Φωκική, φασὶν, Ἀσπληδών. ἐν δὲ τοῖς τοῦ γεωγράφου (IX, p. 636. C. citante *Heynio*) καὶ ταῦτα φέρεται. Ἀσπληδὼν καὶ δίχα τῆς πρώτης συλλαβῆς κ. τ. λ. Versiculum, quem sine auctoris nomine (videtur esse ex *Hesiodi* catalogis) *Eustethius* interposuit, surreptum ab eo deprehendas ex *Steph. Byz.* p. 183. Ed. *Berkel.* cuius loci priorem partem adscribam: Ἀσπληδών, πόλις Φωκίδος· Παυσανίας ἐννάτῳ. ἀπὸ Ἀσπληδόνος, υἱοῦ Νύμφης Μηδείας καὶ Ποσειδῶνος κ. τ. λ. *Herodianus* igitur in libello περὶ παθῶν ex *Apollodori* libris duodecim, quos is περὶ τοῦ τῶν νεῶν καταλόγου in lucem ediderat (*Heyne* ad fragg. *Apollod.* p. 417.) ita tradidit, *Asclepiaden* in vers. Il. II. laudato, aliam atque reliquos lectionem esse amplexum. Atqui cum *Apollodorus* ipsius *Asclepiadis* filius discipulusque fuisse perhibeatur (*Heyne* ad fragg. p. 385.) illum equidem putaverim, in opere,

ea hic illic perscripsisse, quae ipse ab ore sui praeceptoris pendens in scholis de Homero ab eo habitis audiverit et in codicillum retulerit. *Apollodori* locus exstat inter fragg. ab *Heynio* congesta p. 430. qui ab initio Etymolog. omissa esse arbitratur: ὁ καὶ Σπληδών. Lenius suppleas: Ἀσπληδών. ἢ Σπληδών κ. τ. λ. Succedat alter locus Etymol. m. p. 159. 14. Ἀστυάναξ, ὁ υἱὸς τοῦ Ἕκτορος· οὐκ ἔστι παρὰ τὸ ἀνάσσω τὸ βασιλεύω, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἀνάκως ἔχειν τοῦ ἄστεος τὸν Ἕκτορα. καὶ ἄναπας ἐντεῦθεν τοὺς Λιυσκούρους Ἀττικοί, ὅτι ἐπιμελῶς αὐτοῖς ἐχρήσαντο, διὰ τὴν Ἑλένην τὰς Ἀφίδνας ἐκπορθοῦντες. οὕτως Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός. Spectant haec ad Iliad. VI, 403, qui versus, fortasse a manu recentiori nostro loco adiecti sunt, atque etiam ad XXII, 506. Cf. *Eustath.* ad Il. p. 513, 26. οὐχ ὅτι ὁ οὕτω νήπιος τοῦ ἄστεος ἀνάξ ἦν τῆς Ἰλίου, ἤτοι φροντιστής. καὶ ἀνακῶς ἦγουν ἐπιμελῶς ἔχων αὐτῆς κ. τ. λ. Ad ea ipse respicit in nott. Il. p. 1390, 31. ὃ δὴ ἔργον ἄνακτος· ὃς ἀπὸ τοῦ ἀνακῶς ἔχειν ὅ ἐστιν ἐπιμελῶς ἐτυμολογούμενος, ὡς ἐν ἄλλοις ἐρρέθη, πόλεών (leg. πόλεως) ἐστιν ἐπιμελητής κ. τ. λ. Huic Etymologi loco iunge alium eiusdem auctoris, ubi idem *Asclepiades* in etymologiâ versatur: p. 547, 45. κύρβεις, αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι, ἤτοι ἀπὸ κατασπευῆς· εἰσὶ γὰρ κυρβασταί· ἢ κύρβεις (leg. fort. κρύβεις cf. Hesych.

Tom. II, p. 357. κρύβεις, νεκροί, quae a κρύπτω derivantur.) ἐπεὶ τὰ τῶν θεῶν ἀποκρυπτόμενα δεῖ εἶναι Ἀσκληπιάδης δὲ ἀπὸ κύρβεως τοῦ τὰς οὐσίας ὁρίσαντος, ὡς φησι Φανίας ὁ Ἐφέσιος κ. τ. λ. De κύρβεις vid. *Schneid.* Lex. s. v. Omnia veterum loca, in quibus de vi atque etymologiâ vocis κύρβεις agitur, collegit *Heynius* ad fragg. *Apollod.* p. 396. sqq. Iam quaeritur, quid nobis de superiori Etymologi loco statuendum videatur. Quomodo res incerta atque dubitationis plena se habeat, in medio relinquo: sive petitus est hic locus ex *Asclepiadis* commentario ad Iliada, sive, quo mea sententia magis inclinat, ex eiusdem libro quodam περὶ ἐτυμολογιῶν, qualem etiam conscripsit *Apollodorus*, eius discipulus, (*Heyne* ad fragg: p. 441. sqq.) Id unum habemus, nihil certi ex incerto unico Etym. loco posse colligi, ut eum librum Asclepiadae adscribendum censeamus, de quo inter reliquos omnes sit altum silentium. Denique in veteris Comoediae poëtis explicandis eundem illum Asclepiaden versatum fuisse, docet vel unicus locus Hesychii T. II, p. 298. Ed. Albert. Κολακοφοροκλείδης, Ἱεροκλείδης, ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν, Ἕρμιππος μὲν ἐν Κέρκωψι, Φρύνιχος δὲ ἐν Κωμασταῖς. Ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης, Κλεώνυμον εἶναι ὑπέλαβεν· οὐδὲ τὸ τέλειον τοῦ ὀνόματος ἐπιστήσας. Docent vero luculentissime Scholia vetusta in Aristopha-

Ranar. 1301, ubi versiculi κύδιστ' Ἀχαιῶν, Ἀ-τρίως πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ, κ. τ. λ. docente *Asclepiade* ex Iphigeniâ Aeschyli petiti sunt, itemque ad v. 1308. cuius lectio vulgata ὅσιον pro aliorum Codd. αἴσιον *Asclepiadae* debetur. Ad v. 1366. ὦ νυκτὸς κελαινοφανῆς ἄρφνα, ita Schol. Ἀσκληπιάδης παρὰ τὰ ἐξ Ἑκάβης Εὐριπίδου, ἐν μιμήσει δηλονότι. Ad v. 1385. νύμφαι ὀρεσί-γονοι". ἐκ τῶν Ξαντρίων Εὐριπίδου, φησὶν Ἀσ-κληπιάδης· εὗρε δὲ Ἀθήνησιν ἔν τινι τῶν διαθέντων· νύμφαι ὀρεσιγόνιαι θεαῖσιν ἀγείρω Ἰνάχου Ἀργείου, ὑπὸ ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. Haec ab *Euripide* an ab *Aeschylo* profecta sint, addubitat *Valcken.* Diatr. p. 11. qui verba proposita his numeris illigat:

Νύμφαισιν ὀρεσσιγόνοισι θεαῖς
Ἀγείρω Ἰνάχου γείου
Ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις. Aliter versiculos distribuit V. D. Mus. crit. P. II, p. 145. Loquitur autem *Iuno*, in sacerdotis speciem mutata, ut idem ille *Valckenarius* l. l. docuit. Quid sint illa: ἔν τινι τῶν διαθέντων, equidem non facile explicaverim. Schol. ad *Arist.* Avv. 347. καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν· ita commentatur: Ἀσκληπιάδης φησὶν, ἀπὸ Ἀνδρομέδας εἶναι· ὡς καὶ τὸ· σὰ γὰρ ταῦτα πάντά, καὶ ἐκεῖσε δεῦρο κ. τ. λ. aliudque ad eundem vers. παρὰ τὸ Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας· ἐκθεῖναι κήτει φορβάν· ὡς Ἀσκληπιάδης· τὰ μηδὲ δι-

δαχθείσης τῆς τραγῳδίας παρατιθέμενος. καὶ τὸ, δὰ γὰρ ταῦτα πάντα· καὶ τὸ, τῇδε καὶ τὸ κεῖσε κ. τ. λ. Ad v. 568. ναστὸς δὲ μέγας πλακουντώδης ἄρτος, ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης φησὶν, εὐτελῆ πλακοῦντα. De ναστὸς cf. Plut. 1143.

Alii *Asclepiadae* commemorantur hi: a *Strabone* XII, p. 390. Ed. *Casaub.* supr. Κλεοφάνης τε ῥήτωρ ὁ Μυρλιανὸς, Ἀσκληπιάδης τε Προυσιεὺς ἰατρὸς, *Asclepiades, Prusiensis medicus.* Quo in loco suspicari quis non immerito possit, legendum esse Κλεοφάνης τε ῥήτωρ, ὁ Μυρλιανὸς Ἀσκληπιάδης, Ἀσκληπιάδης τε Προυσιεὺς ἰατρός. Dubito enim, an in vulgatâ lectione ῥήτωρ ὁ Μυρλεανὸς graeca oratio recte procedat pro ὁ ῥήτωρ Μυρλεανός, sive ὁ Μυρλεανὸς ῥήτωρ. Atqui hoc ipso loco a Strabone ii Bithyni enumerantur, qui in litteris magna cum laude versati sint. Quorum e numero vix abesse potest Asclepiades ille Myrleanus, cuius nomen inter eruditos pluribus libris editis claruerit, cuiusque scriptionum ipse *Strabo*, alibi nobis laudatus, mentionem faciat. Laudari autem nonnusquam cognomine praeposito veterum scriptores, discas v. c. ex Athenaei Deipn. XI, p. 363 et p. 309. ὁ Μυρλεανὸς Ἀσκληπιάδης, atque ex Scholiis Marcianis ad *Homeri* Iliada, quae locis paene infinitis suppeditant, nobis ὁ Θρᾴξ Διονύσιος pro Διονύσιος ὁ Θρᾴξ coll. A-

thenae. XI, p. 324. et Eustath. ad Il. XXIII, p. 1412. Ita *Troezenius Dionysodorus*, et Thrax Dionysius, Apollon. Dysc. de pron. p. 262., A. p. 264, B. Bekk. ὁ Ἁλικαρνασεὺς Διονύσιος. Schol. Hermog. de Ideis p. 378. sec. Cod. Monac. Sic etiam *Agrippa Menenius* ap. Liv. II, 33. fin. cf. inpr. Ruhnk de Vit. et Script. Long. p. LXX. Weiske. Hunc ipsum *Asclepiaden* medicum, designari puto atque intelligendum esse, si quid possumus his in tenebris dispicere, ap. *Stephan. Byzant.* s. v. Νάξος p. 580. Ed. *Berkel.*, ubi ita: Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, τὰς Ναξίας γυναῖκας, μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν, ἢ διὰ τὸ τὴν Ἥραν φίλην γενομένην τῷ Διονύσῳ, ταῖς Ναξίαις τοῦτο δῶρον παρασχεῖν, ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Διόνυσος οὕτως ἐτέχθη. Quae ibidem sequuntur: ὅτι ἔστιν ἐκεῖ κρήνη, ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ μάλα ἡδύς, ea *Heraclidem* auctorem habere, monet ex *Suidâ Berkelius* l. l. Addere debebat, eandem rem a *Ctesiâ* quoque tradi, cuius excerpta in Cod. *Monac.*, quem descripsi, ita leguntur; ἐν τῇ Νάξῳ δὲ γῇ (f. ἐν τῇ Νάξῳ δέ γε) κρήνη (scr. κρήνην) φησὶν εἶναι· ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ καὶ μάλα (Cod. vitiose μᾶλλα) ἡδύς· ἀλλὰ καὶ τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ τὸ ὕδωρ ἐν ἀγγείῳ διαμεῖναν νυχθήμερον οἶνος ἥδιστος γίνεται. Cf. Indica *Ctesiae* p. 828, lin. 14. Ed. *Wesseling.* Ceterum *Asclepiades Prusiensis*, medicus, magnis laudibus effertur ap. *Plin.* hist. Nat. VII, 37. p. 395.

Ed. *Harduin.* — *Asclepiaden* Cyprium, rerum Cypriarum scriptorem, habet *Porphyr.* de abstin. p. 345. lib. IV. Ed. *Rhoer.* ὡς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος coll. impr. p. 346. init. — *Aelium Asclepiaden*, Athenaeus Deipnos. lib. XV, 676. qui opus στέφανοι inscriptum ei tribuit. Cf. *Schweigh.* Ind. script. p. 9. — *Asclepiaden* Aegyptium, rerum Aegyptiacarum scriptorem (cf. *Schweigh.* Ind. sc. p. 65.) idem lib. III, p. 326. Ed. Schw. τὰ δὲ τῶν Ἐσπερίδων λεγόμενα μῆλα ὅτι εἰς τοὺς Διὸς καὶ Ἥρας λεγομένους γάμους ἀνῆκεν ἡ γῆ, Ἀσκληπιάδης εἴρηκε ἐν Ἑξακοστῷ Αἰγυπτιακῶν. — *Asclepiaden*, Arei filium, idem, cuius librum de *Demetrio Phalereo* commemorat lib. XIII, 567. — *Asclepiaden*, hymnographum, venditat nobis *Tzetza* ad *Lycophro.* p. 258. Prolegg. in Poëtt. Ed. *Müller* ὑμνογράφοι δὲ ποιηταί, οἱ εἰς Θεοὺς γράφοντες ὕμνους, ὥσπερ ὁ παλαιὸς Ὀρφεύς, Ἡσίοδος, Ἀσκληπιάδης καὶ ἕτεροι. Nisi etiam *Hesiodum* inter hymnographos relatum videas, non inepte suspiceris, *Asclepiadis* loco *Proclum* e superioribus ita ponendum esse, ut ille vicissim huius sedem occupet; praecedunt enim: ἐπὶ γραμματογράφοι δὲ ποιηταὶ, Σιμωνίδης ὁ παλαιὸς, οὗ Ἡρόδοτος μέμνηται, Ἀλκαῖος ὁ νέος, ὃς ἦν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Ῥωμαίου καὶ Τίτου, Ἀθηναῖος, Πρόκλος κ. τ. λ. Quo facto haberemus *Asclepiaden Samium*, epigrammatarium,

et *Proclum Diadochum* hymnorum ethicorum quos vocant, scriptorem. Vtriusque carminum partem adhuc superesse notum est. Et *Asclepiadis* quidem *Samii* Epigramm. reperias in *Anthol.* Gr. Tom. I. p. 144 – 153. Ed. *Iacobs.* — *Asclepiaden* porro *Anazarbensem* offert *Steph. Byz.* p. 127. quem scripsisse perhibet πολλά τε ἄλλα καὶ περὶ ποταμῶν βιβλίον. – *Asclepiaden Alexandrinum* Schol. *Arist.* Nubb. 37. p. 270. Ed. *Herm.* de v. δήμαρχοι· καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀλεξανδρεὺς τοὺς κατὰ δῆμον ἄρχοντάς φησι. Conf. Lenz. fragg. *Philochor.* p. 8. supr. Eundem intellexisse mihi videtur *Suidas* in Lexico s. v. Ἀσκληπιάδης, p. 351. Tom. I, qui posteaquam breviter de *Asclepiade* illo Myrleano exposuit, ita pergit: (intercidisse autem nonnulla ab initio, apparet), ἐπαίδευσε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ τοῦ δ' Πτολεμαίου νίος διέτριψεν. ἔγραψε παλλά.

SUPPLEMENTUM.

His iam impressis nova quaedam ex *Werferi* schedis supervenerunt ad hanc dissertationem pertinentia. Ea quum suis locis non iam possent interponi, *appendicis* loco hîc addidimns, notatis paginis lineisque quibus quaeqne inserenda sunt.

Pag. 501 *l.* 4. His iunge *Eurip.* Alc. init. *Ζεὺς γὰρ κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν αἴτιος Ἀσκληπιὸν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλογα· οὗ δὴ χολωθεὶς τέκτονας δίᾳ πυρὸς Κτείνω Κύκλωπας,* ad quem locum doctissimus Scholiasta haec commentatur: *ἡ διὰ σώματος καὶ δημώδης ἱστορία περὶ τῆς Ἀπόλλωνος θητείας παρ' Ἀδμήτῳ, αὕτη ἐστίν, ἣ κέχρηται νῦν Εὐριπίδης. οὕτω δέ φησι καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν τραγῳδουμένοις, Φερεκύδης δὲ οὔ φησι τοὺς Κύκλωπας ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀνῃρῆσθαι, ἀλλὰ. κ. τ. λ.*

Pag. 504. *l.* 6. Hinc lucem accipit cet. cet.

Pag. 510. *l.* 2. Cf. Orph. Argon. 382.

Pag. 510. *l.* 26. Cf. Argumentum *Odysseae* ex Cod. *Palatin.* *ἐκεῖ δὲ τὴν Ἑκάβην καταραμένην τῷ στρατῷ καὶ δορύβους κινοῦσαν λίθων βολαῖς ἀνεῖλε καὶ παρὰ τὴν θάλασσαν καλύπτει, ὀνομάσας τὸν τόπον κυνὸς σῆμα; κ. τ. λ.*

Pag. 525. *l.* 13. Add. *Strabon.* et *Philostrati* locos a *Munkero* et van *Staver.* ad *Hygin.* l. l. excitatos. *Aristid.* Oratt. T. I p. 146. 324.

Pag. 526. *l.* 5. Cratini Comici *Eunidae*, vid. *Walpol.* ad fragg. Comic. p. 83.

Pag. 530. *sq.* Schol. *Hesiod.* Theog. 225. Fol. 130. Rect. Ed. *Trincavell.*

τίκτε δὲ καὶ νέμεσιν,
τὸ μὲν πρᾶγμα οἶδεν ὅμηρος, τὴν δὲ θεὸν οὔ. ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τοῖς τραγωδουμένοις φησίν, εἰς κύκνον μεταβληθέντα τὸν δία νεμέσει μιγῆναι. νέμεσιν δὲ λέγει τὴν μέμψιν, οἷον εἰ ὑβρίσεις πένητα, μέμψις ἐστίν· ἐὰν δὲ ἀδικήσῃς, δίκη ἐνταῦθα ἐπίκηται*) Schol. Cod. *Mon.* (olim *Vict.*) Nro. 16. Fol. II *vers.* κακὴν ὄπιν τὸν ἐξ ἐπιστροφῆς γινομένην ἀπόδοσιν· ὅμηρος· τὸ μὲν πρᾶγμα οἶδε· τὴν δὲ θεῶν νέμεσιν, οὔ· ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τοῖς τραγωδουμένοις εἰς κύκνον φησὶ μεταβληθῆναι δία νεμεσηθῆναι: – τίκτε δὲ καὶ νέμεσιν· [τὴν μέμψιν τοῖς κακοῖς δηλονότι ὡς ἐὰν ὑβρίσῃς πένητα, μέμψις αὕτη· ἐὰν δὲ ἀδικήσῃς, δίκη ἐνταῦθα ἐπακολουθεῖ;

Pag. 531. *l.* 21. ut de iis haud paucis taceam in quibus *Helena* partes aliquas agit, vid. Fabric. *Recen.* tragg. deperdit *Soph.* p. 206. Tom. II. *Boeckh.* de Graec. Trag. princip. p. 19. qui tamen

*) Leg. ἐπίκειται.

unam tragoediam, *Helenae repetitionem* (*Helenae* repetitio drama Satyricum, Ibid. pag. 127.) ut Sophocleam agnoscit. Helenam enim alii perhibent matrem habuisse *Ledam*, alii *Nemesin*,, alii denique, ut ita dixerim, utramque. Vid. *Munker.* ad *Hygin.* l. l. quarum sententiarum secundam *Asclepiades* noster amplexus est, cf. tragg. *Sophocl.* Ed. *Br.* p. 12. in 4to.

FINIS.

III.

SCHEDAE CRITICAE

DE REBUS,

QUAE AD EPOPOEOS GRAECORUM SPECTANT,

AUCTORE

FRIDERICO THIERSCH.

PARS PRIMA

INTRODVCTIO.

Constitutum mihi est in his Schedis de rebus quibusdam memorabilibus disserere, quibus historia poeseos epicae, epopoeorum nomina, aetates et fragmenta accuratius nosci, nec non Scholia in Homerum atque Hesiodum reliquusque quem dicunt apparatus criticus augeri aut rectius constitui poterunt. Initium fiet a Scholiis Townlejanis in Iliada.

1.

DE SCHOLIIS TOVVNLEJANIS IN ILIADA EORVMQUE AD VICTORIANAS RATIONE.

Cum ante duos annos, in Anglia versarer, de Codice Iliadis *Townlejano* eiusque Scholiis certius aliquid, quam quod hucusque innotuerat, cognoscere studui. Casu factum erat, ut egregius liber, qui post principem Venetorum Codicem in Homericis primum locum obtinet, Academiae Oxoniensi velut e manibus elaberetur et ad hominem privatum perveniret. Nam cum Townleji bibliotheca illis ipsis diebus Oxoniae divenderetur, quibus Summi principes atque du-

ces Europâ pacatâ se in Angliam contulissent, et in ista urbe morarentur, Academia in adeundis atque celebrandis illis occupata auctionis istius rationem habere omisit. Itaque dum omnes concurrunt, ut *Blücherum*, Germanicorum heroum decus, iuris doctorem facerent, Codex Townlejanus *Burnejo* sexcentarum et viginti librarum anglicarum pretio adiudicatus est. *Burnejus*, accurata graecae linguae scientia inter Anglos merito celebratus, nec non et hoc nomine eis commendatus, quod Porsonum consilio atque omni officiorum genere adiuverat, Thesaurum illum ita possidet, ut et aliis eius usum concedat. Itaque cum cum Deptforti, in qua urbe prope Londinum rebus christianis praeest, adissem, me, peregrinum hominem ipsique a nemine commendatum, quae singularis est eius humanitas, non solum ut hospitem recepit; sed etiam, quod in primis concupiveram, Codicem illum pertractandum tradidit. Codex est membranaceus e vetustis, Veneto B non iunior. Praeter scholia habet etiam glossas inter lineas et scholiis glossisque interpositas hic illic observationes manu recentiore ductibusque rapidis exaratas. Reliquis, quae de Codicis indole atque historia narrari possunt post Heynii operam in his exponendis positam Homer. Carm. T. III, p. 6. sqq. supersedere cum possim, ad ipsa scholia transibo eorumque specimen adscribam hoc, quae fol. 83. a ad II.

', 1 – 15 exhibet. Cum his autem conferentur Scholia eiusdem loci in Codice Victoriano, qui inter nostros est nr. 223 fol. 160 a, et Scholia, quae *Conradus Horne* ad eundem librum anno 1620 edidit *). — Quibus verbis additum est T. ea extant in Codice Townlejano. Literae autem V et H indicant eadem iisdem verbis in Victoriano et Horneji libro legi.

---

*) Libri rarissimi, cuius exemplar Burnejus e bibliothecâ Spencerianâ mutuo acceperat, hic est titulus: *ΣΧΟΛΙΑ. | ΠΑΛΑΙΑ 'ΕΙΣ | ΤΗΝ 'Ι ΤΟΥ ΟΜΗΡΟΥ | ῥαψῳδίαν |.* SCHOLIA VETVSTA ET | oppido erudita in IX. Lib. | Iliados Homeri | E MSC. nunc primum edita | à | CONRADO HORNEIO | Brunsuic ill. acad. Iuliae Prof. | Publico | Helmaestadii. | Typis heredum Iacobi Lucii, | Sumtu Zachariae Raben, | Anno CIↃ IↃ CXX.

Ipse liber est formâ octavâ minore, foliis non numeratis. Dicit in praefatione Hornejus de scholiis: »Adtulit ea olim ex Italia Ioan. Caselius, qui apud Cl. V. *Petrum Victorium* ea sibi describi curaverat: penes hunc enim, si non in utramque *κοίησιν*, at in alteram vel plusculos eius libros, ni fallor, erant MSC. huiusmodi scholia«. — A Caselio edenda acceperat Hornejus. Praefationi subiungitur hoc:

Ioh. Caselius lib. de ludo litt. recte aper.

»Vtinam non invideant nobis diutius brevia quidem illa, sed vetusta et docta in Homerum scholia, quorum passim meminit Victorius, qui illa sibi servavit, quae et ipse vidi olim Florentiae, quando et paucis diebus aliquam eorum partem ita accurate legi, ut inde nonnulla mea fecerim et memineri[m].

Cod. Townlej. f. 83. a [2] *ad Il.* 2. V. 1. ὕρα τὸ ἀντίθετον πῶς ἐδήλωσεν ἐνὶ ῥήματι τρῶες ἔχον. ἀχαιοὺς ἔχε. T. V. H.

V. 2. θεσπεσίη [3] ἢ βουλήσει θεῶν προγεγενημένη ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἢ καὶ. θεσπεσίη πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις ἢ ἀνδρῶν κακότητι (Il. β, 367. 8.) [4]

Φύζα ἀεὶ μὲν ἡ μετὰ δείους φυγή· ὅθεν καὶ φυζακτινῆις (sic) ἐλάφοισι (Il. ν, 102.). νῦν δὲ ἔκπληξις. ἀπολογεῖται δὲ ὅτι ἐκ θεῶν. T. V. H. κρυόεις δὲ φόβος ὁ φοβερός. τὸ θερμὸν γὰρ ἐπιλείπει τοὺς δειλιάτας. T. V. [5]

κρυόεντος [6], φρικτοῦ, φοβεροῦ. σημαίνει γὰρ τοὺς δειλιάτας συγκρούειν τοὺς ὀδόντας· λιτὰς τὴν ῥαψῳδίαν καλοῦσι. [7] ἐπειδὴ δὲ οἱ τρῶες ἐκ παραδόξου νικῶσι βέλεσι διὸς οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει πανὶ πόνῳ τὴν ψυχὴν [8] φυλα παρεμβολὴν ἐπὶ τῷ

---

2) In fine paginae rubro additur, ab aliena manu στιχοι ἑξεσίη δ' ἀχιλῆος ἀπειθέος ἐστὶν ἰωκα. Nihil de eo Vict.

3) Vict. θεσπεσιν ἔχε. Nempe male lectum erata Victorii scriba.

4) Haec Townleianus intra lineas versuum, Victorianus in margine.

5) Hornejus in voce θεῶν finit, et novo initio habet: κρυόεντος· τὸ θερμὸν γὰρ ἐπιλείπει τοὺς δειλιάτας. —

6) ὀκρυόεντος V.

7) In extremo margine libri Townl. literis rapida manu scriptis additur: ὅτι ἀπέπεμψε πρὸς ἀχιλλέα ἄνδρας ὁ ἀγαμέμνων ὥστε λίσσεσθαι; quae, ut et reliqua eâdem manu scripta, omisit Victorianus et Hornej.

8) Corrig. τύχην e Cod. Venet. B et Lips.

ναυστάθμῳ ποιούμενοι τοῖς δὲ ἕλλησι ἅπαντα δυσχερῆ. ὅταν δὲ ἄλλων πραγμάτων ἄρχεσθαι μέλλῃ παραγραφὰς ἐμβάλλει, ὡς οἱ νόμοι τῶν ἱστοριογράφων.

V. 3. πένθει δ' ἀτλήτῳ: οἱ μὲν ἄλλοι περὶ φυγῆς[9], οἱ δὲ ἄριστοι ἐν πένθει. ἀνάξιον γὰρ ἑλληνικῶν ἀρχηγῶν ἡ φυγή. Μάλιστα δὲ αὐτῶν[10] ἅπτονται αἱ συμφοραί, ἐπεὶ καὶ τὴν αἰτίαν τῶν κατορθωμάτων ἐπὶ τούτους ἀνάγομεν. T. V. H.

ἀτλήτῳ ἀνυπομονήτῳ, ἀφορήτῳ gl. T.[11]

V. 4. ὡς δ' ἄνεμοι[12] δύο: διττὰ γὰρ αὐτοὺς ἐλύπει· ἔκπληξις τῶν παρόντων καὶ δέος τῶν μελλόντων οἱ δὲ[13] ζηνός τε νόος καὶ τρῶες ἀγαυοί. (Il. π, 103) T. V. H.[14] ὡς δ' ἄνεμοι· ἢ ὡς ἀριστοφάνης· ὡς δ' ἀνέμῳ[15] ἐλθόντ' ἐξαπίνης· σφοδρότεραι γάρ αἱ αἰφνίδιαι τῶν ἀνέμων ἐμβολαί.

38

---

9) Hornejus post *φυγῆς* (*ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο*) et post *πένθει* (*ἦσαν*) addit, utrumque uncis inclusum, de suo, ni fallor.

10) *αὐτῶν* V. H.

11) Eadem Viet., sed praefixo *ἄλλως* et scripto *ἀνυπομονήτῳ*.

12) *ἀνε* in rasura T.

13) *ὁδέ* T.

14) Horn. post *ἀγαυοί* novo initio *ὡς δ' ἄνεμοι δύο) ἢ ὡς*; Viet. subductis tantum vocibus *ὡς δ' ἄνεμοι* Reliqua uterque ut T.

15) Horn. post *ἀνέμῳ* scholion finit et novo initio pergit, *Ἐλθόντε ἐξαπίνης) Σφοδρότεραι κ. τ. λ.* Viet. et hic

5. *Ζέφυρος ὁ τὰ πρὸς τὸ Ζῆν φέρων· ἔαρος γὰρ ἄρχεται πνεῖν.* T, gl. [16].

τώ τε Θρήκηθεν: *οἱ μὲν συνεκδοχικῶς, ὡς ὅσοι βεβλήατο* [17] *χαλκῷ. οἱ δὲ ὅτι* [18] *οἰκητήριόν τῶν ἀνέμων ἡ Θράκη. εὐωχεῖται* [19] *οὖν παρὰ Ζεφύρῳ ἐν Θράκῃ. ἔστιν οὖν ἐλθόντε* [20] *ἀπὸ Θρᾴκης ἀήτον* [21], *ὅθεν ἑκάτερος εἴωθε πνεῖν, ἢ ὅτι ἡ τῶν Θρᾳκῶν γῆ σιγματοειδῶς κεῖται καὶ ἐπὶ πολὺ διήκει* [22] *μέχρι τῆς δύσεως. ἀφ' ἑκατέρου οὖν μέρους τῶν ἀνέμων ἔχει ἑκάτερος.* T. V. H.

---

tentus voces *ἐλθ. ἐξ* subduxisse. Reliqua uterque ut. T. nisi quod V. *αἰφνίδιοι*.—

16) V. idem, sed praefixo *βορέης καὶ Ζέφυρος*) et linea in marginem continuata.

17) Vict. *βεβλήατο*. Horn. *βεβολήατο*. Illud *α* in Vict atramento et ductu crassiore, in fine autem rasura.

18) V. *ὅτι* in textu omissum ductu et atram. crassiore in margine addit. —

19) *εὐωχοῦνται* Vict. et post eum Horn. *εὐωχοῦνται* · *ἐν παραζεφυρῳ* (l. *γὰρ οἱ Ζέφυροι*) *ἐν Θράκῃ*. Haec ita Horneius. Ceterum scriptura Townlej. corrupta quidem, sed distincte exhibetur *οὖν* et *παρὰ*. Emendationem incepit Victor., absolvit Hornej. confirmatam illam a Schol. Lips. ap. Vill. – *Εὐωχεῖται οὖν* haud dubie ex *εὐωχοῦνται* ortum.

20) *ἐλθόντα* Vict. mox *θρᾶκες* sine iota et *εἴωθεν* cum paragogico. —

21) Sic, acuto in penultima et *η* in rasura. Correxerunt Vict. et H.

22) *διόκει* V. et statim *μεχρί* H. — Mox *ἐφ'* pro *ἀφ'* exhibet uterque.

6. ἄμυδις ἅμα τῷ πνεῦσαι τοὺς ἀνέμους. T. gl.[23].

ἄμυδις: ψιλωτέον[24] τὸ ἄμυδις· αἰολικὸν γὰρ καὶ πνεῦμα καὶ τόνον ἀνεδέξατο. ὁμοίως τῷ ἄμυδις. T. V. H.

κελαινή. μελαίνη ἤ φοβερά T. gl.[25].

V. ?. κορθύεται, κορυφοῦται ἤ σωρεύεται· κορθὸς γὰρ ὁ σωρὸς καλεῖται T.[26].

παρὲξ: δύο εἰσὶ προθέσεις· ἀμέλει καὶ τρέπεται τὸ ξ̄ εἰς π̄. παρεκμέγα παρεκνόον παρεξοδοῦ παρεξείποιμι παρὲξ.. ῥρευέμην[27]. τινὲς δὲ ἓν μέρος λόγου[28]. ὅπερ ἔστιν ἐπίῤῥημα T. V. H. ἔστι δὲ καὶ πάρεξ[29] ὃ γενικῇ θέλει συντάσσεσθαι.

23) Hanc glossam non habet Hornej., in margine posuit Vict. praefixo *ἐξαπίνης*.

24) *φιλωθέον* H.

25) *Μελαίνη* per siglum in extrema syllaba T. Hinc Vict. corrupte *μέλαν ἤ φοβορόν*, quas voces nullo posito discrimine praecedenti scholio iunxit. Hornej. et haec omisit.

26) Haec, rapidis ductibus scripta, ut reliqua ab eâdem manu profecta omittit V. et H.

27) Sic T. Scrib. autem *παρεξαγορευέμεν*, quod est in Iliad. *μ* 213. — Victor. *παρὲξ ῥρευέμεν* cum lacuna inter voces. — Hornej. vocem omisit.

28) Hic adduntur in T. *ἀλλὰ παρὲξ τὴν νῆσον, στῆ δὲ παρέξ. Τρῶες*, petita ex Odyss. *μ*, 276. ll. λ, et 286. scripta manu rapida in rasura, quae dimidiam lineae partem in volumine occupat. Omiserunt V. et H.

29) Ita hic retracto accentu. Super *παρέξ* rapide scripta: *ἓν μέρος λόγου κατὰ τυραννίωνα*, quae omis. V. et

μετὰ τὴν διὰ οὖσα ἡ ἔξ οὐδέποτε τρέπει τὸ ξ. τὸ δὲ ἐξῆς οὕτω: πολλὸν δὲ παρὰ τὴν ἄλα φῦκον ἐξέχευε. T.

V. 7. φῦκος χόρτον. T. gl. [30].

V. 8. ἰδαίζετο θυμός. ἐταράσσετο[31], διεπόπτετο. T. gl. V.

V. 9. ἄχει μεγάλῳ: τῇ ἀλάλῳ[32] λύπῃ· τὸ ἐξῆς· ἴζον δὲ εἰν ἀγορῇ τετιηότες· πένθους γὰρ ὄψις καθόλου γράφει τοῦ στρατοῦ. T. V.

V. 9. μεγάλῳ τῃ ἀλάλῳ λύπῃ, T. gl. omis. V. H.

V. 11. Κλῄδην. τὸ μὲν πλῆθος οὐ συνάγει, ἐπεὶ ἐν ταῖς δυσπραγίαις ὀργίζονται τοῖς ἄρχουσιν, ἐπ' ἐκείνους τὰς αἰτίας τῆς δυσπραγίας[33]

H. Ceterum, quae post ἐπίῤῥημα leguntur, sunt lectu satis difficilia et magnam partem post scholiorum contextum in margine interiore abscondita latent. Hinc omisit Hornejus, scriba autem Victorianus abrumpit in his verbis μετὰ τὴν διὰ δὲ (sic) οὖσα. Post οὖσα rasura est, ex qua voculae ἡ ἐξ etiamnum eminent.

30) Gl. rapide scripta, hinc omissa a V. et H.

31) Addit καὶ V. —

32) Cod. ἀλαλ. Vict. ἄλῳ· Idem mox ἔζον et ἐν ex correct. pro εἰν. Hoc scholion loco suo motum et post. scholia ad v. 15. reiectum est, neque signum indicat, quo sit referendum, quas causas puto, quare omiserit Horn. — Vict. in dextro margine rasuram habet post διεπόπτετο in praeced. Schol., ex qua ductus vocis ἄχει etiam nunc eminent, rubro subductae. —

33) Vict. τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς et ante τῆς habet οὐδέποτε lineis transfixum et punctis infra positis notatum. Vide notam 34.

ἀναφέροντες. ἄλλως τε εἰ μηδὲν δυστυχήσαντες οὕτω πρώην ἐδείξαντο τὴν φυγήν, πολλῷ μᾶλλον νῦν δυστυχήσαντες. κατ' ὄνομα δὲ τοὺς[34] ἀρίστους συνάγει, ἵνα μὴ ἔκπυστα γένηται τοῖς πολεμίοις τὰ πρασσόμενα, ἢ καὶ πρὸς τὸ μὴ ταράξαι τοὺς οἰκείους T. V. H. οὐδὲ ἐν ταῖς δυσπραγίαις οὖν ἐξίσταται τῶν πρακτέων ὁ βασιλεύς. T. V.

V. 12. μὴ δὲ βοᾶν: ἀντὶ τοῦ[35] μὴ βοᾶν

---

34) *Κατ' ὄνομα δέ * τόξον* (d. *τόξον*) *τούς.* Ita Hornej. literâ d. indicans, delendum esse *τόξον.* Vict. *κατ' ὄνομα δὲ τρίτον τόξον τοὺς*, séd voces *τρίτον τόξον* linea transfixit, et punctis infra positis notavit. Ista monstra lectionum hanc habent originem. Diximus scholii ad vocem *παρέξ* in V. 7. partem, a V. et H. neglectam, post scholiorum contextum in interiore margine legi not. 29. Iam verba *κατ' ὄνομα* scholii ad *κλήδην* adscripti finiunt lineam, et post hanc ex priore isto ad *παρέξ* scholio voces *τρεπ' τόξ'* i. e. *τρέπει τὸ ξ'* velut in umbra latent. In his Hornejus loco vocis *τρεπ'* asteriscum posuit, et *τόξ'* putavit esse *τόξον*, hocque tanquam scholii ad *κλήδην* spectantis partem textui intulit. Victorianus scriba ex utraque voce *τρίτον τόξον* effinxit, et totam scholii partem in alterum scholion, cui adhaeret, dispersit. Deleta tamen sunt omnia haec fragmina insitiva, et crassiore quidem atramento, ni fallor, ab emendatore codicis, quem plerumque a scriba Manuscripti diversum, tunc temporis Itali habebant, ut, quod hic descripsisset, ille denuo cum archetypo collatum emendaret. Ex eodem fonte fluxit *οὐδέποτε*, quod ante *τῆς συμφορᾶς* not. 33. Victor. habere dixi.

35) *τοῦ* in V. omiss. eiusdem emendatoris manus supplet.

ὡς δόλῳ οὐδὲ βιηφι. (Odyssea ι, 408.) ἀντὶ βίᾳ δὲ οὔ. T. V. H.

μετὰ πρώτοισι ποneῖτο. ταὐτὰ ποιεῖ τοῖς κήρυξι πρὸς τὸ δυσωπεῖν ἐκείνους καὶ εἰκότως. ἡ γὰρ συμφορὰ ταπεινοῖ καὶ τὰ μεγάλα φρονήματα.

V. 13. τετιηότες. τετιμωρημένοι ἢ λυπούμενοι. T. gl. V.

V. 14. ἴστατο δακρυχέων: ἵνα ἐλεεινὸς γενόμενος [36] μὴ καταλειφθῇ παρ' αὐτῶν. T. V. H.

V. 16. αἰγίλιπος: ὑψηλῆς, ἣν καὶ αἴξ ἂν ἀπολίποι διὰ τὸ ἄγαν ὑψηλόν. ἡ δὲ παραβολὴ πρός τε πλῆθος τῶν δακρύων εἴληπται καὶ τῶν στεναγμῶν. T. V. H.

δνοφερὸν. μέλαν ἢ μετὰ δονήσεως, τῷ δὲ ψόφῳ ὁ ἀτεναγμὸς εἴκασται. T. V. H.

V. 16. ὣς ὅ [37] βαρυστενάχων: ἀλλ' εἶπε δακρυχέων ὥστε κρήνη, εἰ μὴ λέγοις, ὅτι διὰ τοῦ βαρέως στενάζειν τὸ δακρυχέειν δηλοῦται. ὡς τὸ ἐζόμενοι [38] λεύκαινον ὕδωρ. (Od. μ, 172.)

διὰ [39] τὸ βαρέως στενάχειν δηλοῦται τὸ δακρυχέειν ὡς τὸ ἐζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ. T. V.

---

quae eundem articuli casum post ἀντὶ addidit, licet eo careat Townlej.

36) γεγονώς V. — Hornejus a Townlej. non recedens γενόμενος servat.

37) ὅ in textu et in schol. cum accentu.

38) ἐζόμενος Hornej. — Vict. ἐζόμενοι, uti T.

39) Praefixit Vict. ἄλλως ὡς ὁ βαρυστενάχων) διὰ τὸ βαρέως κ. τ. λ.

Ex his, quae eâ, qua par erat fide, exhibui et exagitavi, ne minimis quidem omissis, iam ipsi haud dubie lectores collegerunt:

1) Victorii et ipsa Caselii, quae Hornejus edidit, scholia e Codice Townlejano esse descripta,

2) omissas a Victoriano scriba glossas interlineares plures, a Caseliano fere omnes, ab utroque autem eas scholiorum partes, quae properanti ac recentiori quidem manu Townlejano essent additae, sive quod his minus tribuerent, sive quod eae post horum demum tempora a recentiore aliquo Townlejani libri possessore fuere adiectae,

3) omisisse etiam utrumque, quae legere non posset, aut quo pertinerent, quidve sibi vellent, ignoraret,

4) mutasse nonnulla Victorianum, utpote hominem graece doctum, et qui in singulis vocibus cum fide reddendis minus laboraret,

5) corrupisse utrumque interdum lectiones bonas et omnino in opera profliganda negligentius, quam par erat, fuisse versatum,

6) nec tamen ex Victoriano, quem nos possidemus, libro Caselium sua duxisse, quod putavit Heynius Iliad. 9. T. III, p. CVI, cum interdum diversa exhibeant, ut in loco illo, cui τόξον intulerunt, et cum alter Townlejanum in eo ipso loco sequatur, in quo alter ab eo recedat cf. ad V. 14. Victorii γεγονώς et ad V. 16. Horneji ἑζόμενος. —

Iam cum referat Hornejus loco supra memorato, Caselium apud P. Victorium ea scholia sibi describenda curasse, hoc quomodo cum illo, quod modo docui, conveniat, videndum erit.

Nempe Caselius dicere solebat: „penes Victorium fuisse, si non in utramque *ποίησιν*, at in alteram *vel plusculos eius libros*, MSC. huiusmodi scholia". Erat tunc temporis Florentiae Codex postea Townlejanus, possessus a Duce *Salviato* (cf. Heyn. l. l. p. CIII.) Huius autem scholiorum partem seu *plusculos illos libros*, quos dubitanter commemorat Hornejus, in usus suos transscribendos curaverat Victorius, et ex hoc scholiorum fragmento fluxere Caseliana. — Ab his cum integrum Victorii apographum diversum sit, statuendum erit, hoc non nisi sequutis temporibus in possessionem Petri Victorii venisse, quum sua in Germaniam *Caselius*, ex manco illo derivata iam attulisset.

2.

LOCI E CHRESTOMATHIA PROCLI, IN QUIBUS DE HOMERI VITA ET DE CARMINIBUS CYCLICIS AGITUR, E VENETO ET MONACENSI CODICIBUS EMENDATI.

Leo Allatius libro, quem *de patria Homeri* edidit *), breviores tres de Homeri vita narratio-

*) Prodiit Lugd. 1640. repetitus est in Gronovii Thesaur. Antiquitatum graec. T. X. p. 1698. sqq. Ed. Venet. et in Barnesii editione Homeri.

nes praemisit, quarum prima Proclum auctorem habet. Praefationi subiecit: *Proclum meae mihi qualescunque schedae, Anonymam utramque ...., Bibliotheca Regia Parisiensis ex Codicibus DLM et DCX suppeditarunt.* Primam illam a Proclo conscriptam et integriorem quidem simul cum argumento *Cypriorum carminum* continet *Codex Iliadis* in Bibliotheca *S. Laurentii Escurialensi* et *Codex Monacensis CXI.* chartaceus Seculi XVI. At Princeps ille homericorum codicum Venetus in *Bibliotheca S. Marci*, ex quo Villoisonus Iliada edidit, vitam quidem istam Homeri continet, non vero argumentum Cypriorum. Vitae autem subiicit pretiosissimos locos eiusdem Procli, quibus *Aethiopidis, parvae Iliadis, Ilii expugnationis, Nostorum et Telegoniae* argumenta enarrantur. Locos ex Hispanico Codice descripsit *Thomas Christianus Tychsenius*, Universitatis Georgiae Augustae decus, ex Veneto *Johannes Philippus Siebenkeesius*, olim apud Alterfinos Litt. graeco. Professor. Ab utriusque schedis ducti Heyniique observationibus illustati primum prodierunt Gottingae in *Bibliotheca literaturae artisque Veterum*, fasciculo primo inter inedita p. VII sqq. Inde in aliorum libros propagati sunt, in Gaisfordii edit. Hephaestionis p. 465. sqq. et in edit. Tzetzae Homericorum a Bekkero nuper procuratam, initio.

Sed cum Parisiis codicem Venetum tractarem,

et Procli fragmenta cum editis conferrem, statim intellexi, *Siebenkeesium* in his describendis non maiori curâ quam Villoisonum in Scholiis eiusdem libri exhibendis esse versatum. — Nolui autem egregia Procli fragmenta, quae sola nobilissimorum carminum cyclicorum memoriam paullo accuratiorem servarunt, cum vitiis circumferri, quae ex *Siebenkeesii* negligentia traxerunt, praesertim cum ne Bekkerus quidem emendata illa repetenda curaverit. Hic enim, puto, cum Parisiis Codicem Venetum cum Villoisoni apographo in futuros usus conferret, primas eius paginas, quibus nostra continentur, reliquis intentus, examinare omisit. Has igitur eâ, quà decet, curâ percenseamus, relatis his, quae aut *Siebenkeesius* minus accurate retulit, aut Codex Monacensis in vitâ Homeri et in argumento Cypriorum diversa exhibet. *Codex CCCCLIV Venetus S. Marci* membranaceus formae maximae foliorum CCCX VII. Scriptus seculo X eâdem manu, exceptis foliis LXIX ad LXXIV quae recentiore suppleta sunt sine Scholiis in membranis albissimis. Reliquas vetustas flavo colore obduxit.

Initium facit.

Πρόκλου χρησομαθίας γραμματικῆς τῶν εἰς δ' διηρημένων τὸ ἀ Ὁμήρου χρόνοι, βίος, χαρακτήρ, ἀναγραφὴ ποιημάτων.

Verba *Πρόκλου περὶ Ὁμήρου* non sunt in Veneto codice, at in Monac. In Epigraphe trans-

cribenda *Siebenkeesius* vocem γραμματικῆς omisit. Videmus autem in eâ quatuor Chrestomathiae Procli libros commemorari, item in excerptis ex eâ apud *Photium* in Myriobibl. p. 521. l. 1. ed. *Hoeschel.* p. 952. l. 5. ed. Schott. τὸ παρὸν βιβλίον διαιρεῖται εἰς δ'. Tres fuisse scribit *Suidas* in Lex. Tom. III p. 186. ed. *Kuster*, inter Procli Lycii scripta referens Περὶ χρησομαθίας βιβλία γ', ex eoque *Eudocia* in Viol. p. 366. ed. *Villois.* *Duos* tantum statuit *Heynius* loco laudato p. 12. cum reliquis recentiorum, inductus nempe verbis, quibus Excerpta apud *Photium* finiuntur: οἱ δὲ δύο λόγοι τῆς Πρόκλου γραμματικῆς χρησομαθίας, ἐν τούτοις p. 520. l. 14. ed. *Hoeschel.* p. 992. l. 9. ed. *Schott.* Iam locos, quos vidimus discrepantes ut conciliarent, *Heynius* quatuor putat Eclogarum ex Chrestomathiâ fuisse libros, hisque solis usum *Photium* et grammaticum, qui nostra in Codicem Venetum transcripserit, *Schottus* autem initio Eclogarum apud *Photium* pro διαιρεῖται εἰσ δ' legendum putat διαιρεῖται εἰς δύο. Sed, ne urgeam quam parum apte duorum librorum opus in quatuor Eclogarum libros distractum fuisset, ipa Chrestomathiae dispositio quatuor librorum numerum tuetur. Nam si iungas quae a *Photio* et in Epigraphe a Veneto Codice supra transcriptâ dicuntur, Proclus in primo libro de poëseqs natura et generibus, post haec vero de Homeri aetate, vita, ingenio carminum-

que eius ratione disseruerat. His exponendis si primus liber erat destinatus, omnis reliqua operis materia, quod universos poëtas et omnia carminum genera complectebatur, non uno solo potuit libro contineri, sed satis larga fuit ad tres libros implendos. Itaque genuinum est istud διαιρεῖται εἰς δ', et hoc Veneti τῶν εἰς δ' διῃρημένων, in altero autem *Photii* loco scribendum erit, οἱ δὲ δ' λόγοι pro οἱ δὲ δύο λόγοι, et apud *Suidam* item βιβλία δ' pro βιβλία γ'.

Post Epigraphen, quae rubro scripta est, sequitur locus de Homero, ut editus est Gottingae in libro supra laudato, hac tamen lectionis diversitate:

Pag. 7. l. 2. δέ εἰσι Gotting. et Monac. δ' εἰσί Venet. – L. 3. Παννύασις G. Πανύασις V. M. — L. 4. ποίας πατρίδος G. M. ποίας ἐγένετο πατρίδος V. Ibid. ἀποφῄνασθαι G. ἀποφήνασθαι M. V. et sic semper – L. 5. ῥάδιον G. M. ῥάιδιον V. adscripto, ut solet, iota. – L. 8. περὶ τούτων G. V. περὶ τούτου M. — L. 13. τοῦ ἀνδρός G. M. τἀνδρός V. —

P. 8. l. 1. Μαίονος G. V. Μαίωνως M. hic et infra. Idem antea Κωλοφώνιον, ἀντιποιῆται pro Κολοφώνιον, ἀντιποιεῖται. – L. 6. 7. ὑπὸ τῶν Αἰολέων G. M. ὑπὸ αἰολέων V. Ibid. Ελλάνικος G. M. ἑλλανικὸς V. – L. 9. παράγουσιν G. περιάγουσι M. ἀνάγουσι V. Ibid. γάρ φασι G. γὰρ φασὶ V. – L. 10. Δίον G. δῖον V. ⁊ L. 11. Απελλίδος G. V. ἀπὸρήοδος (sic) M. Ibid. Ἐπιφραδέως G. ἐπιφραδέος V. et mox φιλοτερπέος. — L. 13. Εὐκλέους G. V. εὐκλεοῦς M. — L. 15. τοιοῦτός τις φέρεται λόγος G. λόγος τις φέρεται τοιοῦτος V. τοιοῦτός τις ἐφέρετο λόγος M. — L. 16. αὐτῷ τόν G. V. αὐτὸν τόν M.

P. 9. l. 1. *Εσιν Ιος* G. *ἔσιν, ἶος* V. — L. 2. *φύλαξαι* G. item V. cum rasura super *α*. Fuerat *φυλάξαι*, quod corrupit in *φυλάξω* M. — L. 9. *ἦ ῥ* G. M. *ἀῤ* (sic) V. — L. 10. *δὲ αὐτῷ* G. *δὲ αὐτῶν* V. *τε αὐτῷ* M. — L. 12. *δὲ αὐτοῦ* V. *δ'αὐτοῦ* M. — L. 13. *ἐπ' ἰχθυίαν* G. *ἐπὶ ἰχθυΐαν* V. — L. 16. *ἀποκομίζουσι* G. *ἀποκομίζουσιν* V. Ib. *δὲ ἐκεῖνον* G. *δ'ἐκεῖνον* V. — L. 18. *περιπταῖσαι* G. *περιπτάισαι* V. cum puncto super *α* et rasura in *αισ*· — L. 20. *μήτε τούτων* G. *μηδὲ τούτων* M. *μὴ δὲ τούτων* V. — L. 21. *κεχώρηκα* G. M. *κατεχώρησα* V.

P. 10. l. 1. 2. *κατεῖδεν, ὅσα οὐδεὶς ἄνθρωπος πώποτε* G. M. *κατεῖδεν ὅ* (sic) *ἄνος ὅσα οὐδεὶς πώποτεν*. — L. 3. *δέ οἵτινες* G. V. *δὲ εἵτινες* M. — L. 4. *ἀτριβεῖς ὄντος* G. *ἀτρυβεῖςόντες* (sic) V. *ἀτριβεῖς ὄντες* M. — L. 4. 5. *προσήκειν τῷ γένει ἀπέχουσι*, G. *ἀπέχουσι ΤΟΤ γένει προσήκειν* V. verissime. — L. 5. *ὅσον ἡ ποίησις* G. V. *ὅσον ποίησις* M. — L. 7. *Ἄλλοι δὲ τὸ* G. *ἄλλοι δὲ οἱ τὸ* V. M. — L. 9. *ἀνέθηκε* G. *ἀνέθηκεν* V. — L. 10. *Τμνῳ* G. V. *ὕμνον* M. Ibid. *δῖον* G. *θεῖον* V. — L. 14. 15. *τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν* G. *τῆς ἡρακλειδῶν* V. Ib. *ἐτῶν ἐξήκοντα. Οἱ δὲ.* G. M. *ἔτεσιν ἐξήκοντα. τὸ δὲ περὶ τοὺς ἡρακλείδας λείπεται τῶν τροϊκῶν ἔτεσιν ὀγδοήκουτα. οἱ δέ* V. *Siebenkeesius* haec quidem transcripsit, sed *ἔτεσιν ἐξήκοντα* et hic dedit, cum tamen, *ἔτεσιν ὀγδοήκοντα* clarissime in Codice scriptum sit.

P. 11. l. 1. *ἀνυπέρβλητος* G. V. *ἀνυπόβλητος* M. Ib. *προβεβηκυῖαν* G. V. *τελείαν* M. — L. 2. *παρίσησι* G. *παρῖσησι* V. — L. 6. *πολλῶν δέονται ἀναλωμάτων* G. M. *πολλῶν ἀναλωμάτων δέονται* V. Falso autem *Siebenk.* dicit in Ms. verba excidisse *αἱ γάρ* usque ad *ἀναλωμάτων*. Ceterum V. interpungit *ταῦτα, ... χρόνους· .... ἀκινδύνως*· — L. 9. *πω* G. *πῶς* V. *πως* M. — L. 10. 11. *γέγραφε* G. V. *γεγράφθαι* M. — L. 11. *Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦσιν* G. *ἢ νξένων καὶ ἑλλανικὸς ἀφαι-*

ρούνται αὐτοῦ V. ἀφαιροῦνται etiam M. Loco vocis Ξένων quid in M. legatur, infra dicemus. — L. 11. 12. οἱ μέντοι G. οἱ μέντοι γε V. M. et verbis τὸν κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν in Ven. e regione rubro scriptum est hoc: οἱ δὲ λέγουσι τήγρητος τοῦ καρ$^{\phi}$.

P. 12. l. 1. βατραχομυομαχίαν· ἔντε παιτίον G. M. βατραχομαχίαν ἢ μυομαχίαν. εντεπάιτιον (sic) V. Falso *Siebenkeesius* ibi μυομαχίαν legi retulit, vulgatissimâ notâ literae μ deceptus.

Praeter ea, quae in ipsis variis lectionibus transcribendis iam notavimus, hoc vel inprimis memorabile, quod lectio Codicis Veneti supra allata locum p. 11. lin. 2. salvum constituit, quem in historia critica Homeri inprimis memorabilem videbis. Totus autem ille ap. Gotting. ita se habet: *Γέγραφε δὲ ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν. (Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦσιν αὐτοῦ, οἱ μέντοι ἀρχαῖοι καὶ τὸν Κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν*, in Veneto autem *Γέγραφε δὲ ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν, ἣν Ξένων καὶ Ἑλλανικὸς ἀφαιροῦνται αὐτοῦ· οἱ μέντοι γε ἀρχαῖοι κ. τ. λ.* Nota, quâ vocula ἣν scribitur, perspicua est in Codice, quam licet satis tritam cum non extricaret *Siebenkeesius*, dicit pro ξένων Ms. Ven. habere ἣν ξενων. — Fridericus Augustus *Wolfius*, magnus criticae homericae restaurator, in *Prolegg. ad Homerum* pag. CLVIII de his, qui eiusdem auctoris esse Iliada et Odysseam negarent not. 20. „*Illos autem*, ait, *priores fuisse celeberimis scholis Gram-*

maticorum, ex multis indiciis colligo. Quare videndum est, ne forte primum vestigium illius suspicionis lateat in mutilato loco Vitae Homeri, quae a Tychsenio accuratius quam antea edita est in Append. Fasc. 1. Bibl. Goetting. p. 11. *Γέγραφε ποιήσεις δύο Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν. Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαροῦσιν αὐτοῦ*". Ac loco quidem e Cod. Ven. ut fecimus restituto, patet, *Xenonem* atque *Hellanicum* Odysseam Homero abiudicasse. Hucusque igitur verum vidit vir accutissimus. Sed quaeritur, quemnam *Hellanicum* eius sententiae auctorem Proclus exhibeat. Non dubitant de *Hellanico Lesbio*, quatenus de loco corrupto iudicare poterant, neque *Heynius* ad hunc locum, neque *Sturzius* in *fragmentis Hellanici Lesbii* p. 156. Haec autem si stare potest sententia, habemus sane auctorem Odysseae Homero abiudicandae non solum celeberrimis scholis Grammaticorum, sed ipsâ arte criticâ priorem. At enim hoc ipsum dubitationem movere debet, quod eâ aetate, qua vix Herodotus conatus est *Cypria* et *Epigonos* ab homericis carminibus secludere, iam extiterit, qui Odysseam ad idem carminum Homero suppositorum genus revocaret. Accedit, quod Hellanicus atque Xeno a Proclo *antiquis* opponuntur: *Ξένων καὶ Ἑλλανικὸς.... οἱ μέντοι γε ἀρχαῖοι κ. τ. λ.* quod quomodo fieri possit, si Hellanicum illum *Lesbium* putas, id est, ipsum unum ex

antiquis atque Herodoto natu maiorem, hoc equidem non perspicio. Hinc sequitur, ut *Hellanicum Grammaticum* intelligamus, quem Eustathius ad Iliad. p. 1035. l. 64. et p. 1173. l. 27. nec non *Schol. Veneta* ad Il. ε, 259. et ad μ, 1 ubi Ἑλληνικός saltem Villoisono nominatur, porro ad Il. ο, 651, nec non *Scholia minora* ad Odyss. β, 185. et *Scholia Arsenii* Ms. in Odysseam, quae apud me sunt, aliquoties commemorant, seu potius notant, nihil ex eius crisi, quod laude dignum sit, afferentes. Hunc autem satis constat *Aristarchi* fuisse aequalem, idque ex loco *Suidae* T. III p. 224. ed. *Kuster* Πτολεμαῖος γραμματικὸς ὁ Ἐπιθέτης κληθείς, διότι εἵπετο τῷ Ἀριστάρχῳ. διηκηκόει δὲ Ἑλλανίκου τοῦ γραμματικοῦ. ὁ δὲ Ἀγαθοκλείους· ὁ δὲ Ζηνοδότου. —

Iam quaeritur, quemnam Hellanico grammatico socium in defendendâ istâ de Odysseâ sententiâ inveniamus. Procli apographa *Xenonem* nominant, nomen in rebus literariis Graecorum, quantum equidem scio, prorsus incognitum. Auditus est *Xenio* aliquis historicus, cuius *Cretica* memorat *Stephanus Byzantinus* sub vocibus Ἀρκάδες p. 166. δραγμός p. 310. ed. *Berkel.* Nobis vero *Grammatico* opus, eoque *Hellanico* aetate maiore, siquidem non inconsulto nominum ordinem a Proclo institutum *Hellanicique* postpositum existimas. Iam nullus commodius hic intrat,

quam ipse Scholae Alexandrinae princeps *Zenodotus* cuius praecepta ab Agathocle tradita *Hellanicus* acceperat. De Codicum scriptura, qua nobis *Xeno* sive quem *Heynius* inducit *Zeno* pro Zenodoto offertur, ne sis sollicitus. Nam clariora Grammaticorum nomina cum plerumque in Codicibus per sigla scribantur, creberrime a librariis truncata sunt. In Codice autem Monacensi scripturae ratio in *Xenonis* nomine ad aliud nomen ducit. Reliquis enim satis perspicuis siglum supra lineâ conspicitur, quod aperte novam syllabam significat. Quae cum ita sint, verisimile mihi est, sententiam qua Odyssea Homero abiudicabatur, auctorem habere ipsum *Zenodotum*, eius autem successores in diversa abiisse, aliis utrumque carmen Homero vindicantibus, ut *Aristophane* atque *Aristarcho*, aliis autem, in quibus *Hellanicus*; Zenodoti auctoritatem in secludendâ Odysseâ sequutis, qui ob id ipsum χωρίζοντες in Scholiis Venetis dicuntur. Cf. inprimis ad Il. π, 747. et *Wolfium* loco laudato. Quod autem hic dicit, se ex multis indiciis colligere, χωρίζοντας priores fuisse celeberrimis scholis grammaticorum, hoc quo pertineat, non reperio. Equidem nullum novi eius sectae vestigium antiquius hoc, de quo iam egimus, neque criticae artis tempora illam excedere potuisse intelliget, quicunque in locis, quibus mentio χωριζόντων inest, argumenta ac omnem eorum probandi rationem accuratius examinaverit.

Iam redeundum ad Codicem Venetum, cuius in primo folio praeter ea, de quibus actum, picturae sunt eiusdem cuius Codex aetatis et pro genio seculi deformes. Duae personae se in amplexu tenent, adscripta nomina ἡ Ἀφροδίτη ὁ Πάρις, et circa tentorium.

Post sequebatur Ilias, Aethiopis, parva Ilias, excidium Ilii ab Arctino conscriptum, de quibus in Cod. Ven. turbato ut videbimus rerum ordine post Nostos es Telegoniam demum agitur. Desinit autem argumentorum enarratio cum ipsius Arctini opere in verba: καὶ φθορὰν ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ τὸ πέλαγος μηχανᾶται, quae in Ven. folio 6. paginam aversam terminant; nec opus in his lacunam statuere, quod *Siebenkeesius* fecit. Commode enim in his exponendis carmen desinere potuit. Iam ex sententia Heynii admodum probabili Ἰλίου πέρσιδος Arctini alterum carmen eiusdem argumenti subiunctum erat, quod Pausania X, 25, 26. teste *Lescheum* auctorem habebat. Hoc si statuas, vides initium argumenti eius deesse, servatum esse finem, quo docemur in altero hoc fabulas usque ad Polyxenae necem fuisse deductas, qua perpetrata cum Graeci in patriam redirent, iam carmen de Νόστοις sequebatur. Pergit enim post illud fragmentum Codex ita

† Νόστων $\overline{\varepsilon}$ ἁγίου (sic)

Συνάπτει δὲ τούτοις (nempe Proclus cum carmine de excidio Troiae) τὰ τῶν νόστων βιβλία $\overline{\varepsilon}$ ἁγίου

(sic) *τροιζηνίου περιέχοντα τάδε*, reliqua ut Gott. p. 40. 41. his vero ex ordine Odyssea atque Telegonia subiunctae, cyclum sive orbem decem quae vidimus carminum claudebant. Iam cum Cypriorum argumentum, omissum Veneto, ex Hispano et Monacensi Codicibus suppleri possit, ad rationem Cycli ac fabularum in eo dispositionem cognoscendam nihil deest, nisi pars eius loci, qui alterius carminis de Ilii excidio argumentum continebat. Ceterum in loco de *Nostis* haec inter Siebenkeesii apographum et codicem Venetum discrimina sunt:

P. 40. l. 10. *καθίσησι* G. *καθῖσῆοι* V. Ib. *Ἀγαμέμνων*. G. *ἀγάμεμνον* V. — L. 19. *τῶν δὲ περὶ* G. *τὸν δὲ περὶ* V. — L. 21. *Εἶτ' ὁ περὶ* G. *εἶΣ' ὁ περὶ* V. —

P. 41. l. 1. *ἐν Μαρωνείᾳ* G. *ἐν τῇ μαρωνεία* V. — L. 3. 4. *πηλεῖ (ἔπειτα) Ἀγαμέμνονος* G. *πηλεῖ... τὰ αγαμέμνονος* (sic) spatium quinque fere literarum vacuum nec interpunctio post *ἀγαμέμνονος*. Praeterea codex praepositionem cum nomine plerumque iungit, scribens *περιτοῦ*, *εἰστήν*, *μεταπέντε εἰσάιγυπτον*, similia in sequentibus.

Sed haec levia. Praecipuum *Siebenkeesii* peccatum, quod pro *Hagia* Nostorum scriptore *Augiam* nobis vendidit, iam per ora hominum multorumque libros divulgatum, de quo Heynius „*nunquam alias legere memini Augiam Troezenium, nomen prorsus ignotum*“, barbarum dicere potuisset, quia non *Αὐγίας* nomen graecum est, sed *Αὐγέας*, quod poetae in *Αὐγείας* distrahunt, unde Latinis *Augias* et *Augeas* dicitur.

Clare autem in Codicis priore loco legitur *αγίου* sine spiritu, ita ut literae *αγ* in siglo perquam vulgari atque perspicuo comprehendantur, posteriore autem *ἁγίου* cum spiritu aspero, quam scripturam veram esse iudico. Altera nominis forma, eaque recentior, *Hagius* est, obvia nempe in Inscriptionibus Romanis, ut apud Muratorum Inscript. Thesaur. p. CMXXI. 8. et ipsa spiritu suo cassa *Agius* ibid. p. CMXXV. 7. *Agio* p. MCCVI. 5. Nostra autem nominis forma quâ apud Xenophontem, Plutarchum, alios, viri vitâ literisque nobiles aut ignobiles dicti plures reperiuntur, si alterum codicis Ven. locum exceperis, ipsa spiritum amisit, scripta ubique *Agias*. Idem et aliis vocabulis accidisse docui in his Actis T. II. p. 421. et 422.

Hagiam Troezenium, Nostorum scriptorem, nomine in *Augias* corrupto, puto commemorari a Clemente Alexandrino: *Ἀντιμάχου τε τοῦ Τηΐου εἰπόντος·*

Ἐκ γὰρ δώρων πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι πέλονται,
Αὐγίας ἐποίησεν·
Δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νόον ἤπαφεν ἠδὲ καὶ ἔργα

Stromatum libr. VI. p. 622. D. ed. Sylburg. Male hoc loco de *Augeâ* Atheniensi comico cogitaverunt, de quo Suidas Lex. Vol. 1. p. 376. ed. *Kuster*; is autem haud dubie idem est, qui apud Pollu-

cem in Onom. libr. III. 36. p. 284. ed. Hemsterhus. Ἀγίας ὁ κωμικός, in aliis Manuscriptis *Αμφίας* nominatur, nempe et ipse *Hagias* dictus. Nam *Augeae* nomen, si regem Eleorum vel unum vel plures eius nominis in fabulis heroicis exceperis, Graecis inusitatum fuit. Sed in isto Clementis loco *Hagiam comicum* memorari aperte falsum. Versus enim, qui affertur, et metro et dictionis colore epicum poëtam monstrat. Iam nullus, praeter nostrum, Hagias epopoeus. Itaque donec inveniatur alter, *Troezenio* Nostorum scriptori versus iste erit adiudicandus. His ita expositis, de aetate, haud quidem qua vixerit *Hagias Troezenius*, sed quam non attigerit, et infra quam descendat, coniecturam facere possumus. Nam versum *Antimachi Teii* imitando expressisse perhibetur. Satis diligens auctor Clemens non solet confundere poëtarum aetates. Itaque concludere licet, *Hagiam* post *Antimachum Teium* vixisse, id est non ante Olympiadum initia. Vixit enim Antimachus Teius circa Olymp. VI cf. *Fabricii* Bibl. gr. libr. II. c. XV. XIII. β'. — Ab utroque, tum *epopoeo* tum *comico* diversus tertius *Hagias historiographus*, qui *Αἰγίας* in *Clementis*, *Ἄγις* in *Eusebii* libris scribitur cf. *Sylburg* ad Clem. Alex. Strom. libr. I p. 321. D. et *Meursius* in Bibl. graec. p. 1194 in Tom. X. Gronovii Thesaur. Antiqq. graecar. Sed de Hagiis nunc quidem satis. Uberiorem enim huiusmodi rerum pervesti-

gationem libro reservamus, quem de historiâ poeseos epicae inter Graecos deque Epopoeorum aetatibus et fragmentis conscribere iam dudum paramus. Redimus ad codicem Venetum.

Argumento Nostorum Hagiae in eâdem paginâ folii quarti subiungitur

Τηλεγονίας β εὐγάμωνος

Μετὰ ταῦτά (nempe post res in Nostis relatas in cyclo sequebatur) *ἐστιν Ὁμήρου Ὀδύσσεια, ἔπειτα Τηλεγονίας βιβλία ..... Κίρκην δὲ Τηλέμαχος* ut apud Gottingens. p. 42. et p. 43., hac tamen lectionis diversitate.

P. 42. l. 9. a fine *Κυρηναίου* G. *κυριναίου* V. – L. 7. *οἱ μνήσαρες* G. *οἱ μν' ταρες* (sic) V, scribe *μνησῆρες*.

P. 43. l. 3. 4. *πρὸς Βρύγους* G. *προσβρυγοὺς* V. — L. 11. *τηλέγονος* G. *τηλεγόμενος* V. – L. 14. *δὲ ἐπιγονούς* G. *δ' ἐπιγονούς* V. – L. 17. *συνοικειοῖ* G. *συνοικεῖ* V. Scr. *συνοικεῖ τῇ μὲν Πηνελόπῃ Τηλέγονος, Κίρκῃ δὲ Τηλέμαχος* pro *τὴν μὲν Πηνελόπην... Κίρκην δέ.*

In altera quoque quarti folii pagina quae a media voce *τρέ-πεται* p. 43. l. 5, ap. Schot. incipit, marginem et spatia vacua occupant picturae, leones nempe et monstra alata ac longis caudis horrentia, quae homines devorant, simul duo corvi et magnus heros inter parvos constitutus. Adscriptum nomen *ὁ Ἀχιλλεύς* literis maximis et albo pictis. *Quintum* folium album est et vacuum.

Sexti margines et ipsae picturis ornatae sunt. Conspiciuntur homines armati, eques, rex in solio sedens, sacerdos, ut videtur, infantem in templo constitutum suffimento adolens. Inscribitur:

Πρόκλου χρηςομαθίας γραμματικῆς τὸ δεύτερον
Αἰθιόπιδος $\bar{\epsilon}$ *ἀρκτίνου*

Επιβάλλει δὲ τοῖς προειρημένοις ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ Ἰλιάδα Ὁμήρου, μεθ' ἣν ἐσιν αἰθιόπιδος βιβλία, reliqua ut ap. Gott. p. 32, 33, 34. Patet igitur hoc folium debuisse ante quartum poni, ut Aethiopidos, Iliadis parvae et Excidii Troiae argumenta ante Nostorum contenta legerentur. Epigraphe autem, quam Siebenkeesius p. 32. corrupte scripserat, nempe *Πρόκλου χρηςομαθείας τὸ* $\bar{\delta}$ *δεύτερον*, miras Heynio turbas movit p. 34. Variae lectiones in Aethiopidis argumento sunt:

P. 32. l. ult. *Ἰλιάδα* G. *ἰλιὰς* V. — P. 33. l. 1. *Αἰθιοπίδος* G. *αἰθιόπιδος* V. — L. 3. *Ἀμάζων* G. *ἀμαζὼν* V. — L. 4. *Θρᾷσσα* G. *Θρᾷσα* V. — L. 9. *γίγνεται* G. *γίνεται* V. — L. 14. *Ἡδῦς* G. *ἡδὺς* (sic) V. hic et in sqq. — L. 22. *εἰς τὴν* * * * *εἰσεσῶν* G. *εἰς τὴν πόλιν συνεισπεσῶν* V. perspicue scriptum. — L. 25. *καὶ μέχρι τοῦ πτώματος* G. *καὶ περὶ τοῦ πτώματος* V. ut Heynius scribendum coniecit. Neque in sqq. *ἀνελόμενον* in Codice est, quod Heynio relatum erat, sed *ἀνελόμενος*, quod idem ex coniectura edidit. Sequitur eadem paginâ

Ἰλιάδος μικρᾶς $\bar{\delta}$ *λέσχεω*

P. 35. l. 4. a fine non *ἐξ ἧς* in Veneto est, sed *ἐξῆς*, quod Heynius è coni. edidit. — L. 3. *Μυτιληναίου* G. *μιτυληναίου* V. — Ibid. *περιέχοντα τάδε* G. *περιέχονταδε* V.

P. 36. l. 4. 5. *Φιλοκτήτην* G. *φιλόκτητον* V. — L. 9. *Δηΐφοβος* G. *δυΐφοβος* V. — L. 11. Cum voce *ἐπίκουρος* incipit altera folii sexti pagina. — L. 17. *Ὀδυσσεὺς δὲ* G. *ὀδυσσεύς τε* V.

Ἰλίου περσίδος $\bar{\beta}$ *ἀρκτίνου*

P. 37. l. 2. a fine ἐν αὐτῷ δὲ δύο G. ἐν αὐτῷ δὲ τ . . . δύο V. Spatium vacuum trium fere Syllabarum. Deest substantivum ad αὐτῷ. Fortasse δὲ τῷ τόπῳ. — Lin. ult. τὸν Λαοκόωντα.... διαφθοροῦσιν G. τόν τε λαοκόωντα.... διαφθείρουσιν. — L. 4. προεποίητος V. ut Heynius e coniectura edidit, non προποίητος.

P. 38. L. 5. οἱ ἐκ Δουρείου G. οἱ ἐκ τοῦ δουρείου V. — L. 10. Ἑλένην G. ἕλενον V. — L. 14. βούλαιται G. βουλεύονται V. In verba πέλαγος μηχανᾶται folium sextum exit.

Septimum folium album est atque vacuum. Octavi paginâ priore legitur hoc:

ἢ τὸ ἔφη. ὃ δέ τοῦτο μὴ νοήσας ἀλλὰ λαβὼν πάλιν τὸ φῆ αντὶ τοῦ ὡς ὑπέταξεν ἐκ περιτοῦ· πέφραδέ τε τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἕπος ηὔδα*) Σημειοῦται**) δὲ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀπεριστίκτῳ διπλῇ τὰς ὁμωνυμίας ἁπάσας, ὅτι οὐ νοήσας τοιοῦτον ἔγραψεν ὁτὲ μὲν πυλαιμένεα (Il. Ξ, 300) ὁτὲ δὲ βυλαιμένεα (nisi fallor in signo literae β)

Πρὸς μὲν δὴ Ζηνόδοτον, reliqua ut edita sunt a Siebenkeesio in descriptione codicis nostri, insertâ Bibliothecae Gott. Fasc. I p. 69. Sed Codex habet: ἔλαβεν . . . παρακείσεται . . . ὦ ξεῖ-

*) Il. Ξ, 300. Fragmentum est loci, qui in his, quae servata sunt, de Zenodoto agit eiusque de vocula φῆ sententiâ. Cf. nos in Gramm. homer. edit sec. p. 199. et *Buttmannum* in *Lexilogo* p. 236.

**) Quae hic sequuntur ad usum signorum a criticis inventorum spectant. Hinc et praecedentia eodem erunt revocanda.

νοι .... παρθένοι pro Siebenkeesii ἐλάβομεν .... παρακεῖται .... ὦ ξεῖνε ...., παρθέμενοι

Ante finem paginae locus desinit. Sequentes paginas usque ad fol. 9. b picturae occupant, quibus, ut et reliquis additis, quanto in honore codex habitus sit; facile patet. In margine folii 9 pag. posterioris iuxta picturam fere penitus deletam, catalogus est horum nominum:

† ἀρίσαρχος, ζηνόδοτος, σασῖνος, θεόπομπος, πολέμων, ἀπολλόδωρος, ἡρωιδανός, (scr. ἡρωδιανός) νικάνωρ, πορφύριος, ἀπολλώνιος, σωσιγένης, ἀρισοφάνης, δίκτυς, εὐριπίδης, πτολεμαῖος (et ad latus ὁ τ οροαν) τυραννίων, ζωίλος, χρύσιππος, ἡσίοδος, σίλενκος, ἀλκμᾶν (et ad latus ὁ λυρικός) φιλόξενος, καλλίμαχος, πίνδαρος, ἀρισόνικος, πάμφιλος, θεαγένης, δίδυμος, σοφοκλῆς, καλλίστρατος, σιδώνιος, ἰξίων, θεόφρασος, αὔρος (sic) ριανός †. — Fol. 10 et 11. vacua sunt. Folio 12 incipit Ilias cum Scholiis. De hac vero nunc quidem non agendum, sed addendae variae lectiones Codicis Monacensis in argumento Cypriorum; quod e Cod. Escurialensi Tychsenius l. l. edidit. Ac in his quidem nostra nunc opera subsistet; alia, quae nec ipsa ingrata fore lectoribus harum rerum studiosis confidimus, in aliud tempus reservamus.

P. 25. l. 7. βουλεύεται Escurialensis, βούλεται Monacensis. — L. 14. Ἔπειτα δέ E, ἔπειτα καὶ M. — L. 10.

αὐτοῖς E. αὐτῆς M. Fortasse ἐξ αὐτῆς. — L. 21. παρὰ E. περὶ M. recte.

P. 24. l. 4. ἐπετέλεσεν E. ἀπετέλεσεν M. — L. 6. ὑφαιρούμενοι E. ὑφαιρόμενοι M. — L. 10. ἀναγγέλλει E. ἀγγέλλει M. — L. 11. ἐπ' Ιλίου E. ἐπ' Ἴλιον M. — L. 12. στρατείας E. στρατίας M. — L. 13. παρεμβάσει E. παραβάσει M. — L. 18. τὸν Ὀδυσσέα E. ὀδυσσέα M. — L. 23. γενόμενα E. γέγνημ^{a} (sic) M. Voluit γεγενημένα.

P. 25. l. 8. παραγενόμενος E. παραγενόμενον M. — L. 14. αὐτοὺς E. αὐτοῦ M. — L. 15. τῆς θεοῦ E. τοῦ θεοῦ M. — L. 17. αὐτὴν E. αὐτῇ M. — L. 20. ἔλαφον [δέ] ἀντὶ E. nempe δὲ coniecturâ editoris additum. ἔλαφον δὲ ἀντὶ M. — L. 23. κατελήφθη E. κατελήθη M.

P. 26. l. 9, 10. Desunt verba post Ἀχιλλεύς usque ad Ἀχιλλεύς l. 12.

Nota. Cum ea, quae pagina 561 et 562 de Burneio, Codicis Townleiani possessore, scripsimus, iam erant impressa, nunciatum est ex Angliâ, virum egregium decessisse, et Codicem illum cum reliquis Burneii libris a Musei Britannici Procuratoribus redemtum et in Bibliothecam huius Musei illatum esse.

IV.

FRAGMENTA EPISTOLARVM PHILOLOGICI ARGVMENTI.

Meministi, me Tecum saepius mirari, qui tandem accidat, ut praejudicatae quaedam opiniones vel in eruditorum mentibus adeo tenaciter haereant, ut nonnisi vi quadam, et machina quasi admota convelli et extorqueri posse videantur. Ita notum illud *odarium in Romam urbem* post tot virorum doctorum disputationes, quae vix ulli dubitationi locum relinquant, denuo identidem ad fortitudinem et ad Erinnam poëtriam antiquissimam referri video. Nolo commemorare *Volgerum*, qui in *Sapphûs* vita p. XXX. quaedam de Erinna mirifice perscripsit; at quod *Aug. Matthiae* in libello literario a. 1815 editio p. 50 habet: „*Erinna aus Lesbos, von der wir noch eine Ode εἰς ῥώμην oder εἰς Ῥώμην und Epigr. haben*“, — id nolim excidisset Viro doctissimo et de nostris literis meritissimo. Opere igitur pretium fecisse videtur *Frideric. Theophilus Welckerus*, quod nuper in Meletematt. a *Creuzero*

editis P. II. p. 18 sqq. hunc locum retractavit; et panca quidem quae ad litem illam tandem dirimendam et componendam pertineant, ille praetermisit; unum tamen alterumve largae illius messi spicilegii instar additum Tecum nunc communicare iuvat.

Ita planius ostendi poterat, *ῥώμην* nunquam esse apud Graecos *ἀνδρείαν*, sed robur et corporis inprimis firmitatem. *Xenoph.* Ages. VI. 8. *θάρσος καὶ ῥώμην.* Symp. VIII. 8. *ῥώμην τε καὶ καρτερίαν καὶ ἀνδρείαν* cf. *Plat. ep.* IV. ab in. neque qui prima specie adversari videatur *Thucydidis* locus II. 43. *ὁ μετὰ ῥώμης γιγνόμενος θάνατος* recte explicatus aliam huius vocabuli significationem admittit.

Romae, loco imperii deumque, ut est apud Ovid. Trist. I. 5. 70. omnia aptissime convenire non est quod Tibi demonstrem, *νοέοντι καὶ αὐτῷ*. Ea quidem commodissime item vocari poterat *Θυγάτηρ Ἄρηος*, quod miror a Welckero non diligentius explicatum.

Marti quidem *Nerio*, quo Sabino vocabulo et ipsa virtus ac fortitudo significatur, uxor dari a veteribus Latinis solita erat. Cf. Gell. XIII. 21. *Lanzi* ad tabulas Eugub. *Saggio della lingua Etrusca* T. II. p. 669. Eo igitur fit commodius, quod Romae (cui et Valentiae nomen fuisse perhibebatur v. Fest. s. h. v. et Nieb. Röm. Gesch. I. 143) dicitur *filia Martis*. — Fortes creantur forti-

bus. Hinc *urbs Mavortia* apud Virg. Aen. VI. 879. hinc Cic. Philipp. IV. 2: de legione Martia, „*quae mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen, a quo populum Romanum generatum accepimus*“, et planius etiam XIV. 12. *Vos vero patriae natos iudico, quorum etiam nomen a Marte est, ut idem deus urbem hanc gentibus; vos huic urbi genuisse videatur*“. Habita igitur est Roma, si non publicis religionibus, certe in communi opinione, filia Martis, ut Carthago filia Herculis v. *Cic. de N. D. III.* 16. neque opus ad Romulum, cui pater Mars fuerit, provocare, neque morari nos debet, quod ex aliis commentis, quorum vestigia in fragmento Romani Lupercorum poëtae insunt apud Serv. ad Virg. Ecl. I. 20. Roma Aesculapii filia creditа fuerit. Neque vero non conspirant ductae ex priscae artis monumentis rationes. Antiquissima enim dea Roma Amazonem referre solebat, serior formam Palladis cum Victoria. (Cf. *Zoëga* in loco a *Welckero* laudato et *Boettiger die Goettin Roma* Zeit. f. die eleg. Welt. 1810. 2. 19.) Amazones autem ipsae habitae sunt Θυγατέρες Ἄρηος cf. *Jakobs.* ad *Tzetz.* Antehom. v. 22.

In ultimo illius odarii versu explicando vide an Tibi satisfecerit *Welckerus*; mihi molesta sunt adhuc plura; v. c. talis usus particulae ὅπως, praepositionis ἀπό; exempla huius adlata, si quid video, non plane similia sunt, putide denique

illud repetitum ἄνδρας λοχεύεις, et καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν. Conieceram aliquando εὔσταχυν Δάματρος ὁμῶς ἀνεῖσα καρπὸν ἀπ' ἀγρῶν. Amant quidem poëtae hoc in laudibus urbium et civitatum coniungere: sic *Ovid.* de *Troia Met.* XV. 422. Magna fuit censuque virisque; *Lucret.* I. 723. de Sicilia. Rebus opima bonis, multa munita virum vi; et de ipsa Italia *Virg.* Ge. II. 174. Salve magna parens frugum Saturnia tellus, magna virum. — Sed sentio, ipse, quam illa ieiune et languide adiecta forent pro reliquo carminis spiritu ac tenore.

Atqui si hoc carmen, id quod non amplius dubitandum, ad Romam pertinet, ad seriorem, quam qua Erinna Lesbia vixit, aetatem esse referendum, per se patet, quo nescio an vel numemerorum ratio, epitrito frequentato ad Horatianam legem propius accedens, deducat. Cf. Bentl. ad Horat. III. 2. 1. II. 19. 15. et Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 683. Facile igitur assenties mecum *Welckero*, qui cum in Ed. Nic. Schowii p. 187. inscriptum sit *Μελιννὼ ἢ μᾶλλον Ηρίννῃ Λεσβία εἰς τὴν Ρώμην* abiecto tenebrionis alicuius errore aut iudicii pruritu, re inversa non Erinnes Lesbiae sed potius Melinnus, cuius nomen et apud Photium legitur, foetum habet; neque ulli opinor Anglus quidam *Whitfeldius* erit audiendus, qui in libello *Coniectures on the Tyndaris of Horace* inscripto et a. 1777 edito a Tyndaride

quadam C. Julii Rhoetemalcis Thracum regis filia in lapide antiquo memorata, quam scilicet Horatii Tyndaridem venditat, nec diversam a Thressa illâ Chloe dulces doctâ modos et citharae sciente, nostrum carmen compositum esse, incertum ioco an serio contendit.

Quaeris de Godofredo Aug. Bened. *Wolfio*, collega meo; is quidam strenue incumbit ad Quintilianum suum illustrandum, et quum id officii potissimum ei iniunctum sit, ut Spaldingii commentarium in compendium redactum iuvenum usui accommodet, tamen sicubi aut opportunitas aut vero necessitas oblata videatur, quae sibi ipsi videantur, interponit. Insunt enim etiamnum loci, quorum vel obscuritas lucem, vel vitium emendationem exspectet. Consideres velim paulo diligentius hunc qui est in L. XII. c. 10. 75, quo quidem in capite Quintilianus scite hoc, ut alia multa, exponit, vel corrupto et vitioso genere posse aures vulgi mulceri, animosque imperitae plebeculae in admirationem quandam rapi, sed evanescere haec et emori comparatione meliorum; tum pergit sic: *ut lana tincta citra purpuras placet, ut si contuleris etiam lacerae conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait.* Nimis creduli editores Heinsio fulciuntur, haec nusquam in Ovidianis nostris legi pronuntianti. Quocirca e tragoedia aliqua desumta rati mirifica industria in suos nume-

ros redigere tentarunt, velut ipse Heinsius, qui senarium inde, si diis placet, cum duobus phalaeciis effinxit. Sensu omni pulchri ac decori careat necesse est, qui talia possit tragoediis affingere, quorum et sonus et spiritus a tragoediarum vi et numero prorsus abhorreat. Merito igitur *Buttmannus* reiecit has rationes, at minori, quam par erat, cum fiducia. Locus enim Ovidii adhuc exstat, sed latuit fere eam ob causam viros doctos, quod Quintilianus, quae est perfusoria sua locos commemorandi ratio (utor verbis Spaldingii ad l. X. 7. 5. 29.) verba Ovidii ipsa non accurate reddidit, sed ea ad pedestris orationis formam et ad suam sententiam attemperavit.

Locum reperies in Remed. Amor. v. 707. ubi praecipit, puellas amatas esse formosis comparandas ea ipsa, quam Quintilianus significat, usus comparatione.

Vos quoque formosis vestras conferte puellas,
Incipiet dominae quemque pudere suae.
Confer Amyclaeis medicatum vellus ahenis
Murice cum Tyrio, turpius illud erit.

Nosti vetus fuisse proverbium inter Graecos ἡ πορφύρα παρὰ πορφύραν διακριτέα. quo respicit *Isocrates* in Panath. p. 240. D. (cf. Valckenaer. ad Herodot. VII. 10.) item Horat. Ep. I. 10. 27.

Non qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum;

Certius accipiet damnum, propiusve medullis,
Quam qui non poterit vero distinguere falsum.

ad quem locum serius nunc video iam *Rappoltum* in Comment. in Horat. Sat. et Epp. Lips. 1675 Quintiliani verba cum illis Ovidii versibus contulisse.

Iam fateberis pleraque interpretum ad Quintilianeum illum locum excogitata commenta vana esse, et lectionem secundum eam, quam *Buttmannus* praeivit, rationem ita fere constituendam: *ut lana tincta fuco citra purpuram placet, at si conferas Tyriae lacernae, conspectu melioris obruatur.* Tyria lacerna apud *Iuvenal.* I. 27. Tyria abolla apud Martial. VIII. 48. 1. Neque non verum videt in sequentibus verbis *Buttmannus* legens ut *fucinis* sulfura; nec est cur laboret in vocabulo *fucinus* alias non lecto, quod nonnisi analogia aliorum v. c. coccinus, crocinus, faginus, φήγινος, σύκινος tuetur. Ipsum enim legitur in *Digestis* XXXII. t. 1. L. 70. ex his igitur et ex nostro loco addendum Lexicis, in quibus adhuc desideratur.

Meritis laudibus per Germaniam celebratus est *Friderici Rothii* Collegae tui libellus in memoriam *Arminii* et *Marabodui* conscriptus. Nam quae raro coniuncta solent reperiri, inest in eo doctrinae accuratae copia, et accedit, quo

illa quasi adflatur et animatur, ingens animi generosi et in libertatem propensi spiritus. Est tamen quodam loco, de quo lectores admonitos velim. Vbi enim de *Flori* auctoritate loquitur (p. 8.) Florum ait ex *aequalium modo* fontibus hausisse; id inde fieri probabile, quod dicat, aquilas duas adhuc possidere Germanos, unde haud recte coniecerit Freinshemius, Taciti narrationem de his aquilis a Germanico receptis parum veram esse; Taciti enim fidem eam esse, et quod accedat, numorum testimonium adeo grave, ut credibilius videatur, Florum ignorasse, quae apud Tacitum et in numis perscripta sint, quam Tacitum errasse, aut numos mentiri.

Cur autem statuit, Florum ex aequalibus hausisse, quidni aequalem fuisse? Latuit fortasse Virum doctissimum, post *Titzii* accuratam quaestionem de Epitomes Rerum Romanarum aetate, quae *Lincii* a. 1804. prodiit, vix dubitari, illam epitomen ab Augustei aevi scriptore esse profectam. Neque vero Titzius illum, qui adhuc habitus est, inter Florum et Tacitum dissensum omisit, sed aetate Flori in prius illud tempus retracta, optime conciliavit l. l. 48.

Vale et siquid novisti rectius —

Dabam *Portae* Thuringorum
mense Iunio 1818.

Adolph G. Lange.

V.

INDICES RERVM, VERBORVM ET SCRIPTORUM IN SECVNDO VOLVMINE ILLVSTRATORVM.

I.

INDEX GRAECVS.

A.

Α priv, et *ευ* conf. 171.

Αγείρω et *ἐγείρω* conf. 476. — *Αγω τινά εὐδόξως, ἐν τιμῇ* simil. 93. — *Αγώνιον εὐχος* 414.

Αεί· ὁ ἀεί cum partic. vel adi. 205, 315.

Αθηναῖοι οἱ ἐν Ποτειδαίᾳ οἰκοῦντες 402.

Αι, αἴ κεν a Pindaro aliena 279. — *Αἴρειν* et *αἰρεῖν* conf. 30. — *Αἴτε* pro *εἴτε* omni analogia caret 279. — *Αἴτιος* c. inf. omiss. artic. *τοῦ* 222.

Αλήϊον πεδίον unde dictum 522. — *Αλλὰ γάρ* 170. — *Αλλάσσομαι* 427. — *Αλλος* et *ἄλλο* conf. 220. — *Ἄλλως* 359, *ἄλλως* cum particc. *τε εἰ, τε ἐάν, τε ὅταν, τε ἄν, Σ' ὅτε, τε δέ, τε δ' ὅτε* 455, 456.

Αποαί opp. *λόγοις* 244.

Αείβεσθαι τι et *τινά τινος* 78.

Ἄν quid signif. Hermanno 101, 105 seqq. 111. Germanicis particulis non potest reddi 105 seqq. Conditionalis est et conditio — nata 104. — Ab Homero adiectiv. et partic. non addit. 107. Situs eius 109. post *ὅ, τι, πᾶν ὅ, τι* cum inf. 186. Repetitum 106, 108 seqq. Omissum 467, 475. *Ἄν εἰ* 472. — *Ἀνάγκη* opp. *περιουσίᾳ, ἐξουσίᾳ, κασ' ἐπουσίαν (γνώμην)* 254, 255. — *Αναγράφω* 496. — *Ανανέμω* num significet denuo distribuo 170. — *Ἀνασήῃ* forma Pindaro male illata 279. — *Ἄνυτος* et *αὐτός* saepe conf. 456. — *Ἄντα φέρων* et *ἀμύνων* conf. 288. — *Αντιφέρω πόλεμον* 288. — *Ανειμένως* quid 353.

Αξίωμα . οἱ ἐν ἀξιώμασι 462.

Απαλλάττω τινος 534. — *Απολαύειν* et *ἀπολαβεῖν* conf. 170. — *Απορρήσιος* et *παρρησίας* conf. 461. — *Αποσερεῖν τι ἑαυτοῦ* pro *ἀποσερεῖν ἑαυτόν τινος* 219.

Αρετή, i. q. *εὐδοξία* 217. *πράσσεσθαι* et *ἀλλάσσεσθαι ἀρετὴν* 425. — *Ἀρχή. ἐν ταῖς ἀρχαῖς γενέσθαι* 440.

Ἀσμένοις et *ἀσμένως* conf. 243. — *Ἄσοι* omnino urbis alicuius incolae 268. — *Ἀσυνάναξ* Etymol. huius nominis 548.
Ἀτάλλω, *ἀτιτάλλω* 131 sq. — *Ἄτε δή* particulae Plutarcho frequent. 181.
Αὐτοκτονοῦντε non *αὐτοκτεινοῦντε* 250. — *Αὐτός* in casibus obliquis intell. 29. — *Αὐτοῦ*, *αὐτῷ* pro *ἑαυτοῦ*, *ἑαυτῷ* 279.
Ἀφειδής. *Ἀφειδῶς ἔχω τινος* 388. — *Ἀφελπίζω* 422. — *Ἀφιέναι* et *ἐφιέναι* conf. 40. Quid inter se differant ib. — *Ἀφρογένειαν* et *Ἀφρογενέα* 152.

B.

B vocalibus aspiratis a librariis addit. 72.
Βάρβαροι. Num recte Thucydides contenderit, Barbarorum nomen Homero esse recentius 208.
Βραχύς et *παχύς* conf. 330.

Γ.

Γάρ a librariis addit. 72.
Γενεάν et *γένετ' ἄν* conf. 128. — *Γέ τοι δεῖς* et *γάρ τιδεῖς* conf. 32.
Γῆ post praepositiones sine articulo 183.
Γιγνομένοις et *βουλομένοις* conf. 168.
Γοῦν quid signif. 163.
Γράμμα. *Τὰ παλαιὰ Ἀττικὰ γράμματα* quo numero, qua forma et vi fuerint 408. — *Γράφειν* seq. inf. 50.

Δ.

Δέ a librariis addit. 71. negl. 38. — *Δέομαι*. *Δυοῖν δεούσαις εἴκοσι* 333. — *Δέχομαι* de locis 178.
Δημιουργικός et *δημιουργητικός* conf. 120.
Διά excidit e composito 55. additum a librariis 75. — *Διανέμω* de agrorum distributione 55. — *Διατίθεσθαι* 53.
Δυνάμενον et *δεόμενον* conf. 25.
Δωμάτιον quid sit 48.

E.

Ἑαυτῶν et *ἀλλήλων* an differant inter se et quid 249 seq.
Ἐγείρω et *ἀγείρω* conf. 476. — *Ἐγκαλεῖν τινι* 472. — *Ἐγκλίνειν* et *ἐκκλίνειν* quid signif. 57 seq.
Ει et *ι* conf. 178. — *εια* et *ια* substantivorum terminationes 77. — *Εἰ ἄν* 472. *Εἴ ἄν*, *ἤν*, *εἴ κε* aliena sunt a Pindaro 279. *Εἴ κεν* nusquam per Optat. separat. 280. *εἰ γάρ* quamvis 487. *εἰ μή εἴ τι* 212. — *Εἰδέναι δημόν*, *δόλους* similia 284. *Εἰδώς* et *εἰκώς* confus. 284, 287. — *Εἰκῇ* i. q. *πεφυκότως* 331 in nota. — *Εἰκώς* pro *ἐοικώς* non nisi apud Atticos 282. — *Εἰμί* cum Genit. 471 *τοῦ φθονήσαντος* 473. *τῶν ἀτοπωτάτων* 476. *Εἴη* et *εἶναι* confus. 329. *τὸ ὄν* veritas 256. — *Εἰς* cum verbis motum non significantibus 44 pro *ἐν* post verba *εἶναι*, *γενέσθαι* al. 47. — *Εἰσπράττομαί τινά τι* 512.
Ἐκεῖ pro *ἐκεῖσε* adhib. 163. — *Ἐκεῖνος* pro *αὐτός* 228.

— Ἐπρεπής et εὐπρεπής c. dat et acc. 68.
Ἐλεύσεσθαι et ἐμὲ γενέσθαι confus. 267. — Ἕλκειν τινί adducere ad aliquid 487. — Ἑλλάς foemin. nominis ἕλλην 232. — Ἕλληνες, origo nominis 209 seq. 318. — Ἐλπίς, ἔλπω, ἐλπίζω, spiritu aspero signanda.
Ἐμποιεῖν et alia verba cum ἐν compos. τινί τι 185 seq. — Ἐμφῦναι quid signif. 56.
Ἐν et ἐπί conf. 56. Ἐν Ἀθήνῃσιν 81, ἐν ὅπλοις 81, ἐν πέδαις 48. — Ἐναντίον ad explic. ἄντα adhibitum vocem loco depulit 288. — Ἐνδιδόναι 182. — Ἐννεάκρουνος fons 324. — Ἐνσάζω 525.
Ἐξαιρέω. Ἐξαιρεῖσθαί τί τινος 477. — Ἐξαιτεῖν confus. 49.
Ἐπαίρω 457. — Ἐπεί δέ an pro ἔπειτα δέ 34. ἐπεὶ δή et ἐπεί κεν conf. 264. — Ἐπί· ἐπ' ἴσου e glossa ἐπ' ἴσου residuum vocem ὁμῶς loco pepulit 269. — Ἐπιδείκνυσθαι 85. — Ἐπιτάῤῥοθος 532. — Ἐπιταχθῆναι activa vi 228. — Ἐπιτελεῖν de sacrificiis, ludis et. 75. — Ἔπος seu μῦθος et ἔργον iuncta 320 seqq.
Ἔρχον. οὐδὲν ἔργον γίγνεσθαι, ἰσάναι, εἶναι 439. Ἔρρ opp. λόγοις 244. — Ἑταῖρος et ἕτερος conf. 54, 477.
Εὐλογεῖν 168 seq. — Εὐνᾷ et αἰνᾷ conf. 273. — Εὔνης 523, 524.
Ἔστι i. q. legitur 329 not.
Ἔτι, ἐτ' ἴσως et ἔτ' ἴσος ex glossa ἐπ' ἴσου orta 269.
Ἐφαγνίζω 418.
Ἔχω pro παρέχω 31, 94, 175, 234 cum praepos. comp. sensu neutr. 62. ὡς ἔχει τινί τινος quid 351, 352.

Z.

Ζώσασθαι quid 390.

H.

Ἤ 444.
Ἡγεῖσθαι τῶν ἀτόπων, τῶν αἰσχίστων 476.
Ἦθεα post praepos. sine articulo 183.

Θ.

Θάλασσα post praepositiones sine articulo 182 seq. — Θαλπωρή i. q. ἐλπίς, ἐλπωρή 266.
Θεοῦ παράδοτοι et θεοπαράδοτοι conf. 132.
Θύμβις i. q. Δύμβρις 539.

I.

I προσγεγραμ. in Σ deprav. 24.
Ἵκω, ἵκων, ἵκοιμι non nisi praesentia sunt 279. Ἱκοίμαν et ἵκοιμ' ἄν conf. 279.
ιζω et ιαζω verborum exitus 72.
Ἴσος, ἀπὸ τοῦ ἴσου 368 not. — Ἰσὸν ἐποίχεσθαι et ὑφαίνεσθαι 121. — Ἴσως haud dubie 56. —

K.

K conflatum ex IΣ 68. — Καθαιρεῖν 68. — Καθαιρεῖν τὴν νίκην 414. — Καθιζάναι collocare aliquem, ubi securus sit 44, iunctum praep. εἰς ibid.

Καί a librariis addit 53, 73, omiss. 27., 461, praecedente *ται* 439, *καὶ ὡς* 443, *καί εἰ* 346. Inter *πολύς* et alterum adi. necessario ponend. 27. *καὶ* et *ἤ* conf. 60., *καί* et *κατά*, *κακά* conf. 174. *καί .... δέ* elliptice dictum 70. — *Καινό* et *κενός* conf. 241.
Κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι quid 345.
Καλεῖν ἐπί τι 480.
Κατά et *μετά* conf. 43. *κατὰ τὸν σκοπόν* 41, *κατά* in compos. 59. — *Καταδύσασθαι ναῦ* 219. — *Καταφέριν* sc. *πληγήν* 59 seq. — *Κάτω* et *κατά* conf. 137
Κηρύττειν c. inf. 50.
Κλητὶς ap. Hom. i. q. *μόχλος* 227.
Κομίζεσθαι de itin. 181 seq.
Κτῆμα ἐς ἀεί, *ἀγών* et *ἀγώνισμα* quid 216.
Κυπρογενέα et *Κυπρογένειαν* 152.
Κώδων quid 251 seq.

Λ.

Λαβών et *βαλών* conf. 84 seq.
Λέγω c. inf. 50. *λέγειν τι* et *οὐδέν* absolute dicta 214. *λέγεσθαι* et *γενέσθαι* cof. 32.
Λήμνια κακά prov. 525, 528. seqq.
Λόγος, *λόγον διδόναι* 188 seq. *λόγους ἐμπορεύεσθαι* 459 not. *λόγοι ὄψεσι* oppos. 244.

M.

Μ et *λ* conf. 43.
Μέν a librariis negl. 63. — *Μέρος*, *τὸ μέρος* pro virili. — *Μεταλλῶ*, *Μετάλλασεν* et *μετάλλασσεν* 270. *μεταλλᾶν* an fovere signif. possit 272.
Μηδείς vario usu 332 not.
Μιμαλῶνες 24.
Μίν et *τιν'* conf. 272. *μιν* quae conditione obiecto praemittatur 272 seq. — *Μισθός* quidquid opera studioque paratur 265.
Μόχλος, *ὀχεύς*, *ἐπιβλής* synonyma 227.

N.

N parag. 253. *N* et iota subscr. conf. 23.
Νεανίας pro *υἱός* 529. — *Νέμεσις* 531.
Νῆες non *ναῦς*, *ναῦς* non *νῆας* atticis in usu 228.
Νοήσεων et *νοήτων* conf. 122. — *Νόμος* dictus *τύραννος* 460. *ἐν τῷ νόμῳ* quid 341.

Ξ.

Ξύντασις et *ξύσασις* conf. 317.

O.

Ὁ, *ἡ*, *τό*. *Τῷ* post substant. 388. *ὁ δέ* post partic. 485, 486. *τό* cum praepositionibus pro *τοῦτο* ap. Attic. 316 *τό* pro indefinit, ut *τὸ πιέζον* pro *πιέζαν τι* 486. — *Ὅδε* ad seqq. trahend. seq. *γάρ* 206.
Οἷα usu memorabili 160 seqq.
Ὁμοῖος πόλεμος quid 352. — *Ὅμοιος· ἐν τῷ ὁμοίῳ* quid 346. — *Ὁμοῦ* 540.
ον et *εν* syllabae finales conf. 32.
Ὅπλισις ἀναγκαῖα quid 254. — *Ὅπου* et *ὅποι* conf. 162. — *Ὅπως* cum aor. 1 coni. act. 159. seq.
Ὀργή variae eius signiff. 247. *Ὀργίζεσθαι* punire 247.
Ος et *ες* in fine conf. 188. *Ὅς* et *οἷς* conf. 45. *ὅς*, *ὅσγε* et *ὅσγε καί* loco pronominis

subst. cum coniunctione quadam 45. *οὖ* quid ap. Thucyd. 341, 342, 343 seq. *οὗ* et *αὐτός* conf. apud multos 342.

Ὅτε et *ὅ*, *τε* conf. 221. *ὁτ' ἄν* et *ὅτ' ἄρ* conf. 262.

Οὖ cum substantivis copulat. 225. *Οὖας* i. q. *οὖς* 543. *Οὐδέ* et *οὐδὲ* conf. 68. — *Οὐκ*, *οὖν*, *αὖ ἦν*, *ἄν* conf. 263. — *Οὔκουν* et *οὐκοῦν* 725. — *Οὖν* omiss. 24. additum apodosi post longiorem protasin 38. — *ους* et *οις* in fine conf. 56. — *Οὗτος* et *οὕτω* conf. *καὶ οὗτος* 354. – *Οὕτως* in apod. 82. sq.

Π.

Παρά in periphrasi 335. – *Παρεῖναι* et *παραγίγνεσθαι* cis 475 seq. — *Παρέχεσθαι* cum dupl. accus. 527. — *Παρακελεύεσθαι ἐν ἑαυτοῖς* 250. — *Παράλογος* quid 352. — *Παρατίθημι. Ψυχὰς παρθέμενοι* 425. – *Πατράθεν ἐπονομάζειν* cur factum 353. — *Παύω* c. part. 481.

Πελειάδες i. q. *Πλειάδες* 544. – *Πέμπειν* sc. *ἄγγελον* 95. – *Πένθος* et *πάθος* conf. 167. — *Περιΐών*, eleganter adhibitum 167. — *Περικόπτομαι* 479. — *Πινύσσειν* et *πινύσκειν* 121.

Πλεῖσον. ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖσον 206, 316.

Ποιητικὴ φιλοσοφία 115. — *Ποινή*, *ποινῆς τιμᾶσθαι* 452. — *Πόλεμος* et *πολέμιος* conf. 32. — *Πόλις* et *ἄστυ* dictae Athenae et Alexandria 323. *Πόλις* arci proprium 229. *Πόλεις* insulae et peninsulae dictae 323, de sociis ap. Thucyd. 213. – *Πολύς· πολὺν χρόνον* frequentius quam *χρόνον πολύν* 190. *οἱ πολλοί* et universi, homines, et plebs, multitudo 217. — *Πόνος* labor belli 285. — *Ποτείδαια* et *Ποτειδαιᾶται* Nominum horum orthographia et etymologia 416 seqq.

Πράγματα ἔχειν 175. – *Πρᾶξαι ἀγαθόν* 428.

Προβλώσκοιμι et *προμόλοιμι* conf. 263. — *Προκρίνω τινά τινας* 462. *πρὸς* (*αἰσχύνην*) pro *σὺν* (*αἰσχύνῃ*) 188. — *Προσβάλλειν στρατιᾷ* et *στρατιάν* 173 seq. — *Προσμίξαι* appropinquare 50.

Πῶς c. inf. 484. —

P.

Ῥέπειν, *ἰσόῤῥοπος* et *ἀντίῤῥοπος* quo sensu 424.

Σ.

Σ et *ΣΣ* conf. 24, 61. — *Σ* et iota *προσγεγρ.* conf. 24.

Σῆμα· δημόσιον τῶν Ἀθηναίων 404. — *Σημεῖα* de ignibus, nocturni hostium adventus indicibus 250.

Σκηνῇ post praepositiones sine articulo 183. — *Σκύφος* 545.

Σοῦσα, *Σοῦσαν*, *Σούσων* 94.

Σπιθριάτης et *Μιθριδάτης* conf. 166.

Συγγράφω quid 495, 496. — *Συμπίπτει τινί τι* 403. — *Συνεναταί* et *σὺν αὐτῷ ταί* conf. 280 seq.

Σφᾶς αὐτούς non dicitur 80. (Caute in his notandis versandum. Ita recte, ni fallor, *ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτούς τῷ ἰητρῷ* Hippocrat. Prognostic. init. T. I. p. 447 ed. van der Linden. — F. TH.)
Σώζειν memoria servare opp. *διόλλυειν* 233.

T.

Ταλασήϊα ἔργα 120. 121. — *Τάρταρα* speluncae. — *Τάρταρος* non potest esse foeminini generis 273.
Τέ omiss. 127, 147, 195.
Τηρεῖν vi servandi barbarum et serioris usus 214.
Τίκτειν ὑπό τινι 524. — *Τίς, τί* omiss, 42, 453 seq. Subaudiendum 348, nec tamen in dictione epica 269. *Τινά νίκην* et *τιτανικήν* conf. 127 seq.
Τό interrogandi formulis additum 96. — *Τολμᾶν* absolute positum 284.

Υ.

Τιός pro *νεανίας* 529.
Τμῖν et *ἡμῖν* conf. 246.
Ὑπέρ excidit e compositis 45. — *Ὕπνος* quando i. q. *θάνατος* 415. — *Ὑπό* et *ἀπό* conf. 172. — *Ὑπουλος. Τὰ ὕπουλα τῶν ἐπῶν* 474. — *Ὕστερον χρόνῳ* et *ὑστέρῳ χρόνῳ* deprav. 212.

Φ.

Φάνης, πρωτόγονος 124 seq.
Φησίν, φήσει et *φῇσιν* conf. 266. seqq.
Φενακίζω 515.
Φήληξ 515.
Φθήσεσθαι et *ὀφθήσεσθαι* conf. 257.
Φιάλη 546.

Χ.

Χαμαικέρασος. Huius arboris fructus et natura 537.
Χρῆσθαι τῷ θυμῷ et *χρῆσθαι θυμῷ* quo discrimine apud Pausaniam 387 seqq.

Ω.

Ὡς 442 excidit 471 pro *ἕως* 362. *ὡς καί* 443. *ὡς* et *εἰς*, quo usu et discrimine 360, 361, 362.
Ὡσκύφιον, eius forma 545.

II.

INDEX LATINVS.

A.

Ac pro attamen 368.

Adiectiva neutro genere ad substantiva cuiusvis generis posita 192. — Adverbium quando adiectivo exquisitius 249. —

Aeolica metra num basin duarum brevium habeant 264. — Aetnae incendia quot et quo tempore 248 seq.

Ago pro agito 379. — Agro Romano et agrorum conf. 296.

Anacoluthia 455. — Annus 374.

Aoristus signif. *solere* 69. Eius ratio aliqua 63.

Apollinis vires diversae 143. servitium 532.

Archialas Paridem educavit 520. — Arma pro bello 375. — Arrogantia quid in potestatis persona 367. — Articulus ap. Graecos additus nominibus, quibus opera arte facta significantur 30, omissus 76.

Atheniensium mos ossa civium caesorum legendi et in patriam reportandi 402.

Auctio tributorum sub Vespasiano 370. – Auctus Oceanus 371.

Avaritia quid in potestatis persona 367.

B.

Bellerophontis historia 520, 521.

Brotterii Codices 369.

C.

Capita deorum 295.

Ceres quae sit Orpheo 137, 140. Eadem cum Rhea 139.

Chronos (Cronos) prima omnium causa 131. Orpheo quid 136.

Cognomen nomini proprio praemissum 551. — Comparativi cum superlat. commutatio 448. Uterque gradus coniunctus 449. – Corpora 378.

Critias leges violans 478.

D.

Diana eadem cum Proserpina 142. Eius tres species a Platone traditae 144. — Dicere i. q. statuere, iudicare 309. — Digamma 421. — Dignior servire 222.

Dualis. Ex eo in pluralem oratio transit 426. — Dubia consilia 370.

E.

Elginiana marmora 406 seq.

Enallage nominis gentilis cum patronymico 230.

Erigi quid 369.

Epitaphium in Atheniensea ad Potidaeam caesos in Ceramico repertum. Eius hi-

storia et forma antiqua 400 seqq.
Et pro attamen 368.
Euclidis decretum de literis ionicis 409.
Expletivae particulae 110. — Exuisse num pro vacuum esse dicatur? 366.

F.

Facilitas imperii 382. — Fastigium i. q. imae altitudines 299.
Ferre pro reportare 376.
Fons vini in insula Naxo credita 552.
Fraus salutaris 466.
Fucinus e Diggestis laudata vox et Quintiliano vindicata 597. — Furta et tuba conf. 296.

G.

Genitivus pluralis, ad quem supplendum *εἶς* vel *τίς* 171 seq. — Genitivi paticipiorum omissis substantivis frequentes 238.

H.

Helena. Tres eius nominis tragoediae 531.
Hic. His hominibus i. q. huiusmodi 307 seq.
Hyperbata apud Pindarum 271.

I.

Imperfectum et aoristi et plusquamperfecti sensu 178 seq. — Impraesentiarum 377.
In omiss. argo Rom. i. q. in argo Rom. 296. in Macedonia i. e. in Macedoniae sc. provincia 300. — Inde in id corrupt. 378. — Indicativus in interrogationibus ap. Gr. 52. — Infinitivus sine articulo post plura substantiva 79 seq. Infinitivi et participia ap. Gr. inter se iung. 80 seq. inf. et part. conf. 86. — Inf. verborum cum *ἐν* compositorum omisso *ὥστε* 37. — Inf. et tempora finita confusa. 165, seq. — Interpunctio emendatur 295. — Intra pro inter 297.
Ionicae literae 409.
Is, ea, id, omiss. 308.
Iuventus Graecia similiaque non toleranda 232.

L.

Lacerna Tyria 597.
Ludi gymnici. Mos nude in eis pugnandi quando ortus sit 211.

M.

Minerva dux Curetum 155. — Miraculo considerare 300 (an *de* miraculo considerare? cf. Cicero Manil. 19. F. L.)

N.

Nelei filii varie traditi 540, 541.
Nisi si 212.
Nominativi exclamationis loco sententiis interpositi ap. Gr. 77 (Add. Cicero pro Cluent. 63. — I. C. H.) nominat. c. inf. 357. — Nominum lex ap. Athenienses 456, propriorum flexiones ap. Gr. 526 seq. — Novissime quid saepe ap. Tacit. 378.

O.

Ob quid signif. 297.
Optativus in interrog. 52, eius vis 103, 104. de re saepius facta 103 seq. cum *ἄν* futuri instar 108.

Oratio obliqua ab omisso verbo pendens 328, dubia incerta quid 102. — Ordo verborum ap. Plutarchum saepius a solito more abhorrens 74. — Orestes in Arcadia sepultus.

P.

Participium cum adverbio iunctum 74 seq. aoristi et praesentis non temere permutandum 89 seq. cum temp. finit. conf. 165 cum verbo substantivo pro verbis finitis positum 192. Participium futuri post verba *mittere* significantia 84. Partii pro inf. in orat. obliqua 327 sqq. item ob vocabulum aliquod vel supplendum vel e praecedentibus repetendum 235 seq. Participii praeteriti abusus Tacito perperam inculcatus 372. — Patronymica a nom. in *evs* 525.

Pegasus unde natus 520. — Periodorum quarundam ap. Plutarchum ratio 33 – 39.

Phinei fabula 519.

Pila quid sign. 299.

Pluerat in tecta et pluerat, ita conf. 297. — Pluralis et singul. conf. 23, 68, 73, 174.

Poëtae a diis donari crediti 265. — Portarum insidiae quales 226. — Potidaea, situs urbis, pugna ad eam, coloni Atheniensium huc missi 401 seqq.

Praepositiones verbb. compositorum frequenter a librariis omissae 167, quae iam insunt in verbis pleonastice repetitae 184.

Pronomen omissum 325. — Proprius 382. — Proserpina 138, 142.

R.

Relativum post *οὕτως*, *ὧδε*, *τοιοῦτος*, 447. – Reor ratus, reri, frequens obscuritatis apud Tacitum causa 373. – Repetitio earundem vocum Graecis minus ingrata 28. — Res i. q. libertas 380. — Rhesiarchus 516.

Roma Martis filia deae loco habita 292.

S.

Sepulcra publica Atheniensium ubi sita 403.

Si omissum 368. — Similiave iunct. 238. — Singularis pro plurali 462.

Substantiva post praepositiones multa sine articulo 182 seq. — Superlativus cum posit. conf. 69.

T.

Transpositione loci emendandi 224. — Trimani pro trigemini 296. — Triptolemus drama Satyricum 515. — Tristitia quid in potestatis persona 367.

Tuba cantat, an latine dictum 296.

V.

Varietas lectionis e transpositione literarum nata. 39, 42, 185.

Velut pro velut si 368. — Veneris ortus sec. Orpheum 149, 150. — Verba composita pro simplicibus 301, deponentia num in signif. passiva 295.

Vocabula Schneideri Lexico addenda 349, 350, 351 not.
Una manu, vel unimana pro sime manu 296. — Uno die in unde corrupt. 337.
Urbs lustruta 299 seqq.

III.

INDEX SCRIPTORVM,

qui commemorantur, explicantur vel emendantur.

A.
Aelianus emend. 465, 478.
Aeschylus 121, 418.
Apollodorus Asclepiadis filius atque discip. 547.
Apollonius Rhodius 121.
Apollonii Alex. lex. 135.
Aristippus emend. 437.
Aristophanes 110, 428.
Arrianus illustr. 41. em. 78, 171, 183.
Asclepiades Tragilensis 491, eius gloria 492, vita 443, tragodumena pedestri oratione scripta 496, eius operum notitia et fragmenta 511. seqq.
Asclepiadae plures, praeter Tragilensem Myrleanus 499, 535 seqq. Prusiensis 551, Aelius, Aegyptius, Arei filius, hymnographus, Samius 553, 554.
Augias negligentia Siebenkeesii *νόσων* auctor factus 583.
C.
Cicero (Arch. 7.) 379.
D.
Damascius 124, 125.
Dio Chrysostomus em. 449, 451, 455.
Diodorus Siculus 64, 171.
E.
Epitaphium in Athenienses ad Potidaeam caesos restitutum 410. seqq.
Erinna non scripsit Odam *εἰς Ῥώμην* 598.
Euripides 418.
Eustathius ex Asclepiada multa hausit 543.
F.
Flori Epitome Augusti aetate scripta p. p. p.
H.
Hagias non Augias *νόσων* auctor 573.
Hellanicus Grammaticus Homero Odysseam abiudicat 580.
Herodianus Thucydidem imitatus 356.
Hesiodus 111, 134, 148 em. 151, 399. Eius quae putatur *γῆς περίοδος* 499, 500.
Homerus 105 – 108, 121, 129, 134 seqq. 427 extr.
Horatius (Sat. 1, 4, 136.) p. 379 (Carm. III, 28, 6.) 368.
L.
Libanius passim vel explic. vel em. 436 — 468, 471 – 488.
Livius 368.
Longinus 129.
Lucianus emend. 435, 451, 455, 471.

M.
Mnaseas Patreus 426.
N.
Nointelianum marmor. 406. Minus accurate descriptum vulgo circumfertur ib.
O.
Odae εἰς Ῥώμην locus tentatus 594.
Olympiodorus 131.
Orpheus 510. Eius fragmenta inedita 120 — 150 passim, hymni 124, 125 Argon. 126.
P.
Pausanias emend. 323, 337, 389.
Philostratus emend. 457, 478.
Pindarus emend. 414, 426, not.
Plato emend. 368 extr.
Plutarchus illustr. vel emend. passim 23 — 96, 159 — 193; 194 in notâ, 198 in notâ, 199 bis, 315, 323. Variae lectiones in Timol. Plut. ex Cod. Mon. 194 — 201.
Procli libri inediti in bibliotheca monacensi 118. Proclus in Timaeum 122, 124, 128, in Alcibiadem 119, 122, in Parmenidem 132, 137. Excerpta ex eius Comm. in Cratylum 156 Procli Chrestomathiam quatuor libris constitisse demonstratur contra Heynium, alios 575.
Q.
Quictilianus emend. 597.
S.
Sallustius saepius sententias Thucydidis expressit 325, 326.
Scholia Townleiana in Iliada eorumque ad Victoriana et Horneiana ratio 564 Scholia Victoriana e Codice Townleiano descripta 268.
Simonides 141.
Sophocles 106, 107, 108, 109, 111, 134, 418.
T.
Tacitus illustr. vel emend. 365 — 383 possim.
Thucydides. Distributio librorum Thucydidis an ab ipso auctore 253, imitatus est Homerum 354 — 368, 418.
X.
Xenophon ill. 41, 80, 96. em. 64, 164, 156, 362.
Z.
Zenodotus fortasse auctor Odysseae Homero abiudicandae 581.

E R R A T A.

P. 356 l. 17 pro *generis* lege *generi.*
- 367 l. 17 — ahruptas lege abruptas.
- 371 l. 26 — quin lege qqum.
- 373 l. 1 — tactus lege laetus.
- — l. 2 — adhortatur lege adhortatus.
- 374 l. 7 — pertineat lege pertinēat tanquam adverbium.
- 375 l. 29 — partibus lege portibus.
- 377 l. 3 ita scribendum: impraesentiarum; cf. Tac. Ann. IV, 59. De verbo monuit Bremi.
- — l. 8 pro *minus* lege *magis.*
- — l. 11 — incendunt lege accendunt.
- — l. 12 — accendunt lege accedunt.
- — l. 16 — praesertim lege praesenti.
- — l. — — stimulare lege stimulandi.
- — l. 21 sq. pro dissertius lege disertius.
- 379 l. 4 pro longuerct lege langueret.
- — l. 14 — posset lege nosset.
- — l. 19 — Egregia lege Egregie.
- — l. 25 — $\tilde{\eta}$ lege $\bar{\eta}$.
- 582 l. 22 — valdequae lege valdeque.

- 408 pro Eleatica l. Eleâ illâ.
- 437 l. 12 enim lege olim.
- 439 l. 11 post copula insere ob.
- 440 l. 8 ab ult. confecti lege conferti.
- 442 l. 8 ab ult. a. 1. lege L. 1.
- 449 l. 4 ab ult. exaequanda l. exaequandas.
- 451 l. 8 *εἶπον* lege *εἶπον.*

P. 455 l. 8 *μέν τε* lege *μέν τι*. Post *πλῆθος* pone comma.
- 455 l. 12 pro *ἐπί τι* lege *ἐπί τι*.
- 457 l. 1 — *δα* lege Scr.
- — l. 13 — at lege sed.
- 459 l. 5 ante quod insere nam.
- 460 l. 17 pro *Thucydidis* lege *Theognidis*.
- 462 l. 5 ab ult. *οὐκ* lege *οὐκ εὖ*.
- 475 l. 1 quod per id. delendum id.
- — l. 9 ab ult. *τίνα τρόπον ὅτι* scr. *τίνα τρόπον; ὅτι . . .*
- 477 l. 5 in aliam scr. alium.
- 480 l. 9 quod mirum lege quid.
- 482 l. 19 lege *ἀνθρωπείας* et *νοσήματος*.
- 551 l. 23 pro nonnusqam lege nonnusquam.

RA

MAY 22 1961

[redacted]